This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΜΝΗΜΕΙΑ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

DOCUMENTS INÉDITS

RELATIFS À

L'HISTOIRE DE LA GRÈCE

AU MOYEN ÂGE

PUBLIÉS SOUS LES AUSPICES

DE LA CHAMBRE DES DÉPUTÉS DE GRÈCE

PAR

C. N. SATHAS

BODL. LIBR.
FOREIGN
PROGRESS.

TOME III.

PARIS
MAISONNEUVE ET Cie ÉDITEURS
25, QUAI VOLTAIRE

LONDRES
B. QUARITCH

ATHENES
A. COROMILAS

LEIPZIG ET VIENNE
F. A. BROCKHAUS

MDCCCLXXXII

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Digitized by Google

Digitized by Google

MARE DI CANDIA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΜΝΗΜΕΙΑ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

DOCUMENTS INÉDITS

RELATIFS À

L'HISTOIRE DE LA GRÈCE

AU MOYEN ÂGE

PUBLIÉS SOUS LES AUSPICES

DE LA CHAMBRE DES DÉPUTÉS DE GRÈCE

PAR

C. N. SATHAS

TOME III.

PARIS
MAISONNEUVE ET Cie ÉDITEURS
25, QUAI VOLTAIRE

LONDRES
B. QUARITCH

ATHENES
A. COROMILAS

LEIPZIG ET VIENNE
F. A. BROCKHAUS

MDCCCLXXXII

Digitized by Google

Venise 1882 — Imprimerie de Marc Visentini.

Digitized by Google

AVIS.

Des deux cartes qui accompagnent le présent volume, la première est un plan de la ville de Constantinople dressé vers 1415 par le voyageur Christophore Buondelmonte ; il est tiré d' un manuscrit de sa *Description* bien connue *des îles dela mer Égée* (isolarium), conservé à Venise, bibliothèque de Saint-Marc (cod. lat. clas. XIV cod. XLV). La seconde est une véritable carte géographique de la Grèce moderne, la première qu'on connait, dressée par le célèbre cartographe Giacomo Gastaldi, l' éditeur de la géographie de Ptolemée, (1548) ; publiée isolément à Venise (1545 ?), cette carte est devenue si rare qu'à peine en rencontre-t-on quelques exemplaires dans les principales bibliothèques.

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTA
HISTORIAE HELLENICAE.

CANCELLARIAE SECRETAE

PARS ALTERA

(DELIBERAZIONI MISTE).

550.

1412, 23 februarii.

Responsiones facte Ambasiatoribus Nigropontis super certis capitulis porrectis.

Ser Marcus Polani, consiliarius, ser Bartholomeus Nani, sapiens consilii, ser Nicolaus Lipamano, sapiens ordinum.

In Consilio C. — Quod circunspecto viro Pollimeno de Lisauris Ambaxiatori comunitatis Nigropontis, ad infrascripta capitula nobis presentata per ipsum Ambaxiatorem, nomine dicte comunitatis, respondeatur in hac forma:

Et primo ad primum capitulum, per quod dicti nostri fideles Nigropontis petunt non angarizari nec choartari ad factiones imprestitorum, cum sint pauperes, et vix ex reditibus suis quos annuatim habent de possessionibus suis, se et suas familias valeant substentare, nec sint apti sicut est manifestum ad exercitium mercantie; Respondeatur, Quod ob singularem dilectionem, quam habemus ad ipsam comunitatem, propter suam fidelitatem, volumus, quod pro pheudis, que habent in Insula nostra, pro quibus feudis tenentur ad servitium seu varnitionem, et que propter mortem, seu deffectionem personarum, venirent in nostrum comune ad huiusmodi factiones, seu gravedines imprestitorum minime teneantur, Sed sint quantum pro ipsis feudis obligatis ad varnitionem, seu servitium, ab ipsis factionibus imprestitorum absoluti. Pro aliis vero censibus et brugesiis, ac aliis bonis suis mobilibus et immobilibus, que habent exceptis domibus a statio, teneantur et astricti sint, ac subiacent partibus captis in Rogatis, sicut subiacent alii nostri cives et fideles, de quo non habent aliqualiter se gravare, quia sicut ipsi sciunt, iustum est et conveniens, quod membra corpori et capiti, iuxta necessitatem et possibilitatem serviant et subveniant.

de parte . . . . . 69 de non . . . . . 5 non sinceri 4

Digitized by Google

9 februarii. *(sic)*

In Rogatis.

Sapientes ordinum.

Ad secundum continens, quod dignaremur mandare, quod ipsi nostri fideles, per Rectores nostros regantur et gubernentur, secundum suas consuetudines et usus; Respondeatur, quod mandavimus Rectoribus nostris, qui illic fuerunt et sunt, quod ipsos regant secundum usus suos, et ubi usus deficit, secundum debitum conscientiarum suarum, sicque est nostre intentionis, quod observetur, Et propterea, licet credimus superfluum, tamen pro contentamento ipsorum nostrorum fidelium, scribemus nostris Rectoribus de inde, ut sicut dictum est, ita debeant effectualiter observare.

Ad tertium continens, quod pro salvatione Insule nostre Nigropontis, mandemus quod galea de inde, teneatur armata menses quinque in anno; Respondeatur, quod istud nobis placet, et providebimus circa hoc taliter, quod habebunt merito contentari.

Ad quartum continens, quod offitiales terre et Insule Nigropontis de anno in annum mutentur; Respondemus, quod placet nobis, quod dicti officiales annuatim mutent, excepto officiali criminalium, et similiter quod interpres cancellarie, quia necesse est, quod sit persona multum cancellarie pratica, non mutetur, nec scriba camerariorum, quia expedit ut sit persona multum camere experta qui interpres et offitialis criminalium, et scriba, ponantur et mutentur ad beneplacitum nostrorum Rectorum.

Ad quintum continens, quod rustici sive vilici non astringantur ire ad venationem sive ad cazam cum Rectoribus nostris, seu de eorum mandato, contra velle suum; respondeatur, quod placet nobis, quod non abstringantur, et ita mandabimus observari.

Sextum vero, continens quod aliquis habere non possit in civitate, nec in Insula Nigropontis, duo officia in uno anno, et uno, et eodem tempore placet nobis, quod sicut petunt et continet capitulum observetur.

Septimum vero per quod petunt, quod nullus possit habere officia, nec honorificentias aliquas in civitate, vel Insula Nigropontis, nisi primo cum eius familia habitaverit in terra Nigropontis annis quinque continuis, placet nobis quod observetur sicut petunt, et in presenti capitulo continetur.

de parte 61
de non 3
non sinceri 2

(Reg.° 49, 1411-1413, c. 158)

Digitized by Google

551.

1413, 4 aprilis.

Dacium vini unius ducatus pro buta, et ducatus unius cum dimidio vini forensis exigatur et expediatur de inde, ut ibi continetur.

Sapientes ordinum.

Cum captum fuerit alias in isto consilio, quod vinum Insule Corphoy, quod venditur ad spinam, solveret ab illo tunc in antea nostro comuni ducatum unum pro qualibet buta decem mitrorum, et vinum forense ducatum unum cum dimidio pro qualibet buta decem mitrorum, et quod lignamen quod extrahitur de Corphoi solveret decem pro centenario, pro exitu, qui denarii tenerentur de per se per Rectores nostros, et mitti deberent nostris provisoribus comunis sub certa pena, et quod predicta durare deberent per quinque annos successive etiam pro multis expensis omnino necessariis in Corphoy, pro molo quodam solario incepto et quodam arsenatu de novo constituendo, captum fuerit, quod regimen Corphoy posset retinere pecuniam dicti dacii vini de spina, quam tempore receptionis mandati nostri haberent in manibus suis, et que usque ad annum unum tunc proximum, ad manus suas perveniret de datio predicto, pro complemento dicti moli, et solarii, et construtione arsenatus predicti, et pro solvendo aliquos denarios, qui hic accipi debebant ad cambium, pro emendo duas cochas, et alias res neccessarias, Et regimen Corphoy scripserit, quod nullo modo de dicto datio facere possunt laboreria, et expensas suprascriptas, nam camera Corphoy est debita ultra yperpera V milia VIII centum et datium predictum est affictatum pro yperperis duobus milibus V centum LX in anno, ita quod defficerent yperperi IIII millia IIII centum et tot plura, quod dominatio nostra mitteret ad solvendum de inde per cambium, pro dictis cochis, et aliis rebus hic emendis, Ex quo esset necesse, quod dictum datium remaneret dispensandum de inde in expensis predictis, et aliis occurrentibus, nam aliter laboreria predicta irent ad malum, et facta nostra de inde maximum sustinerent detrimentum. Et predictis consideratis, ac etiam considerato, quod terminus annorum quinque, quibus dicta datia exigi debebant, est elapsus, est neccessarium providere; Vadit pars, quod dictum datium vini de spina, ducati unius vini Insule, et unius cum dimidio vini forensis pro buta decem mitrorum, et similiter datium lignaminis de decem pro centenario, de cetero solvi et exigi debeat de inde, prout exactum fuit hucusque, Sed ut fieri possint dicta laboreria et expensas tantum utiles et necessarie, et ut debita ipsius camere valeant persolvi, possit regimen nostrum Corphoy pecuniam que exigetur ex ipsis daciis, usque ad duos annos expendere et dispensare in expensis et laboreriis predictis, et aliis expensis occurrentibus, tenendo de pecunia predicta et dispensatione illius computum particulariter et distincte, prout faciunt de aliis pecuniis nostri comunis, que ad manus suas perveniunt, Et de dictis denariis teneatur et debeat dictum regimen fieri facere, seu reperire unum mara-

Digitized by Google

num necessarium, de inde pro laboreriis nostri comunis, sicut per suas literas nobis scripsit.

de parte 64
de non 3
non sinceri 1

(Reg.° 49, 1411-1413, c. 171).

552.

1413, 18 maii.

Scribatur nobili viro ser Zanachio Quirino rectori Tinarum et Micholarum, qui ivit habitatum in Stampalia, quod sub pena ducatorum CC redeat ad dictas Insulas habitatum, cum animabus quas extrasit de dictis Insulis.

Ser Vinciguerra Georgio, sapiens ordinum.

Cum per literas regiminis nostri Crete fuerimus avisati, quod vir nobilis ser Zanachius Quirino Rector nostrarum insularum Tinarum et Miconarum, ivit ad habitandum Insulam Stampalie, que fertur esse sua, cum galea, galeotis et brigantinis, et cum quampluribus familiis, quas recuperavit hinc inde, Et licet non sit credendum, tamen est dubitandum, quod nisi provideretur multe familie de ipsis nostris Insulis conducerentur ad dictam Insulam Stampalie, quod esset causa destructionis et depopulationis ipsarum nostrarum Insularum, Et pro obviando huic malo, sit necessarium providere; Vadit pars, Quod auctoritate huius consilii, scribatur et mandetur ipsi ser Zanachio, quod sub pena ducatorum ducentorum in suis propriis bonis pro qualibet anima, que usque in receptione presentis nostri mandati recesisset de dictis nostris Insulis, et se reduxisset ad dictam Insulam Stampalie, debeat usque ad unum mensem tunc proximum, omnes dictas animas fecisse reverti cum eorum bonis et rebus ad Insulas nostras predictas, unde recesserant, Et similiter sub dicta pena, non debeat de cetero permittere aliquem nostrum de Insulis predictis inde recedere, marem sive feminam, pro eundo ad standum seu ad habitandum extra dictas Insulas nostras, in aliquam partem, neque angarizare aliquem de dictis nostris Insulis Tinarum et Miconarum, ad eundum ad dictam Insulam aliqua causa, sub pena predicta, nec similiter deviare seu acceptare in Insula predicta aliquem nostrum fidelem et subditum de aliis Insulis et locis nostris, sub pena predicta pro quolibet acceptato et angarizato, et qualibet vice. Et istud devotum non intelligatur de personis forensibus et liberis, que possunt ibi stare et inde recedere ad beneplacitum suum, Sed sub eadem pena, non possit aliquem ex predictis, sub aliquo pretextu vel colore deviare seu inducere ad recedendum de inde, ut observetur intentio nostra.

Ceterum ordinetur quod pro securitate Insularum predictarum, ipse ser Zanachius non possit sub eadem pena cum galea nostra sibi commissa se luntanare ab ipsis Insulis ultra miliaria XXV, salvo si veniret Nigropontem, seu ad custodiam Insule predicte, seu de mandato nostro, aut regiminis nostri Nigropontis vel capitanei,

Digitized by Google

aut vicecapitanei Culphi, aliter sibi preciperetur, Et de penis predictis, seu earum aliqua, non possit eidem fieri aliqua gratia, donum, remissio, recompensatio, termini elongatio, nec aliqua declaratio, aut presentis partis revocatio, aut suspensio, sub omnibus penis, ligaminibus et stricturis contentis in parte nova contrabanorum, Et predicta committantur inquirenda regimini nostro Nigropontis, Regimini Candide, et potestati et Capitaneo Neapolis Romanie, qui teneantur predicta in locis solitis suorum regiminum facere publice proclamari, ut omnibus nota sint, Et si de predictis fuerit accusator, habeat tertium, et teneatur de credentia, tertium Rectoribus, quibus primo facta fuerit accusa, et aliud tertium sit nostri comunis, Remanentibus in sua firmitate omnibus stricturis et partibus captis contra illos, qui accipiunt dona, pheuda etc., a dominis et comunitatibus forensibus, Et scribatur regimini nostro Nigropontis, quod per unum nuntium proprium faciat predicta cridari et publicari super Insulis predictis, in locis solitis, ut sint omnibus manifesta.

. . . . . 14.

(Reg.° 49, 1411-1413, c. 180 t.°).

553.

1413, 18 maii.

Mittatur Corphoy unus maranus.

Sapientes ordinum.

Cum loca nostra Mothoni et Corphoy, iam bono tempore, sicut est manifestum, steterint absque maranis, propter quod loca nostra predicta maximum sustinuerunt deffectum, quia non potuit hucusque dictis nostris locis de talibus maranis provideri, Et presentialiter sint Venetiis duo marana, et in Parentio unum aliud, quod dominium ordinavit huc debere transmitti; Vadit pars, quod ad dicta loca Mothoni et Corphoy mitti debeant duo de dictis tribus maranis, illa videlicet que videbuntur, et aliud tertium vendi debeat per patronos nostros Arsenatus, pro contribuendo ad aliquam parte expensarum, que fient in fulciendo alia duo coredis et aliis arnesiis opportunis, ac etiam pro expensis que fient in destinando illa ad loca predicta.

de parte 62
de non 3
non sinceri 0

(Reg.° 49, 1411-1413, c. 181).

Digitized by Google

554.

1413, 11 junii.

Mandetur nobili viro ser Maphio Permarino Capitaneo Avalone Insule Nigropontis, quod se reducere debeat, ad standum in loca de la Coppa et regimen Nigropontis faciat reduci omnes animas solitas habitare in loco dicto ad habitandum ibi.

Ser Vincivera Georgio, ser Franciscus de Garzonibus, ser Marinus Lando et ser Nicolaus Lipamanus, sapientes ordinum.

Quod mandetur viro nobili ser Mafio Permarino Capitaneo Avalone, quod iuxta mandatum factum alias regimini Nigropontis, vigore partis alias capte super hoc, ipse debeat infra unum mensem a die receptionis presentis nostri mandati inchoandum, reducere ad standum et habitandum in loco nostro de la Coppa Insule Nigropontis, ubi semper steterunt Capitanei Avalone, qui fuerunt per elapsum, sub pena privationis Capitaneatus predicti, Et scribatur ac mandetur regimini nostro Nigropontis quod sub illis penis, que dicto regimini nostro Nigropontis videbuntur, debeant mandare et ordinare, quod omnes ille anime, que stare solebant, sub ditione et districtu ipsius loci nostri, que alibi essent, se reducant ad standum ad loca ad que stare solebant sub dicto districtu, infra duos menses numerandos a die receptionis huius nostri mandati in antea, secundum quod in dicta parte et precepto facto dicto regimini seriosius continetur, Et dictum regimen nostrum Nigropontis teneatur facere observare predicta omnia sub pena ducatorum C centum pro quolibet in suis propriis bonis, Et de penis predictis, et earum aliqua, non possit alicui contrafacienti fieri aliqua gratia, donum, remissio, recompensatio, termini elongatio, nec aliqua declaratio, nec presentis partis revocatio, aut suspensio, sub omnibus penis, ligaminibus et stricturis contentis in parte nova contrabannorum.

de parte 63
de non 0
non sinceri 5

(Reg.° 49, 1411-1413, c. 190 t.°).

555.

1413, 11 junii.

Subditi Nigropontis non permittantur ire ad laborandum super territorio Liconc.

Ser Marinus Lando, ser Nicolaus Lipamano, sapientes ordinum.

Cum per Regimen nostrum Nigropontis, cum consilio de inde, pro universali bono Insule nostre prefate, provisum et ordinatum sit, quod aliqui ex subditis et

Digitized by Google

fidelibus nostris Insule prefate, sub certa pena non audeant ire ad arandum, cultivandum, seu laborandum territorium Licone et de extra pontem, quod est per oppositum Insule Nigropontis prefate, Et dicta provisio sicut clare considerari potest, sit utilissima et neccessaria respectu malarum inconvenientiarum et malorum, que nisi provisum fuisset de brevi, potuissent accidere; Vadit pars, Quod provisio et ordinatio facta per ipsum nostrum regimen cum consilio de inde, auctoritate huius consilii aprobetur et ratificetur cum omnibus in illa contentis, nec possit de cetero alicui concedi, nec fieri gratia, quod possit ire ad laborandum super dicto territorio Licone, et de extra pontem, nec presens pars revocari, sub pena ducatorum centum, pro quolibet consiliario, Rectore, vel alio ponente, vel consenciente partem in contrarium.

Verum in casu neccessitatis, remaneat in libertate dicti nostri regiminis et consilii de inde per maiorem partem ipsorum dandi dictam licentiam illis personis, et per illum modum, qui eis videbitur utilis et fructuosus, pro bono nostri comunis, et utilitate Insule et fidelium nostrorum de inde.

de parte 67
de non 22
non sinceri 18

(Reg.° 49, 1411-1413, c. 197).

556.

1413, 19 junii.

Sindici ituri ad partes Romanie Crete et Nigropontis.

Ser Vincivera Georgio, ser Franciscus de Garzonibus, ser Marinus Lando et Nicolaus Lipamano, sapientes ordinum.

Cum ducale dominium pro bono et ortamine suorum fidelium partium Levantis, a longo tempore citra consueverit mittere suos solemnes sindicos et provisores de quatuor in quatuor, vel in quinque annos ad partes ipsas, quod cessit et cedit ad honorem et famam nostri dominii, et ad comodum et utilitatem nostrorum fidelium predictorum, Et nunc tempus instet, quod tales provisores et sindici ad dictas partes destinentur, qui sunt anni quinque, qui non fuerunt missi; Vadit pars, Quod in bona gratia ad dictas partes, videlicet Durachii, Corphoy, Coroni, et Mothoni, Neapolis Romanie, Nigropontis, et Crete, ac alia loca infrascripta, fieri debeant et mitti quatuor solemnes sindici et provisores, qui eligi debeant in isto consilio Rogatorum et additione, Et possint accipi de omni loco et offitio, et de Judicatu petitionum et de Auditore sententiarum, Et non possint refutare sub pena ducatorum centum auri, teneantur respondere infra tertium diem, Quorum duo, aut per concordium, aut per texeram, pro celeri expeditione agendorum sibi commissorum, teneantur et debeant ire ad partes Crete, et per totam Insulam, et alii duo ad partes Durachii, Coroni, Mothoni et Nigropontis, Corphoy, et Neapolis Romanie, et alia loca nostra infrascripta, secundum ordinem quem habebunt, Intelligendo, quod omnes quatuor sint

Digitized by Google

ad unum denarium de his de quibus concurrerent in una opinione, Et insuper dicti sindici, videlicet illi duo, qui primo expediti fuerint de locis predictis, debeant visitare loca nostra Albanie, et in quolibet eorum sindicare, et providere sicut in ceteris supradictis, Et similiter teneantur et debeant facere in omnibus locis nostris Sclavonie et Istrie.

Verum si Sindici ituri in Cretam essent expediti de factis sibi commissis, et in reditu suo se reperirent in partibus Coroni et Mothoni, vel in aliis partibus in quibus alii sindici non sindicassent, possint etiam ac debeant pro celeriori expeditione inquirere, et examinare, ac sindicare, ut possunt de aliis sibi commissis, Et si omnes quatuor se reperirent insimul, debeant facere et exercere simul offitium suum in omnibus illis locis, in quibus omnes quatuor reperirent se simul esse.

Et ut habeantur persone sufficientes, Quod dicti Sindici et provisores habere debeant de salario ducatos ducentos quinquaginta auri pro quolibet pro primis quatuor mensibus, et ab inde in antea ducatos viginti auri in mense pro quolibet, et de toto eo quod intromittent et condemnationem et sententiam facient, habere debeant medietatem, sicut alii provisores et sindici, per eum modum qui hic inferius continetur, Et possint illi duo sindici ituri in Cretam expendere ducatos duos auri in die inter eos, ducendo secum duos famulos pro quolibet, unum notarium cum uno famulo, et unum cochum, et similiter alii duo Sindici ituri ad dictas alias partes, possint expendere alios duos ducatus in die ducendo secum similiter duos famulos pro quolibet, unum notarium cum uno famulo, et unum cochum, non computatis in his nabulis navigiorum et agociis equorum, cum omnibus aliis conditionibus, libertatibus, et commissione sindicatus, quibus ultimo facti et missi fuerunt Sindici et provisores ad ipsas partes, declarando ex nunc, quod in casu quo essent differentes, quilibet ipsorum habeat libertatem plenam inquirendi et intromittendi, prout possent, si essent concordes. Ordinetur etiam, quod dicti Sindici et quilibet eorum possit inquirere et intromittere Rectores et alios officiales nostros locorum predictorum, qui per ultimos sindicos, qui fuerunt ad partes Levantis, intromissi fuerunt, et non placitati per eos, seu expediti in nostris consiliis, cum plena libertate et bailia, quemadmodum intromittere possent alios. Insuper ordinetur, quod illi nostri nobiles, qui propter placitare ipsorum sindicorum, seu intromissionem eorum, vel alicujus eorum, fuerint convicti seu condemnati, non possint de cetero esse judex, seu definitor alicujus questionis seu cause ipsorum sindicorum et provisorum, seu illius vel eorum, per quos ipsi nostri nobiles fuissent placitati, intromissi, seu condemnati.

Verum aliquis, qui fuerit ab annis decem citra Rector vel offitialis in dictis partibus, ullo modo ad dictum sindicatum eligi non possit pro ista muda, Commissio vera sua, circa libertatem, quam habere debent, in providendo circa ea, que debebunt observare, vigore dicti sindicatus et provisorie, ultra commissionem solitam sindicatus, si erit necesse, ante eorum recessum de Venetiis fiet, prout isti consilio apparebit.

Et quia est omnino providendum, quod intromissiones, que fient per ipsos sindicos perducantur ad finem, Nam sine dubio maius esset onus nostro dominio, et nostris subditis similiter esset maior disconfortatio, investigatio, ac cognitio delictorum et enormitatum, ac extorsionum Rectorum et officialium nostrorum, si illis notis

Digitized by Google

dimitterentur impunitis, quam si restaretur mittere sindicos ad partes predictas, ordinetur et captum sit, Quod quilibet ipsorum sindicorum habere debeat salarium suprascriptum, videlicet libras XXV grossorum pro quolibet ante suum recessum de Venetiis, Et si infra menses XVIII inchoandos die quo Venetias applicuerint, dederint finalem expeditionem omnibus intromissionibus per eos factis tunc et eo 5 casu habere debeant id quod intrabit in tempore quo stabunt ultra menses quatuor, ad rationem ducatorum XX in mense, Et tot denarios de pecunia nostri comunis, quot ascendent ad summam medietatis omnium et singularum condemnationum pecuniarum, per eos factarum pro placitare suum, ad rationem solitam exigi per sindicos, qui per elapsum fuerunt ad partes prefatas, Et condemnationes predicte pecu- 10 niarie subito postquam facte fuerint per eos, et placitare suum sint nostri comunis, que exigantur per camerarios nostri comunis, ad rationem et computum solitum exigi per sindicos locorum prefatorum. Et illi qui dictas condemnationes solvere tenerentur, subiaceant partibus et ordinibus nostris, non possendo elligi in officiis et beneficiis nostris, et omnibus aliis stricturis, quibus subiacent debitores nostri comu- 15 nis, uti in partibus super inde captis diffusius continetur, possendo etiam ultra hoc intromittere et pignorare debitores predictos, Verum si transactis dictis mensibus XVIII, unam seu plures de intromissionibus factis per sindicos prefatos vel de capitulatis per eos, restaret expediri, tunc et eo casu dicte libre decem grossorum, quas habuerint teneantur restituere nostro comuni, et ulterius id quod habere deberent pro 20 tempore quo stetissent ultra menses quatuor, sicut superius dictum est, remaneant in nostro comuni, Et dicta medietas condemnationum pecuniariarum, quas habere debebant, sicut superius dictum est, sit nostrorum Advocatorum communis, si ipsi Advocatores infra spatium, seu terminum mensium quatuor, post complementum mensium XVIII prefatorum, dederint et posuerint complementum et expeditionem omnibus in- 25 tromissionibus que remansissent ab expeditione sindicorum prefatorum, et aliter non. Verum ut impedimentum, seu difficultas cadere non possit, ita quod dicti sindici infra dictum spatium dictorum XVIII mensium, et successive nostri Advocatores infra terminum mensium quatuor, sicut superius continetur, dare possint integraliter finem intromissionibus suprascriptis, ordinetur, quod similiter post suum reditum Venetias, 30 usque ad menses XVIII, quilibet dies lune de mane et post prandium sit datus, et deputatus ipsis sindicis et cuilibet eorum, ita quod ipso die habeant consilium de XL.ta, pro expeditione eorum, que expedire et placitare habebunt, Et nichil aliud fieri seu poni possit in dicto consilio da XL.ta, ipso die sub pena ducatorum V centum in bonis propriis illius, vel illorum, qui poneret partem, seu partes in dicto consilio, seu 35 legeret gratiam aliquam, seu aliquid aliud, sicut superius dictum est, quam penam exigant Advocatores comunis, salvo si dicti sindici omnes assentirent, quod ipso die in dicto consilio, secundum casus occurrentes posset poni et praticari aliquid, quo casu, tunc sine aliqua pena, possint fieri in dicto consilio, ea que videbuntur, secundum necessitates et casus requirentes, et aliter sine consensu ipsorum sindico- 40 rum, quicquid fieret et poneretur in isto consilio, sit nullius efficacie vel vigoris, Salvo etiam et reservato, quod si per dictum consilium de XL.ta, pro XXX de dicto consilio, captum fuerit de attendendo ipso die ad aliud, quod videretur maioris importantie, propter casus qui occurrere possent, quo casu non obstante consensu

Digitized by Google

dictorum sindicorum, possit in dicto consilio fieri et poni, prout tunc videbitur opportunum, Et in isto casu dictus terminus mensium XVIII, impositus ipsis sindicis, tot diebus prorogetur ipsis sindicis, ultra dictos menses XVIII, quot vicibus sive diebus fuerit ipsis acceptus per modum predictum, Et similiter observetur infra ter-
5 minum mensium quatuor deputatum nostris Advocatoribus comunis, sicut superius dictum est, Et si ipse dies lune erit festivus, seu consilium rogatorum, deputatus sit etiam pro causa suprascripta dies martis tunc sequentis, cum conditionibus omnibus suprascriptis.

Possint insuper ipsi sindici requirere omne aliud consilium, et similiter consi-
10 lium de XL.ta omnibus aliis diebus, prout fuerit necesse. Et consiliarii iuxta solitum teneantur dare eis, et cuilibet eorum illud consilium quod requirent, ultra dictum diem lune, sub debito sacramenti.

Verum si dicti sindici ante terminum mensium XVIII, posuerint finem intromissionibus prefatis, tunc dictum consilium de XL.ta, ipso die lune, expeditis omnibus
15 intromissionibus sindicorum prefatorum, non intelligatur habere stricturam suprascriptam, sed remaneat et sit, sicut est ad presens. Ceterum ordinetur, quod si aliquis eorum, qui per ipsos sindicos fuerint condemnati, non habuerint unde solvere possint condemnationem pecuniariam, ne comune nostrum habeat istud damnum quod in isto casu ipsi sindici nichil habeant a nostro comuni pro condemnationibus
20 predictis.

Debeant insuper quelibet manus sindicorum prefatorum tertio die postquam Venetias applicuerint, sub pena librarum mille pro quolibet ipsorum sindicorum, que sit nostrorum Advocatorum comunis, presentare ipsis nostris Advocatoribus unam copiam omnium et singularum intromissionum, querelarum, capitulorum et testi-
25 ficationum, ac omnium aliorum actuum et scripturarum, per eos factarum et factorum similiter illi, quam penes se retinebunt, Et teneantur eorum notarii, dictam copiam presentare et dare ipsis nostris Advocatoribus, si ipsi sindici illas dare nolent, et similiter manifestare ipsis advocatoribus, si per ipsos sindicos non fuerit integraliter data copia omnium scripturarum et aliorum ut supra, sub pena priva-
30 tionis cancellarie, et notariatus Venetiarum si non esset ad cancellariam, Et non possint ipsi sindici, auctoritate propria absolvere aliquem ex capitulatis per eos, seu eorum aliquem, sed veniant ad consilium de XL.ta vel collegium, in quo lectis scripturis, possint ponere partem, quod sint expediti ab eis, Et ulterius teneatur in quolibet locorum suprascriptorum, ubi sindicaverint, dimittere in manibus nostrorum
35 Rectorum quorumlibet ipsorum locorum unam copiam scripturarum, querellarum, et testificationum, ac quorumlibet aliorum actuum acceptorum et factorum in quolibet locorum bullatam sua bulla, et Rectores nostri locorum predictorum, teneantur post recessum predictorum sindicorum, de locis predictis dictam copiam mittere Venetias ad manus domini ducis per, primum navigium Venetiis accedens, quam
40 quidem copiam idem dominus dux debeat penes se conservare.

Ceterum si aliquis ex intromissis per sindicos prefatos foret extra Venetias in regimine, vel aliter, possint dicti sindici scribere illi tali intromisso, quod infra illum terminum, qui sit rationabilis et honestus, debeat mittere commissionem ad respondendum super capitulis, que tunc mittantur per ipsos sindicos simul cum dicto pre-

Digitized by Google

cepto ipsis Rectoribus et aliis, qui essent extra Venetias, Et si ad terminum predictum non miserit commissionem et libertatem ad respondendum dictis capitulis, tunc dicti sindici, et eorum quilibet, possint illum seu illos extra Venetias existentes placitare, et ducere ad consilia, eius absentia non obstante.

Ordinetur etiam sicut debitum est et justum, quod si aliquis ipsorum sindicorum intromiserit aliquem, et postmodum non fuerit ad placitandum illum ad consilia, quod ille talis sindicus non debeat habere partem penarum, ad quas ille placitatus per alios seu alium sindicum fuisset condemnatus, Sed sint dicte pene pecuniarie solummodo illorum, seu illius, qui placitabunt, habendo illas a nostro comuni, sicut superius continetur.

Et teneantur dicti sindici infra menses duos, post reditum suum Venetias dedisse copiam capitulorum omnibus intromissis per eos, et per eorum aliquem, et illam similiter copiam mittere dictis, qui forent extra Venetias in regimine vel aliter infra dictos duos menses, ut illi quibus dicta capitula fuerint missa, valeant respondere, et ad terminum suprascriptum possit finis imponi.

Et non possit dictus terminus mensium XVIII, per aliquem prorogari, nec medietas condemnationum, ut superius dictum est, aliqualiter dari dictis sindicis, sub pena ducatorum mille cuilibet ponenti partem in contrarium, de qua pena non possit fieri aliqua gratia etc. sub dicta pena, et sic procedatur de pena in penam usque in infinitum.

Verum ordinetur, quod si sindici predicti, seu eorum aliquis venire voluerint ad aliquod consilium, seu ad collegium, pro expediendo a se aliquem ex capitulatis per eos, debeat tunc et in isto casu dominium mittere ad accipiendum scripturas illius cause, que erunt in manibus nostrorum Advocatorum comunis, et illas facere abscultari cum aliis scripturis, quas ipsi sindici, tunc pro dicta causa legi facient, ut omnia magis ordinate procedant.

Debeant et teneantur illi duo, quibus per texeram seu per concordium tanget ire ad partes Nigropontis recedere de Venetiis cum galeis nostris Romanie viagii proximi, et cum illis ire Nigropontem, et in dicto loco, et aliis de inde sindicare, secundum formam sue commissionis, Et expediti de inde venire Neapolim Romanie, et expediti venire Coronum et Mothonum, et postea Corphoy, et in quolibet ipsorum locorum, sindicare sicut dictum est, Et postea venire debeant Durachium, et ad alia loca nostra Albanie, et deinde in Dalmatiam, visitando et sindicando omnia loca ipsarum partium, et postea veniant in Istriam, et similiter faciant in locis nostris Istrie, et expediti revertantur Venetias. Et illi duo quibus tanget ire in Cretam, ire debeant cum galeis nostris Alexandrie, et per totum ipsam Insulam sindicare, secundum formam commissionis sue, invernando de inde, sicut etiam facere oportebit alios duos qui ibunt ad dictas alias partes, Et in eorum reditu possint separatim, et simul cum aliis duobus in locis, in quibus se insimul invenirent, et in locis in quibus alia manus sindicorum non sindicasset, sindicare et dare expeditionem, ut prestius ponatur finis, et Venetias reverti possint.

de parte . . . . . 30, 42.

Digitized by Google

Ser Vitus de Chanali, consiliarius.

Vult quod eligantur quatuor sindici, cum omnibus modis et conditionibus contentis in primo capitulo sapientum ordinum, Et quod sindici ituri in Cretam expediti de factis sibi commissis, si in reditu suo se reperirent in partibus Coroni et Mothoni, vel in aliis partibus, in quibus alii sindici non sindicassent, possint inquirere, examinare, et sindicare, Et quod si omnes quatuor se reperirent, debeant facere et exercere simul officium suum in omnibus illis locis, in quibus omnes quatuor reperirent se esse simul.

Et ut habeantur persone sufficientes, ordinetur, Quod dicti sindici et provisores habere debeant de salario libras XXX grossorum hic Venetiis ante suum recessum pro quolibet, pro primis quatuor mensibus, et ab inde in antea ducatos XXX in mense pro quolibet, Sed quia dehinc cum difficultate reperiretur pecunia prefata, et etiam id quod erit necesse pro suis expensis, ordinetur quod hic Venetiis accipiantur ad cambium libre CLXXX grossorum, causis suprascriptis, et mittantur ad solvendum in Candidam per regimen nostrum de inde. Et dictum regimen teneatur solvere cambium predictum ad terminum qui deputabitur per dominium sub pena librarum V centum in suis propris bonis, quam in hoc casu exigere debeant sindici nostri prefati a dicto Regimine sub debito sacramenti, et illa ponere in comune, Et pro executione huius nostri mandati, ordinetur quod sapientes ordinum, seu alii qui dominio placebunt, debeant accipere, seu facere cambium, cum illis modis, conditionibus et pactis, que dominio videbuntur, faciendo etiam illis talibus, qui facient, seu accipient dictos denarios nomine nostri dominii omnem promissionem et cautelam, ita quod sint securi, et quod non habebunt per hoc aliquod damnum seu interesse, Et ut regimen nostrum Crete non recipiat aliquod damnum, propter non esse previsum de ista nostra deliberatione, ordinetur, quod per presentem navem Nicolai Floravante ituram ad partes Crete, seu aliam, que de proximo recederet, debeat scribi dicto regimini de deliberatione suprascripta, et de pena, quam incurreret, si non observaret mandatum dominii, ut sit previsum, et possit invenire et parare pecuniam necessariam, pro solutione cambii suprascripti, Et etiam, si illam parare non posset, possit et debeat illam accipere mutuo a Judeis, ut omnino observetur intentio suprascripta, et in hoc casu dictam pecuniam restituere debeant ipsis Judeis infra duos menses, sub pena librarum III centum in suis propriis bonis, que exigantur per modum suprascriptum, et ponantur in comune, dando de hoc notitiam dictis Judeis, ut ipsi libentius ipsam pecuniam mutuare condescendant. Habeant etiam ipsi sindici de toto eo, quod intromittent, et condemnationem et sententiam facient, medietatem, sicut alii provisores et sindici soliti sunt habere, Et possint illi duo sindici ituri in Cretam expendere ducatos duos auri in die inter eos, ducendo familiam contentam in parte sapientum ordinum, et similiter possint expendere alii sindici ituri Nigropontem, et ad alia loca etc., cum aliis libertatibus et condictionibus contentis in capitulo, Sapientum ordinum, sicut distincte continetur.

Vult etiam, quod aliquis qui fuerit ab annis decem citra Rector vel officialis in partibus predictis, non possit ullo modo eligi ad dictum sindicatum, et quod commissio sua sit et fiat, prout in capitulo Sapientum ordinum continetur.

Digitized by Google

Vult etiam, quod quelibet manus sindicorum prefatorum, infra dies octo, postquam Venetias applicuerit, sub pena librarum mille, pro quolibet ipsorum sindicorum, que sit nostrorum Advocatorum comunis, debeat presentasse ipsis nostris Advocatoribus unam copiam omnium et singularum intromissionum, querelarum, capitulorum et testificationum, ac omnium aliorum actuum et scripturarum, per eos factorum et factarum, similiter illi, quam penes se retinebunt, Et teneantur eorum notarii dictam copiam presentare, et dare ipsis nostris Advocatoribus, si dicti sindici illam dare nollent, Et similiter ipsis Advocatoribus manifestare, si per ipsos sindicos non fuerit integraliter data copia predicta, ut supra, sub pena privationis cancellarie, et notariatus Venetiarum, si non essent ad cancellariam, Et ulterius teneantur in quolibet locorum suprascriptorum, ubi sindicaverint, dimittere in manibus Rectorum nostrorum quorumlibet ipsorum locorum unam copiam scripturarum etc., mittendam ad manus domini ducis etc., ut in capitulo Sapientum ordinum distinctius continetur.

Ceterum antequam ipsi sindici incipere possint, ad dandum expeditionem alicui processui, seu intromissioni debeant esse cum nostris Advocatoribus comunis, et abscultare scripturas omnes, quas habebunt spectantes ad sindicatum suum, de intromissionibus per eos factis, cum processibus et scripturis, que erunt penes dominum ducem, ne fraus aliqua committatur, Et non possint auctoritate propria absolvere aliquem ex intromissis per eos, seu eorum aliquem, Sed in hoc casu sint et esse debeant cum nostris Advocatoribus comunis, et lectis scripturis, ac manifestatis causis propter quas se movere volunt ipsi, seu eorum aliquis a tali intromissione, possint secundum debitum conscientie sue, se removere ab intromissione predicta, Et in isto casu scripture omnes illius intromissionis stare debeant et remanere ad officium nostrum Advocatorum comunis, secundum usum, remanente firma libertate, quam ipsi Advocatores habent super hoc, ut omni tempore fieri et exequi valeat id quod sit secundum Deum et justitiam, et honorem nostri dominii, Et advocatores nostri comunis, ad requisitionem ipsorum sindicorum, et cuiuslibet eorum, teneantur esse secum causa suprascripta, sub pena librarum C pro quolibet Advocatore recusante, ut sine dilatione valeat, sicut superius continetur, talibus processibus finem dare, quam penam dicti sindici mittere debeant nostris officialibus de nocte in nota, qui offitiales de nocte, sub dicta pena, teneantur exigere dictam penam ab Advocatoribus prefatis.

Vult etiam capitulum de his qui forent extra Venetias in regimen vel aliter, de termino sibi assignando, et aliis in illo contentis, prout jacet.

Similiter aliud capitulum de parte penarum, quam habeant solummodo illi qui placitabunt intromissos, ut in capitulo continetur.

Vult etiam capitulum de tempore dandi copiam capitulorum omnibus intromissis per eos infra menses duos, sicut in capitulo patet.

Ceterum ordinetur, quod dicti sindici teneantur et debeant omnino posuisse finem, ac expeditionem dedisse omnibus intromissis per eos, et eorum quemlibet factis, usque ad menses XV post suum reditum Venetias, Et pro pterea sit eis deputatus dies lune in mane et post prandium, et etiam dies martis sequentis eo modo et forma, ac sub illis penis et stricturis, que continentur in parte Sapientum ordinum, Et ulterius consiliarii teneantur ad requisitionem ipsorum sindicorum, et cuiuslibet

Digitized by Google

eorum, dare eis omni alio die, illud consilium, quod requirent, sub pena librarum XXV, pro quolibet consiliario, de qua non possit eis fieri aliqua gratia, sub omnibus penis, ligaminibus et stricturis contentis in parte nova contrabannorum, salvo si ipso die pro arduis negotiis terre oporteret attendere ad aliud, et in isto casu dare eisdem debeant ipsum consilium altera die sequenti, sub dicta pena, que exigatur per nostros officiales de nocte, sicut superius continetur, Sed ut dicti sindici sint etiam magis soliciti ad expeditionem eorum, que habebunt expedire, ordinetur quod usque ad dictum terminum mensium XV, aliquis ipsorum non possit eligi ad aliquod regimen, nisi posuerint finem intromissionibus predictis. Et quia posset occurrere, quod ad dictum terminum mensium XV, seu ante, tres ipsorum essent expediti de intromissionibus suis, et alter non, quia restaret aliquid expediri, et non sit conveniens, neque debitum, quod illi qui fecissent bene debitum suum, ob defectum unius, qui non curaret de officiis et beneficiis, subiaceant tali interesse et damno, ordinetur quod in isto casu illi socii sindici, qui erunt expediti de intromissionibus suis ire, debeant ad Advocatores nostros comunis, et eis facere conscientiam de illo eorum sotio, qui non curaret expedire intromissiones suas predictas Et Advocatores comunis in hoc casu teneantur mittere pro illo, et viso processu, seu intromissione illa vel illis, assignare ei illum terminum, qui videbitur debitus et honestus, ponendo eidem penam de libris V centum in suis propriis bonis, quam illas debeant expedire ad terminum, seu infra terminum predictum, quem ipsi assignabunt, et illas penas exigendo, et totiens quotiens fuerit contrafactum, ut omnino suus debitus ipsis processibus tribuatur.

Ceterum ordinetur, quod omnes illi nostri Rectores et officiales locorum suprascriptorum, qui ad tempus, quo ipsi sindici erunt in locis nostris suprascriptis compleverint tempus seu terminum suum, pro quo electi fuerunt, licet successores sui nundum intrassent officium, seu regimina, subiaceant nichilominus ad sindicatum presentem, sicut de aliis qui complerunt superius continetur.

Ser Vitus de Chanali, consiliarius.

Iterato die XXVII junii posuit partem infrascriptam sine capitulo infrascripto, et fuerunt

de parte	25
de non	56
non sinceri	4

Verum ut obvietur fraudibus, que committi possent per illos qui forent intromissi, seu capitulati per sindicos predictos, qui non curarent expediri, imo quererent dilatare rem, contra intentionem presentem, ordinetur, Quod omnes illi, qui erunt intromissi seu capitulati per sindicos predictos, pro expeditione quorum erit neccesse mittere ad accipiendum aliquas scripturas, seu testificationes extra Venetias ad instantiam et requisitionem predictorum intromissorum seu capitulatorum, ipsi intromissi seu capitulati non possint, postquam habuerint ab ipsis sindicis capitula, que sibi oppponentur per eos, eligi ad aliquod officium, seu beneficium comunis Venetiarum, tam intus quam extra, excepto, quam ad consilia, quousque non fuerint apportate Venetias scripture, seu testificationes, que facerent ad expeditionem suam, ad ea que sibi opponentur per sindicos predictos, Et postquam dicte scripture fuerint Venetias apportate, possint bene eligi, non obstante ordine suprascripto.

Digitized by Google

Debeant et teneantur illi duo sindici, quibus per texeram seu per concordium tanget ire ad partes Crete, recedere de Venetiis cum navibus vindimiarum Crete, et ire in Candidam, Et alii duo, quibus tanget ire ad partes Nigropontis, debeant ire cum galeis nostris Romanie viagii proximi ad partes Nigropontis, sindicando et faciendo, prout in ultimo capitulo partis Sapientum ordinum, Salvo quod non debeant invernare extra, quia non erit expediens, nam vadunt ad tale tempus, quod poterunt presto et habiliter se expedire.

ex parte . . . . . 30, 33.
de non . . . . . 7.
non sinceri . . . . . 6, 7.

Electi sindici.

Ser Nicolaus Erizzo, quondam ser Stefani.
Ser Andreas Gisi.
Ser Jacobus Michael.
Ser Franciscus de Garzonibus ser Iohannis.

(Reg.° 49, 1411-1413, c 192-194).

557.

1413, 25 junii.

Pro refusuris galearum dispensentur yperperi XII mille, habituri de Patrassio.

Dominus Dux.

Cum nobilis vir ser Iohannes Diedo potestas et Capitaneus noster Patrasii, scribat per suas literas, quod habeat in regimine suo yperpera XII mille de ratione nostri comunis, de quibus misit ad recipiendum in nostrum comune ducatos V centum per literas cambii, directas nostro dominio et offitialibus rationum; Vadit pars, ut restent tot clamores et molestie, quot habemus quotidie a pauperibus hominibus de refusuris galearum, nam aliqui sunt soluti et aliqui non, et habent causam lamentandi se, quod et isti V centum ducati, et residuum pecuniarum, quod est usque XII mille yperpera, quod debeant accipi hic ad cambium contati, et mitti ad solvendum Rectori nostro Patrasii, debeant accipi et dari, pro solutione refusurarum hominum galearum nostrarum, sicut est conveniens atque justum. Si autem de ipsa pecunia aliquid restabit fiat, sicut deliberabitur per dominium, quod denarii dispensari debeant in refusuris predictorum, per eos modos quibus dispensati fuerunt ducati II mille ad cameram armamenti in hominibus galearum, qui iam habuerunt partem solutionis.

de parte 92
de non 8
non sinceri 3

(Reg.° 49, 1411-1413, c. 196).

Digitized by Google

558.

1413, 17 julii.

Commissio sindicorum iturorum ad partes Romanie.

Quod fiat Commissio Sindicis ituris ad partes Romanie et Crete.

Ser Vincivera Georgio, ser Marinus Lando, ser Nicolaus Lipamanus, sa-
5 pientes ordinum.

Nos Michael Steno, Dei gratia Dux Venetiarum etc. — Committimus vobis nobilibus viris Andree Gizi, Nicolao Erizo, Jacobo Michael, et Francisco de Garzonibus, dilectis civibus et fidelibus nostris, Quod pro bono ortamine, salute, et conservatione locorum nostrorum, Corphoy, Coroni, Mothoni, Insule Crete, Neapolis
10 Romanie, et Nigropontis, Albanie, et aliorum locorum nostrorum, Et ut subditi et fideles nostri illarum partium sentiant et videant dulcedinem et benignitatem nostram, et ad ipsorum statum pacificum et tranquillum nos plurimum vigilare, in nolendo aut permittendo, quod aliquis subditus noster oblique vel indirecte tractetur, et contra debitum rationis, de nostro mandato, vos Jacobus Michael, et
15 Franciscus de Garzonibus, ire debeatis in nostros solemnes provisores et sindicos, ad partes antedictas, eundo solummodo per totam Insulam Crete, et conferrendo cum duca, consiliariis et Capitaneis nostris Crete, et aliis nostris Rectoribus Insule Crete, cum quibus habita collatione insimul, quando vobis utile apparebit, faciatis publice proclamari, quod omnes volentes conqueri et gravare se de extorsionibus aliquibus,
20 gravaminibus, violenciis, vel aliis insolenciis, seu malis, que quomodolibet recepissent a Rectore vel officialibus nostris, qui in partibus illis extitissent a decem annis citra, debeant comparere coram vobis ad deponendum querelas suas ordinate, et ad dandum et producendum testificationes, probationes et oppositiones suas, assignando eis illum terminum, vel terminos super hoc, quos videbitis competentes. Vos au-
25 tem Andreas Gisi et Nicolaus Erizo ire debeatis in nostros solemnes provisores et sindicos ad dictas partes, eundo ad partes Corphoy, Mothoni, Coroni, Neapolis Romanie, Nigropontis Albanie, ac aliorum locorum, secundum formam ellectionis vestre.

Omnes autem querellas cuiuscumque conditionis existant, testificationes, et
30 probationes per modum predictum, quas conquerentes ipsi volunt producere, faciatis ordinate poni in scriptis, si vobis videbitur, observando modum in inquisitionibus et querelis, quem faciunt, et observant nostri Advocatores comunis in Venetiis, Et omnia que examinaveritis et feceritis, tenemini ordinate in reditu vestro Venetias portare, Et cum applicueritis Venetias, omnes vos tenemini omnino infra menses
35 XVIII expedivisse, et placitasse in nostris consiliis ordinatis, cum illa libertate et auctoritate, sicut faciunt et facere possunt nostri Advocatores comunis, omnia intromissa per vos. Que consilia debeant vobis dari secundum formam creationis vestre. Et teneantur esse consiliarii in dictis consiliis, ita quod bancha sit in ordine

Digitized by Google

sub pena librarum C pro quolibet et qualibet vice, quarum medietas sit vestrum Sindicorum, et alia medietas nostri comunis, de qua pena non possit etiam fieri aliqua gratia sub dicta pena, que dividatur ut supra. Et ut Rectores et officiales, quos repperietis in culpa, qui forent in illis partibus, non possint se excusare, tenemini dictis Rectoribus et officialibus, vestris literis significare et committere ac sibi imponere penam et penas, quod debeant mittere Venetias suum procuratorem legitimum ad defendendum jura sua, aut directe Venetias venire. Alioquin procedetis contra eos sua absentia non obstante, Et non possit dictis Rectoribus et offitialibus ultra terminum per vos primo sibi datum, amplius ellongari sibi per tres vestrum, in probando, quid volent, ad sui deffensionem, denotando eis capitula, super quibus debent fieri procurationes, et commissiones ad respondendum.

Insuper quia per ultimos Sindicos et provisores nostros destinatos ad dictas partes Levantis, formati fuerunt aliqui processus, et accepte nonnulle testificationes, quas omnes assignarunt nostri Advocatoribus comunis, et sic remanent suspense, Et utile sit, quod omnes tractentur equaliter, Committimus, vobis quod accipere debeatis a dictis nostris Advocatoribus comunis omnes scripturas eis presentatas per ipsos Sindicos, et ipsas portare vobiscum, ut si vobis videbitur super ipsis de novo accipere alias testificationes, et formare alios actus possitis facere, ut potestis de aliis vobis commissis, Et sic teneantur dicti Advocatores comunis eas vobis dare et assignare.

Insuper quia in locis nostris Crete, Coroni et Mothoni, et aliorum locorum nostrorum predictorum, a bono tempore citra alique rationes frumenti ac aliorum bladorum, et quamplurium aliarum rerum, et diversarum nostri comunis, non fuerint vise et examinate, Et sit bonum et utile, pro bono et utilitate nostri comunis, quod generaliter omnes rationes nostri comunis per vos videantur et examinentur, Committimus vobis, quod debeatis diligenter videre et examinare omnes rationes frumenti et aliorum bladorum, ac omnium aliarum rerum spectantium nostro comuni, cuiuscumque conditionis existant, et de quocumque tempore, ut vobis videbitur fore necesse, habendo super hoc illammet libertatem, quam habetis de aliis vobis commissis.

Insuper debeatis inquirere, si damna et extorsiones facte sunt per dictos Rectores et officiales, ac alias personas, contra nostrum comune, cum illa libertate et modis omnibus, quos habetis de aliis vobis commissis.

Verum si quis Rector, officialis, vel alius commississet tale quid, et sic enorme, quod suspicaremini, quod non veniret Venetias iuxta preceptum sibi factum per vos, propter gravitatem delicti, tunc in isto casu vos provisores et Rector loci, existente ipso Rectore de hac opinione vobiscum, possitis ipsum officialem vel alium personaliter facere detineri, et mitti Venetias, sicut vestre discretioni videbitur, considerata eius culpa.

Insuper quia fertur, quod in Insula Crete, Nigropontis, et omnibus aliis locis facta fuit, et sit mala administratio bonorum et pecunie nostri comunis, habeatis libertatem plenariam inquirendi, et examinandi ac diligenter investigandi, tam per viam inquisitionis, quam per testificationes, querellas et scripturas, contra omnes, qui viderentur vobis suspecti, et male administrasse vel occupasse bona, et pecuniam

Digitized by Google

nostri comunis, Et omnes tales quos culpabiles inveneritis, condemnare et expellere possitis ad restituendum totum illud, quod cognoveritis illos indebite administrasse, et male accepisse, per illum modum, et cum illa libertate, quam habent et observant offitiales nostri rationum veterum in Venetiis, contra male administrantes bona et havere comunis, ita quod in isto casu sitis officiales rationum, possendo etiam illos, in casu quo vobis videretur esse enorme quid, placitare pro parte furantium, Et de toto eo quod exigeritis, habere debeatis medietatem, et si esset accusator, habeat tertium et teneatur de credentia, vos Syndici tertium, et comune reliquum, Et scribatis et mandetis Regiminibus Crete, et aliorum dictorum locorum, quod dare vobis debeant auxilium et favorem, tam de notariis, quam de omnibus aliis, quociens ab eis requisiveritis illud, pro dicta exequutione contra quoslibet per vos condemnatos facienda, quam executionem si complere non poteritis ante discessum vestrum de partibus, in quibus fueritis, committere debeatis illam faciendam Rectoribus locorum ubi illam complere non poteritis, Quibus Rectoribus commissimus et efficaciter mandavimus, ut sibi commiseritis debeant observare. Verum si condemnati per vos de condemnationibus, quas feceritis per sententiam contra eos conqueri, voluerint habeant libertatem recurrendi ad nostrum ducale dominium, vel ad alia loca, ad que recurrere possunt illi qui conqueri volunt de officialibus rationum, et persequi jus suum contra vos provisores et Sindicos, Et si fueritis male condemnasse convicti, et a condennatis exigisse debeatis totum quod exigeritis et habueritis, restituere, et quartum plus pro pena.

Insuper licet per suprascripta capitula, sit vobis data libertas inquirendi contra omnes generaliter, qui fuissent in partibus et locis supranominatis, a decem annis citra, tamen vos advisamus, quod non potestis vos impedire de illis processibus, qui jam forent abinati et intromissi per Advocatores comunis nostri, qui Advocatores tenentur dictos tales processus et intromissiones dare vobis in scriptis, ut sciatis quid debeatis observare, intelligendo quod potestis sindicare omnes Rectores et offitiales, qui habuissent et haberent regimina vel offitia per gratiam.

Insuper tenemini et debetis, pro possendo melius habere informationem et veritatem rerum que non forent bene facte per offitiales et Rectores nostros illarum partium, convocare et interrogare separatim de nostris fidelibus dictorum locorum, usque ad numerum XII ad minus, pro quolibet locorum, tam grecis, quam latinis, et plures si vobis videbuntur, et illas personas que vobis videbuntur, et dare eis et cuilibet eorum sacramentum, quod dicant et propalent omnia que sciverint vel audiverint esse acta, per aliquem Rectorem vel offitialem loci unde erunt, contra honorem nostrum, et contra jus et justitiam, vel in damnum nostri comunis, vel alicuius persone indebite, et injuste, ut vos clarius possitis procedere, et facere offitium vestrum, secundum formam vestre commissionis, Et simile sacramentum dent, si scient per aliquem bona nostri comunis fuisse male administrata, seu occupata. Insuper possitis facere fieri omnes alias proclamationes solitas fieri, pro inveniendo furta, que ibi committuntur, ut veritatem habere de omnibus possitis.

Item sciatis, quod de aliqua condemnatione vel sententia, que fiet per placitare vestrum, vel alicuius vestrum, non potest fieri aliqua gratia, donum, remissio, re-

Digitized by Google

compensatio, termini ellongatio, nec aliqua declaratio, nisi per sex consiliarios, tria capita de XL.ta, XXXV de XL.ta, et tres partes majoris consilii.

Insuper pro transitu vestro de uno loco ad aliud, scribimus per nostras literas Baiulo et Capitaneo Nigropontis et Consiliariis suis, quod ad omnem vestram requisitionem, mittere debeant galeam Nigropontis, vel aliud sufficiens, et tutum navigium in omnem partem, ubi fueritis, ad levandum et conducendum vos Nigropontem, Et similiter existentibus vobis in Nigroponte, dictam galeam existentem armatam, vel aliud sufficiens et tutum navigium vobis consignare faciat dictum Regimen, pro passagio vestro, intelligendo quod dicta galea Nigropontis sit solum pro Sindicis Nigropontis, et aliorum locorum Romanie, et non pro Sindicis Crete, Et insuper scribimus dicto Regimini Nigropontis, ac aliis Rectoribus partium Romanie, quod debeant vobis de pecuniis necessariis pro expensis vestris et familie vestre vobis subvenire, sicut ab eis duxeritis requirendum.

Et similiter scribimus Capitaneo et Supracomitis nostris Culphi, et aliis Capitaneis nostrorum navigiorum armatorum, quod in casu quo se repperirent in illis partibus Insule Crete, vel Romanie, vel aliis ibi prope, et fuerint requisiti, tam a vobis Sindicis Crete, quam a vobis Sindicis Romanie et Nigropontis, et tam oretenus quam per literas, quod cum una ex dictis galeis, vel navigiis, vos levare et conducere debeant ad aliquas partes, ipsi debeant vos levare et conducere, prout duxeritis ordinandum, pro celeri expeditione agendorum vobis commissorum, dummodo non essent aliis nostris maioribus agendis occupati, Et tunc quando non possetis per dictum modum habere passagium, vos providere debeatis de transitu vestro, prout vobis melius videbitur, et cum quam minori expensa poteritis nostri comunis.

Insuper observare debeatis partem alias captam in Rogatis, videlicet, Cum sint multa loca, territoria, et possessiones nostri comunis, que debent incantari et deliberari in Insula Crete et Nigropontis, et aliis locis nostris, de quibus est utile providere, ita quod non decipiatur comune nostrum, capta fuit pars, quod stringatur, et prohibeatur, quod cancellarii, scribe, vel notarii Camerariorum Crete, vel aliorum locorum, vel alii pro eis, vel eorum nomine, non possint de cetero accipere ad incantum ullo modo de illis territoriis et locis, vel possessionibus nostri comunis, sub pena perdendi totum quod acciperent, Et sic scriptum fuit Duche et Consiliariis Crete, et aliorum locorum, et sic iniunctum fuit in suis commissionibus, quod sic teneantur et debeant observare, et facere observari.

Item ordinetur, quod Supracomiti galee Nigropontis presentes et futuri non possint accipere ad incantum, de illis territoriis, locis, et possessionibus nostri Comunis, sub omnibus penis et stricturis contentis in capitulo suprascripto.

Item commissum est predictis Duche et Consiliariis Crete, quod debeant facere solvi de presenti, totum et quicquid predicti Cancellarii, notarii, aut scribe tenentur solvere nostro comuni, occasione terrenorum, locorum, et possessionum quas habuissent a nostro comuni, intromittendo et vendendo de bonis illorum, si non solverent, ut dictum est, quam partem vos provisores et Sindici similiter observari facere debeatis.

Quia per suprascriptam partem de inquirendo contra illos, qui male administrassent pecuniam comunis, non videtur vos provisores et sindicos habere libertatem in

Digitized by Google

aliquo casu, inquirendi contra aliquam specialem personam, et sicut fertur publice aliqui cives et habitatores ipsorum locorum Romanie, pro necessitatibus arduis et magnis nostri comunis in partibus illis mutuaverint multam pecunie quantitatem, Rectoribus nostris nomine nostri comunis, pro furniendo et solvendo ubi extiterat opportunum quam pecuniam non valentes rehabere aliquo modo in totum, nec in partem, fecerint venditionem de ipsa pecunia, vel denariis, forte pro medietate, vel minori quantitate aliquibus ementibus, quibus emptoribus statim solutum fuit de bonis denariis integraliter, pro tota quantitate dictorum denariorum, seu pecunie nostro comuni mutuate, quod fuit cum damno maximo nostri comunis, quia dicti emptores nichil de bursa sua solverunt, nec aliquid mutuaverunt, et tamen lucrati fuerunt medietatem, propter quod solvi non potuit, nec dari, ubi magis necessarium erat dari, et solvi, sicut erant soldati, qui compleverant pagas suas, per longum tempus, et alie res multum opportune, cum maximo periculo status nostri; Capta fuit pars, quod committatur vobis provisoribus et Sindicis, quod quando eritis in partibus Romanie, debeatis diligenter inquirere et examinare et contra omnem personam quam senseritis talia fecisse mercata, per modum predictum, et quos noveritis emisse de talibus denariis et pecunia, ac lucratos fuisse, ut supra dicitur, faciatis totum illud lucrum, quod ex inde percepissent, restitui et poni in nostrum comune. Verum ut vos provisores et Sindici sitis magis soliciti ad inquirendum de predictis mercatis et lucris, habere debeatis de toto eo quod inveneritis et poni feceritis in comune, soldos duos pro libra, Et si vobis Sindicis et provisoribus constiterit aliquem Rectorem vel offitialem nostrum fuisse participem emptionis vel lucri, procedere contra eos vel eum, sicut in parte de male administrantibus pecuniam plenius continetur, vobis commissa in illa parte, videlicet que tetigisset illum Rectorem vel offitialem, de dicta emptione vel lucro solum, Et si de predictis vel aliquo predictorum fuerit accusator, per quem veritas habeatur, habere debeat soldos duos pro libra de parte tangente comuni, et teneatur de credentia, quam partem ut dictum est superius, debeat inviolabiliter observare.

Item ponatur pars in presenti commissione, de furantibus de bonis et havere comunis.

Item ponatur pars de eundo vel mittendo infra unum mensem, postquam applicuerit Venetias ad officiales rationum ad faciendum rationem cum eis.

Insuper observare debeatis partem infrascriptam, videlicet: quia bonum est declarare libertatem, quam Sindici et provisores nostri ituri in Cretam, et alia loca Romanie habere debent, prout soliti sunt habere, super factis pro quibus facti sunt provisores, Ordinetur, quod quando dicti Sindici et provisores sunt in locis nostris Crete, Coroni, Mothoni, Neapolis Romanie, Nigropontis, et Corphoy, et aliorum locorum, debeant esse, et conferre cum Rectoribus ipsorum locorum et secum inquirere et diligenter examinare de omnibus que sibi videbuntur esse utilia et necessaria, pro comodo et conservatione ipsorum, et facta diligenti examinatione, debeant requirere ipsos Rectores, quod poni faciant suas opiniones et consilium in scriptis, quas suis literis inclusas, debeant Venetias apportare, et nobis presentare. Verum sit licitum dictis Sindicis, et cuilibet eorum, venire postea ad consilium Rogatorum et addicionis, infra sex menses, post adventum suum Venetias, et consulere et ponere

Digitized by Google

partem super omnibus que videbuntur eis, vel alicui eorum, comoda et necessaria, pro bono, conservatione, et utilitate locorum predictorum, Et si erit de consilio, possit ponere ballotam, Et ultra predictam generalem libertatem, si placebit dominio aliquid specificare dictis Sindicis, super quo dicti Sindici et provisores habere debeant advertentiam et examinationem, ponatur specialiter in commissione dictorum Sindicorum, Non derogando propterea, quod ultra que specialiter eis commissa fuerint examinanda, possint generaliter examinare et providere, ut superius dictum est.

Iurastis honorem etc.
Omnia que vobis etc. —
Data etc.

de parte 70
de non 0
non sinceri 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 8-9 t.°).

559.

1413, 17 julii.

Rector Neapolis provideat sindicis de passagio sufficienti de navigiis seu de galea.

Ser Vincivera Georgio, ser Marinus Lando, ser Nicolaus Lipamanus, sapientes ordinum.

Capta. — Quod scribatur et mandetur Regimini nostro Neapolis Romanie, quatenus pro passagio Sindicorum nostrorum de Neapoli Mothonum vel alio, ubi esset expediens, debeat providere, pro celeri expeditione agendorum nostrorum sibi commisorum, de navigiis sufficientibus, seu de galea sibi commissa, ita quod possint venire secure, et sequi mandata nostra sibi commissa, Et similiter scribatur Regimini Tinarum et Miconarum, quod debeat predicta observare.

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 9 t.°).

560.

1413, 17 julii.

Regimen Nigropontis affictet territoria comunis de inde, ad annos XXVIIII ad renovandum ut ibi.

Sapientes ordinum.

Capta.— Cum captum fuerit alias in isto consilio, quod omnia territoria et possessiones nostri comunis Insule Nigropontis, vendi seu affictari deberent hic Venetiis per incantum per annos XXVIIII, ad renovandum cartam ad alios XXVIIII annos,

Digitized by Google

cum certis conditionibus captis in dicto consilio, successive postea in dicto consilio captum similiter fuerit, quod hi quibus de dictis territoriis et possessionibus fuerint deliberati ad incantum, si essent de Venetiis, seu habitantes Venetiis, tenerentur dare fideiussionem in Venetiis, et si forent de Nigroponte illam dare deberent in Nigroponte, Et per ea, que nunc clare cognoscuntur, utilius sit et melius pro nostro comuni, quod dicta territoria affictentur in Nigroponte, sic etiam observetur in Candida, in casu simili; Vadit pars, quod scribatur et mandetur regimini nostro Nigropontis, quod debeant de inde affictare territoria predicta, cum omnibus condictionibus captis in nostris consiliis, de quibus omnibus ipsum regimen est diffusius informatum, Et pro maiori avantagio nostri comunis, ordinetur, quod de quanto sindici ituri ad dictas partes Nigropontis, qui iam sunt electi, erunt in Nigroponte, ipsi Sindici esse debeant cum dicto regimine ad deliberandum territoria et possessiones prefatas, Sed in eorum absentia de Nigroponte ipsum regimen Nigropontis faciat, et exequatur, sicut in suprascriptis ordinibus et partibus seriosius continetur, Et sicut captum, est Supracomiti galee de Nigroponte presentes et futuri, non possint ullo modo accipere de dictis territoriis et aliis possessionibus, ut propterea non impediantur negotia, quod facere habebunt pro regimine galee predicte.

Similiter scribatur et mandetur potestati et Capitaneo Neapolis Romanie, quod debeat per incantum affictare possessiones nostras de inde, et territoria ad annos XXVIIII, ad renovandum cartam ad alios annos XXVIIII, sicut ipsemet potestas et Capitaneus per suas literas scribit, que quidem possessiones affictentur, cum omnibus conditionibus cum quibus captum fuit, et est, de affictando possessiones Insule Nigropontis de quibus ipse noster potestas et Capitaneus per ordinem informetur.

de parte 67
de non 1
non sinceri 1

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 10 t.° 11).

561.

1413, die 19 julii.

Regimen Crete solvat ducatos VII centum acceptos ad cambium per sindicos Romanie.

Ser Vincivera Georgio, ser Marinus Lando, ser Nicolaus Lipamano, sapientes ordinum.

Capta. — Quod auctoritate huius consilii, committatur nobilibus viris Jacobo Michael, et Francisco de Garzonibus ituris Sindicis nostris ad partes Crete, quod pro expeditione dicti Sindicatus, possint accipere ad cambium hic Venetiis ducatos septingentos, et illos mittant ad solvendum in Creta, Et ex nunc committatur et mandetur regimini nostro Crete, quod dictos ducatos VII centum quos dicti nostri Sindici mittent ad solvendum, debeant acceptare et providere, quod quando galee

Digitized by Google

nostre Alexandrie illuc applicabunt, possint dictos denarios solvere. Si vero dicti denarij, ad tempus galearum non solverentur, habeant libertatem dicti nostri Sindici, posse recuperare dictos ducatos VII centum, tam a Judeis, quam ab aliis personis, per illum meliorem modum, quo poterunt, possendo obligare illis, a quibus dictos denarios accipient, de daciis nostri comunis de inde. 5

de parte . . . . . omnes alii.
de non 1
non sinceri. 1

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 14 t.°).

562.

1413, 20 julii. 10

Eligatur unus provisor Patrassii, cum salario, et conditionibus ibi notatis.

Ser Petrus Miani, consiliarius.

Quod collegium habeat libertatem et debeat elligere duos, qui debeant videre et diligenter examinare omnes rationes introituum et expensarum Patrasii, et locorum que habemus ab Archiepiscopo, Et suscepta sufficienti informatione, debeant notificare domino Archiepiscopo, ut ipse vel illi qui deputabuntur ab eo, possint esse invicem ad videndum rationes predictas, ut possint invicem esse concordes, et cum his que habebuntur, postea providebitur, sicut justum erit. 15

Et ex nunc sit captum, quod collegium habeat libertatem praticandi, et faciendi praticari cum dicto domino Archiepiscopo, et faciendi experientiam, per illos modos et vias, que erunt utiles et necessarie, quod Patrasium, et alia loca, que tenemus possint nostro dominio remanere. Et postea vel si erunt concordes, vel non, venietur ad istud consilium, pro dando finalem expeditionem dicto domino Archiepiscopo. Et pro presenti non fiat provisor Patrasii. 20

. . . . . 32 25

De parte sapientum ordinum, ut in latere sequenti.

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 13).

Ser Vincivera Georgio, ser Marinus Lando, sapientes ordinum.

Capta. — Cum vir nobilis ser Johannes Diedo potestas noster Patrasii, iamdiu compleverit tempus sui regiminis, et attinentes ipsius multoties cum instantia supplicaverint, ut de suo successore provideatur, nec propterea negotia sua sustineant detrimentum, sicut hucusque sustinuerunt, Et sit conveniens subvenire ipsi civi nostro, et etiam providere, quod locus ipse Patrasii, et alia loca de inde non remaneant absque Rectore, pro tempore quo illa tenere habebimus; Vadit pars, quod in isto consilio, per scruptinium, in Collegio domini, Consiliariorum, capitum, et sapientum consilii et ordinum, ac per duas manus electionum, eligi debeat unus provisor Patrasii, per quatuor menses, et tantum plus donec aliter fuerit provisum per dominium, cum illis familia, modis, et conditionibus, cum quibus electus fuit, et est 30 35

Digitized by Google

dictus ser Johannes Diedo, Sed habeat pro primis quinque mensibus ducatos L.ta in mense, tenendo suis salario et expensis familiam suprascriptam, Et a dictis mensibus quinque in antea habeat salarium et conditiones omnes, quas ad presens habet suprascriptus ser Johannes Diedo.

5 De parte ser Petri Miani consiliarii, que est in latere precedenti . . . 32.
de parte suprascripta 40
de non 10
non sinceri 11

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 13 t.°).

563.

10 1413, 20 julii.

Capitaneus Culphy vadat Methelinum pro factis nobilis viri ser Hermolai Bragadino, ut ibi.

Quod scribatur Capitaneo nostro Culphi in hac forma.

Ser Albanus Baduario, ser Nicolaus Victuri, ser Marinus Karavello, ser
15 Franciscus Cornario, ser Fantinus Michael, sapientes consilii.

Capta. — Alias scripsimus Magnifico domino Methelini, quod cum de mense decembri de MCCCCXI per Egregium virum Obertum de Grimaldis, tunc Capitaneum dicti Magnifici domini Methelini, accepti fuissent, de quadam nostra griparia de Candida, dum esset supra portum Rodi panni XL.ta de vervi, cum capiciis panni pro suis
20 involturis, de ratione nobilis viri ser Hermolai Bragadino, qui panni erat in ballis tribus, valoris ducatorum mille et ducentorum, placeret sue Magnificentie providere quod dicto civi nostro debita emenda, et satisfatio fieret, de danno predicto sibi illato, qui dominus nec satisfactionem fecit, nec litteris nostris curavit respondere. Et propterea cum nostris consiliis Rogatorum et additione vobis scribimus et manda-
25 mus, quatenus quando associaveritis galeas nostras Romanie versus Constantinopolim, in redditu vestro, ire debeatis Methelinum, cum litteris nostris credulitatis, quas vobis mittimus presentibus alligatis, et esse debeatis cum dicto domino Methelini, cui facta amicabili salutatione et oblatione, prout honori suo, et nostro videbitis convenire, dicere debeatis, Quod nostra dominatio alias sue Magnificentie scripsit, qua-
30 liter Obertus de Grimaldis, Capitaneus suus, acceperat de quadam nostra griparia de Candida, dum esset supra portum Rodi, ballas tres de pannis de vervi, cum capiciis panni, pro suis involturis, de ratione nobilis viri ser Hermolai Bragadini, civis nostri dilecti, quorum intromissio fuit facta, ut nobis constitit, quia predictus capitaneus suus, sicut tunc asseruit, tenebat et credebat illos esse Florentinorum inimi-
35 corum suorum, et non Venetorum nostrorum. Et rogavimus suam Magnificentiam ut sibi placeret, dictos pannos restitui facere, tenentes indubie intentionis sue Magnificentie fore, quod cives, subditi, et fideles nostri tractarentur et expedirentur

Digitized by Google

favorabiliter, et benigne, sicut viceversa, in Venetiis, et in aliis terris nostris, erga subditos sue Magnificentie, observari facimus, Nam continue jussimus, suos benigne tractari, et favoribus propiciis expediri, considerato etiam, ut coram nobis fuerat expositum, quod per litteras sue Magnificentie, factori dicti ser Hermolai in Rodo existenti, scriptum fuit, sue intentionis esse de solvendo, et solvi faciendo, omne damnum illatum per suos subditos, subditis et fidelibus nostris, considerato eumdem Obertum Capitaneum suum claram habuisse informationem, et sic publice locutum fuisse pannos predictos, sicut idoneis testificationibus clare constitit, fore Venetorum nostrorum.

Et quia hucusque dictus civis noster satisfationem suam habere non potuit, de quo admirationem capimus, nec hoc credere possimus, de mente sue Magnificentie procedere, consideratis promissionibus suis, Rogamus iterato suam Magnificentiam predictam, quatenus tum quia justum est, tum intuitu nostre contemplationis placeat providere, et facere cum effectu, quod dicto ser Hermolao civi nostro dilecto, prout est rationabile et justum, de rebus suis predictis fiat debita emenda et satisfatio, et facta expositione predicta, Si dictus dominus erit contentus facere satisfationem debitam, bene quidem, quando autem non, dicto domino dicere debeatis, quod sicut Magnificentie sue notum est, obligamur civem nostrum predictum, favore propitio tueri, et tenemur eius indemnitati providere, et expositis predictis, et habita sua responsione, debeatis recedere, non possendo stare ista de causa in dicto loco, ultra duos dies, et si ante eritis expeditus, ante recedatis, scribendo nobis totum et quicquid sequetur in predictis. Si vero vos non iretis ad associandum galeas nostras, et mitteretis alias galeas nostras, committere debeatis uni ex supracomitis nostris, ut exequatur mandatum nostrum suprascriptum.

de parte 70
de non 2
non sinceri 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 14).

564.

1413, 20 julii.

Capitaneus et patroni galearum Romanie confinantur, ad galeas, sub penis ut ibi.

Sapientes ordinum.

Capta. — Quod Capitaneus et patroni galearum Romanie confinentur in galeis, die sabati proximo ad tertias, et de inde non discedant absque precepto dominii, sub pena librarum V centum, Capitaneo, et librarum CC cuilibet patronorum, Et Capitaneus et patroni teneantur recedere ad terminum stabilitum, sub penis captis in isto consilio.

de parte . . . . . 66 de non . . . . . 0 non sinceri 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 14).

Digitized by Google

565.

1413, 24 julii.

Ordo datus pro armando galeam Nigropontis in casu quo sit necesse et armetur per regimen Nigropontis.

Ser Vincivera Georgio, ser Marinus Lando, sapientes ordinem.
5 Capta. — Cum per nostrum consilium Rogatorum et additionis, captum sit quod in Nigroponte solidari debeant homines centum ad annum currentem, qui in casu quo sit necesse armare galeam nostram de inde, tenentur ascendere et ire cum illa et de residuo hominum necessariorum, tam de remo, quam de pede, suppletur de fidelibus nostris de inde, Et quia in accipiendo dictos homines necessarios
10 pro galea prefata, a certo tempore citra commissa fuerint, et committantur aliqua, que sunt minus quam honesta, quia aliqui absolvuntur a tali gravedine, et aliqui continue pergravantur, ex quo multi fessi tale gravedine et labore, eligerunt potius se absentare a civitate nostra prefata, cum eorum familiis, quam pati, quod talibus laboribus pergraventur, et similiter fieret in futurum, nisi provideretur, ex quo ci-
15 vitas nostra prefata, per spatium temporis valde depopularetur, cum damno notabili nostri dominii, et deformitate ipsius loci nostri; Vadit pars, pro observando in hoc omnem equalitatem possibilem, Quod mandetur Regimini nostro Nigropontis, et successoribus suis, quod debeant diligenter et mature considerare numerum, et quantitatem fidelium nostrorum Nigropontis aptorum ad eundum pro hominibus a remo
20 super dicta galea, et in quantum sint in tanto numero et quantitate, quod possint de eis facere tres partes, sive divisiones, vel plures, aut ad minus duas, illas faciat, constituendo et ponendo in qualibet parte, seu divisione homines tot, et tot, ut sint equales numero, Et postea quando casus acciderit, quod oporteat armare dictam galeam, debeat ultra dictos centum homines suppleri de una ipsarum partium prefa-
25 tarum, Et sic successive altera vice de alia, et sic de tempore in tempus, secundum quod fuerit necesse illam armare, observetur, Et si aliquis hominum illius partis, que tunc ire debebit in galea, erit absens, ponatur alius loco eius, Et si constabit ultra id quod datur per nostrum comune, solvatur sibi de illo pluri, de bonis illius qui erit absens, et sicut habetur, fideles nostri de hoc erunt valde contenti, Et similiter fa-
30 ciat et observet dictum regimen de hominibus aptis et consuetis ad eundum pro hominibus de pede, sicut de illis de remo superius dictum est, Et habeant ipsi nostri fideles, qui ibunt cum dicta galea soldum solitum, Et regimen nostrum Nigropontis teneatur observare hoc, sub pena ducatorum II centum in suis propriis bonis.

Qui fuerit scriba galee Nigropontis uno viagio non possit esse scriba
35 *dicte galee usque ad alia sua viagia.*

Ceterum ordinetur, quod scriba maior ipsius galee de cetero accipi debeat ad viagium, sicut accipi solebat, quia ex hoc comune nostrum minorem expensam

Digitized by Google

habebit, quam si acciperetur ad annum, sicut ab aliquo tempore parvo citra observatum fuit, nam sicut est notum, dicta galea non stat extra ultra menses duos, aut tres anni, sicut est manifestum. Ordinetur etiam, quod qui fuerit scriba ipsius galee uno viagio, non possit ullo modo esse ad alia duo viagia tunc proxima, sub pena predicta, Et sub pena suprascripta teneatur regimen nostrum de inde facere, quod illi homines, qui erunt accepti et scripti ad annum currentem, quando dicta galea armabitur, vadant personaliter super illa, sicut debent, nec possint ponere aliquem loco sui, nisi in casu infirmitatis persone. Quarum penarum tertium sit accusatoris, si fuerit, per quem veritas habeatur, tertium nostrorum Advocatorum comunis, quibus hec inquirenda committentur, et aliud tertium nostri comunis et si accusator non fuerit, medietas sit dictorum Advocatorum, et alia medietas nostri comunis, Et predicta debeant publice proclamari duobus diebus dominicis in Nigroponte grece et latine, ut omnibus sint manifesta.

de parte . . . . . omnes alii
de non 2
non sinceri. 4

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 15 t.°).

566.

1413, 24 julii.

Terminentur per regimen Nigropontis, et per sindicos, solutiones Cancellariorum Nigropontis quas debent accipere de scripturis.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum per Cancellarios Baiulorum Nigropontis accipiantur et accepte sint multe inordinate et excessive solutiones, pro scripturis et aliis actibus, quos faciunt vigore cancellarie, quod est cum magno et notabili damno fidelium nostrorum de inde, et cum parva utilitate tamen nostri comunis, sitque propterea super hoc necessarium providere; Vadit pars, quod scribatur et mandetur Regimini nostro Nigropontis, quod in applicatione Sindicorum nostrorum Nigropontis quibus etiam hoc committatur, debeant esse insimul cum dictis Sindicis, et captato tempore condecenti ad hoc, debeant mittere pro XII aut XV ex nobilibus et fidelibus nostris de inde, et ab ipsis separatim et divisim, prout eis melius videbitur, debeant sumere omnem informationem possibilem, de solutionibus que fieri solebant, secundum ordinem in ipsa cancellaria annotatum, ipsis cancellariis, pro dictis actibus et scripturis, et habitis informationibus predictis, debeant ipsum regimen ac ipsi Sindici terminare et declarare particulariter, quantum ipsi Cancellarii, pro quolibet actu, et scriptura, quam facient, vigore cancellarie prefate, accipere debeant et habere, fabere faciendo de dicta eorum terminatione seu tanxatione fieri facere duo extracta super duabus assidibus, que stare debeant in cancellaria, scripta unum in latino, et aliud in lingua greca, ut omnes de dictis solutionibus claram notitiam habere possint, ne super inde fraus aliqua committi possit. Verum si aliquis dictorum cancella-

Digitized by Google

riorum de cetero acceperit, contra tanxationem, quam fecerint, suprascripti debeant cadere de iperperis decem, pro qualibet vice qua contrafecerint, cujus pene tertium sit accusatoris, si fuerit, tertium regiminis nostri Nigropontis, et aliud tertium nostri comunis, et si accusator non fuerit, medietas sit comunis, et alia medietas sit regiminis. Et ulterius totum id quod idem cancellarius habuisset restituatur illi seu illis quibus fuisset acceptum, ita quod pro causa illa, ipse cancellarius contrafaciens nichil habeat, nec habere debeat, Et de penis predictis non possit ipsis cancellariis contrafacientibus fieri aliqua gratia, ullo modo vel ingenio, sub omnibus penis, et stricturis contentis in parte nova contrabannorum.

de parte 59
de non 0
non sinceri 1

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 15 t.° e 16).

567.

1413, 24 julii.

Cum poneretur de diferendo ad electionem provisoris Patrasii captum fuit de non.

Ses Petrus Miani, consiliarius.

Quod differatur pro nunc ad faciendum ellectionem de provisore Patrasii, Sed isto interim debeant deputari duo de collegio, qui sint cum domino Archiepiscopo, seu deputandis ab eo, ad videndum, et examinandum rationes introitus dicti loci, et expensarum factarum per nostrum dominium, ut possint postea referre dominio quicquid invenerint, Et isto medio dominium, per illas vias et modos, qui videbuntur utiles et opportuni, possit praticare et praticari facere, de essendo in concordio cum ipso domino Archiepiscopo, ut sit contentus dimittere in manibus nostri dominii Patrasium, et alia loca sua, cum illis modis et conditionibus, qui utiles et boni videbuntur, et cum eo quod haberi et obtineri poterit, cum ipso domino Archiepiscopo super predictis, venietur ad istud consilium, et fiet, sicut utilius et melius apparebit.

de parte 23
de non 43
non sinceri 5

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 16 t.°).

Digitized by Google

568.

1413, 4 augusti.

Concessum nobili viro ser Benedicto Trivisano baiulo et capitaneo Nigropontis, posse expendere pro reparatione palacii sui, ducatos L auri.

Sapientes ordinum.

Capta. — Quod concedatur ser Benedicto Trivisano Baiulo et Capitaneo nostro Nigropontis posse expendere in aptatione palacii Nigropontis, ducatos quinquaginta auri de pecunia nostri comunis.

de parte 73
de non 1
non sinceri 1

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 18 t.°).

569.

1413, 19 augusti.

Baiulus et capitaneus Corphoy sequestrari faciat omnes introytus Archiepiscopatus Corphoy preteritos et futuros, et nulli det ut ibi.

Ser Albanus Baduario, ser Nicolaus Victuri, ser Antonius Mauro, ser Marinus Karavello, procurator, ser Franciscus Cornario, sapientes consilii.

Capta. — Cum Baiulus et Capitaneus noster Corphoy, per suas literas nostro dominio scripserit Reverendum patrem quondam dominum Illarium Archiepiscopum corphiensem mortuum esse, et coram eo comparuisse canonicos, videlicet capitulum de inde, supplicantes, ut sibi placeret scribere nostro dominio, ut dignaremur supplicare summo pontifici, ut dignaretur providere de prelato ecclesie corphiensis, usque duos annos, ut de introitibus dicti Archiepiscopatus, possit reparari et aptari ecclesiam, et illam fulcire paramentis, calicibus, et aliis necessariis, quibus omnibus multum indiget, Et bonum ac utile sit providere super hoc; Vadit pars, Quod committatur nobili viro ser Bernaboni Lauredano militi ituro Baiulo et Capitaneo Corphoy et consiliariis suis, quod cum applicuerit ad regimen sibi commissum, debeat simul cum consiliariis, sequestrare, et sequestrari facere omnes introitus et redditus Archiepiscopatus predicti, tam exactos quam exigendos, et illos depositare in manibus camerariorum nostrorum de inde, de quibus redditibus et proventibus Regimen nostrum de inde, duo ex canonicis dicte ecclesie, et duo ex civibus Corphoy eligendi per dictum nostrum Regimen, debeant tenere computum ordinate, provi-

Digitized by Google

dendo, quod dicti redditus et proventus expendantur in fabrica ecclesie corphiensis, in paramentis, calicibus, et aliis necessariis, sicut fuerit opportunum, de quibus expensis similiter nostrum Regimen, dicti duo canonici, et dicti duo cives eligendi, teneant computum ordinate, Cui regimini committatur, quod dictos redditus et proventus alicui Archiepiscopo non faciat consignare, sine expresso mandato nostri dominii, Et non possit presens pars revocari, suspendi, declarari, nec aliquo alio modo poni, quod dicti redditus et proventus dentur alicui, vel in alio expendentur, quam pro reparatione et rebus suprascriptis, nisi per duas partes istius Consilii Rogatorum.

de parte 50
de non 9
non sinceri 12

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 20).

570.

1413, 31 augusti.

Rectores Corphoy reparari faciant ecclesiam Sancte Marie de Casopo, de elimosinis et oblationibus provenientibus ipsi ecclesie.

Sapientes consilii.

Capta. — Cum per relationem Ambassiatorum comunitatis nostre Corphoy, simus informati, quod ecclesia Sancte Marie de Casopo pessime tenetur in ordine, tam in divino cultu, quam in reparatione ecclesie, et hoc quia dicunt, quod Archiepiscopus corphiensis solitus est accipere, et in se tenere elimosinas, sive oblationes que porriguntur ad dictam ecclesiam, ex quibus deberent fieri reparationes, et alia necessaria; Vadit pars, quod mandetur Regimini nostro Corphoy, quod omnino provideat, quod de elimosinis et oblationibus, que perveniunt ad ipsam ecclesiam, faciant fieri repparationes et laboreria, que fuerint necessaria, ut locus ille teneatur, et sit in bono ordine, et quod non vadat in desolatione, Et insuper provideant, quod ibi teneatur ordo et modus circa cultum divinum, secundum consuetudines per elapsum hactenus observatas, Committendo dicto Regimini, quod de predictis faciant teneri bonum et ordinatum computum, sicut ei commissum est de factis ecclesie corphiensis.

de parte 80
de non 1
non sinceri 2

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 25).

Digitized by Google

571.

1413, 11 septembris.

Responsiones facte ad sexdecim capitula porecta per Ambassiatores Comunitatis nostre Corphoy.

Sapientes ordinum.

Capta.— Cum iam multis diebus fuerint ad presentiam nostram tres Ambassiatores Comunitatis nostre Corphoy, et post humilem et devotam recommendationem factam nostro dominio de comunitate prefata, porrexerint certa capitula, per que, super multis, nostram gratiam humiliter implorant, Et postmodum de tempore in tempus, cum maxima solicitudine procuraverint et procurent habere expeditionem, quia stant hic cum maxima expensa, et incomodo personarum suarum, Et sit conveniens et honor nostri dominii ipsis Ambassiatoribus dare expeditionem, et ipse comunitati, considerata fidelitate sua, in his que sint equa et honesta, alacriter complacere; Vadit pars, quod ad capitula predicta, et eorum quodlibet, Respondeatur in hac forma videlicet:

Ad primum, et secundum capitula, per que petunt, quod cum vir nobilis ser Robertus Mauroceno Baiulus et Capitaneus noster Corphoy, in Anagrafi, quod fecit de bonis spectantibus nostro comuni, revocaverit certos vilicos factos, et acceptatos per cives nostros Corphoy, de vaginitis, sive forensibus ad dictam nostram Insulam accedentibus ad habitandum, secundum antiquam consuetudinem, et sicut continetur in ultimo privilegio domine Regine Iohanne, Similiter acceperit ipsis nostris fidelibus aliqua territoria, vineas, et arbores que et quas ipsi, sicut asserunt, tenuerant et possederant ab antiquo, dignaremur mandare, quod dicti vilici, et dicta territoria, et vinee, ac arbores, ipsis nostris fidelibus libere restituantur et dimittantur, sicut hucusque illa et illas habuerunt et tenuerunt:

Respondeatur Ambassiatoribus prefatis, Quod quamquam viderimus formam et continentiam privilegii nostri alias concessi comunitati prefate, et intellexerimus etiam litteras, tam Baiuli et Capitanei nostri Corphoy, et consiliariorum nobis scriptas, super materia suprascripta, ac etiam alias scripturas et privilegia nobis presentata per eos, et ea omnia que oretenus dicere voluerunt et allegare, tamen pro habendo clariorem informationem in predictis volumus expectare Baiulum nostrum Corphoy, et super inde secum habere colloquium, qui de brevi Venetias venturus est, quo audito et habita informatione, postea super inde terminabimus, prout nobis videbitur fore iustum.

Ad tertium continens, quod fiant de inde duo catastica, sive inventaria, de omnibus bonis, sive possessionibus Insule, Respondeatur, quod istud pro nunc certa licita, et rationabili causa, non videtur nobis esse fiendum, nec super hoc aliquid volumus innovare.

Ad quartum, per quod petunt, quod offitium camerlengarie ipsis nostris fidelibus confirmetur, prout per elapsum illud habebant, Respondeatur, quod ob appro-

Digitized by Google

batam affectionem et fidelitatem ipsius fidelis comunitatis nostre, placet nobis et sumus contenti, ipsum officium camerlengarie ipsis nostris fidelibus, sicut, et quemadmodum illud habuerunt hucusque, gratiosius confirmare, et sic tenore presentis pagine confirmamus.

Ad quintum continens, quod omnia offitia existentia sub jurisditione civitatis Corphoy, sicut sunt castellania, et commestabileria Butrentoy, capitaneria Saiate, castellaneria et capitaneria Barge, castellaneria Fanari, castellaneria Nepanti, castellaneria Porte ferri, comestabellaria Insule Corphoy, credenzaria salis, offitium dragomani, offitium parastati, laboreriorum terre Corphoy, et extimaria vini, conferatur civibus, et fidelibus nostris de inde; Respondeatur, quod sumus contenti, et nobis placet, quod offitia suprascripta de cetero, per modum solitum, dentur et conferantur civibus et fidelibus nostris Corphoy, exceptando a predictis illa offitia, que alias exceptata fuerunt, per nostra consilia Rogatorum et additionis, et etiam offitium dragomani, que volumus remanere ad libertatem nostri dominii, conferendi illa illis personis, que nostro dominio videbuntur, sicut sunt ad presens. Et quia egregius miles dominus Petrus Capiza fidelis noster Corphoy habet ad presens castellaniam Barge, volumus, quod ipse ipsam castellaniam habeat, prout habet quousque vixerit, post vero mortem ipsius domini Petri, fiat et observetur sicut superius continetur. Reliqui vero, qui haberent de officiis predictis per gratiam, seu aliter, sint cassi, et inde amoveantur, ut possit observari secundum promissionem nostram presentem, et sicut alias captum fuit, ut superius dictum est.

Ad sextum continens, quod offitium Advocatarie curie Corphoy detur, et conferratur, per regimen nostrum de inde, civibus nostris Corphoy, de sex menses in sex menses, et non ultra, et qui fuerit sex menses non possit esse usque ad unum annum proximum postquam compleverit, ut maior numerus civium participare possit de officio suprascripto; Respondeatur, quod istud nobis valde placet, et ita mandabimus de cetero observari.

Ad septimum, per quod petunt, quod feudatarii nostri de inde, qui servire debent nostro dominio cum equis, serviant cum equis precii convenientis, sicut antiquitus serviebant; Respondeatur, quod nobis placet, et volumus quod serviant cum equis bonis et sufficientibus, qui sint precii ducatorum XXVIIII in XXX.ta, pro quolibet vel inde supra.

Volumus insuper, juxta continentiam octavi capituli, quod offitiales, qui fuerint per comunitatem Corphoy, fiant secundum, quod antiquitus fieri seu elligi solebant.

Ad nonum continens, quod si aliquis preter appellationem, citari faceret aliquem coram Auditoribus sententiarum in Venetiis, teneatur ille talis dare securitatem in Corphoy de expensis, quas ille, cui preceptum fieret, faceret occasione predicta, in casu quo ille, qui appellationem interponeret, succumberet; Respondeatur, quod super hoc nichil omnino volumus innovare.

Ad decimum, per quod petebant revocationem certi dacii impositi vino Insule Corphoy, quod venditur ad spinam; Respondeatur, quod causis ipsis Ambassiatoribus oretenus explicatis, quas bene intellexerunt, dictum datium non intendimus aliqualiter revocare, quia est tam parvum quid, quod bene habet rationabiliter contentari.

Digitized by Google

Ad undecimum continens, quod si ullo unquam tempore armabitur in Corphoy fustum aliquod, pro honore civitatis Corphoy, fiat unus patronus, sive armator, de civibus de inde; Respondeatur, quod ob singularem dilectionem, quam habemus ad cives nostros prefatos, ob fidelitatem et virtutem eorum, simus contenti eisdem alacriter, sicut postulant impartiri, declarantes tamen, quod hoc locum non habeat 5 nec intelligatur de galea completa, que de inde de cetero armaretur, quia in hoc casu, electionem patroni, sive armatoris illius, volumus ad nos remanere, declarando insuper, quod dictus patronus sive armator eligendus de cetero, fiat et elligatur per maiorem partem regiminis nostri de inde.

Placet equidem nobis, quod de cetero frumentum de Corphoy extrahi non 10 possit, absque nostri dominii speciali mandato, sicut ipsi Ambassiatores, per duodecimum capitulum impetrarunt.

Ad terciumdecimum, per quod devotissime supplicarunt, ut nostro dominio placeat reduci facere in formam publicam quoddam privilegium Serenissime condam domine Regine Iohanne, quod casualiter est ammissum, et in cancellaria de inde 15 registratum repperitur et est; Respondeatur quod non videtur nobis bene honestum facere hoc quod petunt, nec ipsi etiam de hoc curare deberent, et si pur in aliquo facit ad facta spectantia dicte comunitati, habent illud de inde registratum in cancellaria nostra, quod idem est, ac si esset in forma publica, sicut sciunt.

Ad quartumdecimum continens, ut dignaremur mandare, ut observentur privi- 20 legia XXXII presbiterorum grecorum, sicut per nostrum dominium in acceptatione civitatis et Insule Corphoy, confirmata fuerunt privilegia prefata; Respondeatur, quod sumus contenti, sicut alias captum fuit, ita et etiam presentialiter replicando, quod dicta privilegia confirmata sint, prout iacent, et contenta in illis inviolabiliter observentur. 25

Ad quintumdecimum, per quod, cum istantia supplicant, ut dignaremur providere ad custodiam burgi Corphoy, cum socii milites Baiulorum et Capitaneorum nimis gravant cives de inde, ultra id quod de jure gravare deberent, et hoc faciunt, ut valeant imbursare pecuniam, ad quod vigilant, et non ad aliud; Respondeatur, quod si ipsis nostris fidelibus fit, seu facta est, aliqua gravedo, seu violentia occa- 30 sione predicta, istud nobis displicet ultra modum, quia nostre intentionis est, quod huiusmodi violentie, gravitates, seu mala nullo modo fiant, seu aliqualiter attententur, Et si sciremus, per quos istud commissum fuit, procederemus taliter contra eos, quod pena eorum esset aliis terror et exemplum. Et propterea scribemus et mandabimus stricte Regimini nostro de inde, quod super inde debeant facere et 35 adhibere tale remedium et provisionem, quod de cetero cessent mala et gravitates prefate, et quod nullus civis noster de inde nullo modo, ultra debitum aliqualiter aggravetur, sicut est nostre intentionis et voluntatis.

Ad sextumdecimum et ultimum capitulum continens, quod camerarii nostri de inde facere debeant apodisias, sive cedulas illis, qui emunt gabellas et datia nostra 40 de inde, de quantitate denariorum, quam de tempore in tempus recipient a gabellotis prefatis; Respondeatur, quod istud nobis placet, et sic de cetero mandabimus observari.

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 29 t.°-30 e 30 t.°).

Digitized by Google

572.

1413, 15 septembris.

Regimen Corphoy mittat unam personam sufficientem ad dominum Cephalonie pro factis navis olim patronizate per Bartholomeum de Benedicto capte per navem armatam in Zephalonia, et vadat nuncius ad expensam participum dicte navis.

Sapientes ordinum.

Capta.— Cum captum fuerit pridie in isto consilio, quod mandaretur Capitaneo nostro Culphi, quod pro habendo emendam et satisfationem damnorum datorum nostratibus, ob captionem navis olim patronizate per Bartholomeum de Benedicto civem nostrum, capte alias, per quamdam navem patronizatam per Garziam de la Tressa de Aragonia, que sicut habetur a certo, armata fuerat ad postam domini duche Zefalonie, deberet ad presentiam ipsius domini duche personaliter se conferre, cum verbis contentis in parte pridie capta super hoc, Et nunc dubitetur, quod ipse dominus ducha sit in partibus infra terram, taliter quod ipse Capitaneus ad eius presentiam nullo modo accedere poterit, ex quo nisi provideretur, Intentio nostri dominii nullo modo sortiretur effectum; Vadit pars, quod ad habundantem cautelam, scribatur et mandetur Regimini nostro Corphoy, quod ad expensas damnificatorum dicte navis, ad presentiam ipsius domini duche, mittere debeat unum nostrum de inde sufficientem et aptum ad hoc, exponendum dicto domino duche id quod captum fuit in isto consilio, de quo ipsum Regimen debeat distinctius informari, Mandando dicto Regimini, quod de responsione, quam reportabit nuntius predictus, nos per suas literas debeat informare, et sic contentantur damnificati.

de parte	omnes alii
de non	3
non sinceri.	1

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 32).

573.

1413, 5 octobris.

Concessum quod quilibet tam civis quam forensis possit cum navigiis portare frumentum Coronum et Mothonum acceptum de intra Culphum quam de extra.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum considerata maxima indigentia bladorum, quam paciuntur loca nostra Mothoni et Coroni, prout diffusius per literas ser Iohannis Navaierio castellani Coroni et Mothoni sumus informati, sit neccessarium ipsis locis nostris,

Digitized by Google

que carissima habemus, possetenus subvenire, ne inibi fames veniat; Vadit pars, quod elargetur, quod quilibet, tam venetus, quam forensis, cum quolibet navigio, tam veneti, quam forensis, caricare possit frumentum, in quocumque loco et parte, tam de intra culfum, quam de extra culfum, pro portando seu mittendo illud frumentum, ad loca nostra prefata Coroni et Mothoni, pro exonerando et vendendo ibi, Et teneantur predicti, qui frumentum conducere volent ad loca nostra prefata, illud extraxisse de locis, in quibus fecerint emptionem, pro conducendo ad loca nostra prefata, usque per totum mensem januarii proximi, Et debeat presens pars publicari in scalis Rivoalti, ut omnibus sit manifesta.

de parte 76
de non 1
non sinceri 3

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 38).

574.

1413, 23 octobris.

Quid responsum fuit Ambasiatori Rodi, super facto pulveris zuchari empti per nostros mercatores in Insula Cipri petenti quod restituantur.

Ser Nicolaus Victuri, sapiens consilii.

Cum quidam nobilis Ambassiator sacre religionis Rodi venerit ad presentiam nostri dominii, cum literis credentie, et inter alia exposita dixerit, et cum humanis et dulcibus verbis supplicaverit, pro parte illius religionis et fratrum, qui sunt amicissimi nostri dominii, quatenus velimus complacere sibi in scribendo et committendo nostris civibus et mercatoribus conversantibus in Cipro, quod non emant pulveres de Casali, de Colori, quod casale pertinet ad sacram religionem, sive redditus ipsius; Vadit pars, quod in complacentiam ipsius religionis, scribatur et mandetur Baiulo nostro Cipri, quatenus debeat precipere nostris mercatoribus et civibus conversantibus in illa Insula, et aliis nostris civibus, qui illuc irent, quod non emant, nec audeant emere, nec emi facere pulveres predictos, sine licentia et voluntate nostri dominii, salvo si emerent ab ipsis fratribus, sive cum sua voluntate et licentia, et hoc sub pena contrabanni.

de parte 47, 47, 45, 40, 41, 40, 40
de non 38, 38, 39, 37, 37, 41, 42
non sinceri 13, 11, 11, 14, 14, 11, 10

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 41).

Digitized by Google

575.

1413, 28 octobris.

Dicatur dicto Ambasiatori Rodi, quod in complacentiam dicte religionis, quod mandabimus omnibus subditis nostris, et fidelibus nostris, quod non audeant emere de zucharis de Casali de Colos, quousque etc.

5 Ser Paulus Truno et ser Nicolaus Lipamano, sapientes ordinum.

Capta. — Cum quidam nobilis Ambassiator sacre domus hospitalis Rodi, inter alia, sub credentialibus litteris dixerit, et cum humanis et dulcibus verbis supplicaverit, pro parte illius religionis et fratrum, qui sunt amicissimi nostri dominii, quod nobis placeat eisdem complacere, in scribendo et committendo nostris civibus, et 10 mercatoribus conversantibus in Cipro, quod non emant pulveres de Casali de Colos, quod casale pertinet ad sacram religionem, sive ad redditus ipsius; Vadit pars, quod dicatur, et respondeatur dicto Ambassiatori, quod in complacentiam dicte religionis, sumus contenti, et volumus mandare et mandabimus, quod nullus civis, subditus, aut fidelis noster, nullo modo audeat emere de dictis pulveribus, quousque per summum 15 pontificem fuerit datum benefitium suprascriptum, Et propterea mandetur et scribatur vicebaiulo nostro Cipri, quod debeat precipi facere mercatoribus nostris, quod non audeant emere de dictis pulveribus, donec per summum pontificem datum fuerit benefitium suprascriptum, et nisi solum ab illo, cui per summum pontificem provisum fuerit de benefitio suprascripto, seu a suis commissis, sub pena contra ordinis.

20 de parte . . . . . 41 de non . . . . . 24 non sinceri 11

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 41 t.°).

576.

1413, 11 novembris.

Regimen Corphoy permittat extrahi frumentum de dicta Insula, pro portando ad loca nostri dominii.

25 Sapientes ordinum.

Capta. — Cum concessum fuerit comunitati nostre Corphoy ad supplicationem nostro dominio devotissime factam, quod frumentum de civitate illa et Insula. extrahi non posset, absque nostro speciali mandato, Et dicta concessio nunc nuper obfuit, et nocere similiter posset in futurum, nisi provideret; Vadit pars, quod mandetur 30 Regimini nostro Corphoy, et successoribus suis, quod debeant non obstante concessione predicta, permittere extrahi de dicto frumento, pro portando ad loca nostra tantum, in casu necessitatis, libere sicut poterant, antequam dicta concessio facta esset.

de parte . . . . . 72 de non . . . . . 3 non sinceri 2

35 (Reg.° 50, 1413–1414, c. 48).

Digitized by Google

577.

1413, 11 novembris.

Regimen Corphoy fieri faciat reparationes ordinatas, et expendere possit pecuniam ordinatam.

Sapientes ordinum.

Capta.— Cum captum fuerit alias in isto consilio, quod Regimen nostrum Corphoy, pro constructione et complemento certorum laboreriorum necessariorum de inde, posset pecuniam, quam habere repperiebatur in manibus tempore receptionis prefati nostri mandati, et que ex tunc in antea, usque ad unum annum, haberetur et exigeretur de datio vini, quod venditur ad spinam, expendere in dictis laboreriis, Et regimen nostrum Corphoy videatur capere aliquam dubitationem, utrum possit certam quantitatem pecunie, que exacta fuerit de dicto datio, antequam reciperet dictum mandatum, et erat in quadam capsa, expendere in laboreriis predictis; Vadit pars, exequendo id quod captum fuit alias, quod declaretur regimini nostro prefato, quod nostre intentionis fuit et est, quod posset pecuniam, quam habebat in manibus suis, sive exactam, tempore receptionis prefati nostri mandati, de ratione dicti dacii, et que exigetur usque ad unum annum proximum computandum a die receptionis ipsius nostri mandati, expendere in laboreriis prefatis, sicut in ipsis nostris literis continetur, et sicut alias captum fuerit in isto consilio.

de parte 91
de non 0
non sinceri 1

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 48 t.°).

578.

1413, 30 novembris.

Magister Angelus de Panormo fisicus confirmetur ad salarium ibi cum salario et conditione quibus erit magister Evangelista.

Consiliarii.

Capta. — Quod sapiens vir magister Angelus de Panormo physicus, quem vir nobilis ser Johannes Navagerio Castellanus Coroni et Mothoni, ob suam sufficientiam et probitatem, elegit, et multum recommendat per suas literas loco magistri Evangeliste physici, qui de inde sine licentia se absentavit; Confirmetur auctoritate huius consilii, cum conditionibus et salario, quibus erat dictus magister Evangelista.

de parte 79
de non 3
non sinceri 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 53).

Digitized by Google

579.

1413, 11 januarii.

Vaganiti qui amodo recipientur per aliquos in Insula Corphoy scribantur ad Cameram Corphoy ut ibi.

Sapientes ordinum.

Capta. — Quod pro vitando inconvenientias, que hucusque secute sunt, propter acceptationem, quam fecerunt, fideles nostri Corphoy de vaginitis, sive advenis ad illam Insulam accedentibus, Ordinetur, quod in futurum ipsi nostri fideles Corphoy, debeant vaginitos huiusmodi, quos de cetero acceptabunt, fecisse infra unum annum proximum, computandum a die quo in ipsam Insulam venient vaginiti prefati, illos scribi ad cameram nostram, et solvisse grossos tres, pro recognitione, sive intratura camere nostre, secundum usum, et accepisse appodisias, prout debent, Aliter quilibet contrafaciens huic ordini, cadat de unciis duabus pro quolibet contra hoc acceptato, et ultra hoc vilicus ille remaneat, et sit nostri comunis.

de parte 47
de non 2
non sinceri 6

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 62 t.°).

580.

1413, 11 januarii.

Responsio facta ambasiatoribus comunitatis Corphoy super facto Anagraphi facti tempore domini Roberti Mauroceno, et vilicorum factorum et acceptatorum per cives de inde.

Ser Leonardus Dandulo, ser Thomas Quirino, sapientes ordinum.

Capta. — Cum iamdiu steterint hic Venetiis duo Ambassiatores fidelis comunitatis nostre Corphoy, pro habendo finalem responsionem nostram, super duobus capitulis, que remanserunt expediri de capitulis alias per ipsos Ambassiatores nostro dominio presentatis, ipsique Ambassiatores, cum devota instantia continue solicitaverint habere expeditionem, et solicitent de die in diem, Et sit conveniens et honor nostri dominii dictis Ambassiatoribus expeditionem tribuere, ut reverti possint ad domum suam; Vadit pars, quod ad dicta duo capitula, et eorum quodlibet respondeatur, Et primo ad primum continens, Quod cum vir nobilis ser Robertus Mauroceno, alias Baiulus et Capitaneus noster Corphoy, in anagrafi, quod fecit de bonis spectantibus nostro comuni, revocaverit certos vilicos factos, et acceptatos per cives nostros Corphoy de vaginitis, sive forensibus ad prefatam Insulam accedentibus ad habitandum, secundum eorum antiquam consuetudinem, et sicut conti-

Digitized by Google

netur in ultimo privilegio domine Regine Johanne, dignaremur mandare, quod dicti vilici eisdem libere relaxentur, restituantur, et dimittantur, sicut hactenus illos habuerunt et tenuerunt; Respondeatur, quod quamquam sit satis clarum ipsos non observasse in acceptatione, et receptione vilicorum prefatorum, modos, et solennitates debitas, et stabilitas, tamen annuentes gratiose supplicationibus dictorum nostrorum fidelium, ob singularem amorem, quem gerimus ad comunitatem prefatam, volumus, et nobis placet, quod omnes vilici facti, et acceptati per ipsos nostros fideles hucusque, sint, et libere remaneant eis, quorum sunt, seu erant, ante dictum anagrafi factum per ipsum ser Robertum Mauroceno, ita quod dicto anagrafi non obstante, ipsi nostri fideles illos libere habeant, et possideant, sicut per antea habuerant et tenuerant, Sed ut observentur modi, et ordines debiti, Volumus, quod ipsi nostri fideles debeant prefatos vilicos, qui scripti non fuissent in libris camere nostre de inde, et pro quibus non fuissent soluti prefate camere grossi tres pro intratura, pro recognitione, secundum usum, facere scribi ad cameram nostram de inde, et pro unoquoque solvere camere prefate grossos tres, et accipere apodisiam, secundum usum. Ulterius volumus, quod ipsi nostri fideles teneantur omnes vilicos, quos de cetero acceptaverint, seu fecerint suos, usque ad unum annum proximum, post acceptationem cuiuslibet vilici fecisse illum scribi, et notari ad cameram nostram de inde, et solvere ius camere, et accipere apodisiam, sicut superius dictum est; Elapso vero anno prefato, cadat quilibet contrafaciens de onciis duabus, et ulterius vilicus ille remaneat in nostrum comune.

de parte 31, 35

Ser Nicolaus Lipamano, sapiens ordinum.

Vult considerato, quod vir nobilis ser Robertus Mauroceno, qui fuit Baiulus et Capitaneus noster Corphoy, super facto vaginitorum, seu vilicorum Insule Corphoy, habuit bonum consilium, et optimum respectum, ita quod id quod fecit, venit esse bene et recte factum, nec ipsi nostri fideles, qui non observarunt solemnitates debitas, de tali sua determinatione se gravare deberent, Sed tamen ob fidelitatem maximam ipsius nostre comunitatis, volentes in maiorem partem condescendere, Mandetur Regimini nostro Corphoy, Quod debeat separatim mittere pro talibus vilicis, qui revocati fuerunt per ipsum ser Robertum, et ipsos interogare, utrum velint remanere sub illo quo erant ante revocationem predictam, vel non. Illi vero, qui remanere nollent, sint absoluti ab illo tali, et remaneant in nostro comuni, sicut positi fuerunt per ipsum ser Robertum, Et in isto casu prefatum Regimen illis talibus vilicis provideat pro laboribus per eos passis, sub illo tali domino suo, et pro melioramento territoriorum suorum, prout dicto Regimini iustum et debitum videbitur, de bonis patronorum suorum, de pecunia tantum, habito tamen respectu ad benefitia, et comoda ipsis vilicis facta per dominos suos predictos. Illi vero, qui remanere volent, sub prefatis dominis suis, restituantur eisdem, sed pro illis dicti domini sui solvant grossos tres, pro recognitione camere, secundum usum, et accipiant appodisias, prout debent. Similiter etiam in futurum debeant fideles nostri Corphoy vaginitos huiusmodi quos acceptaverint, infra unum annum proximum computandum, a die quo in Insula prefata venerint, scribi fecisse ad cameram

Digitized by Google

nostram, et solvisse grossos tres, et accepisse appodisiam, ut est dictum, Et cadat quilibet contrafaciens huic ordini de iperperis decem, pro quolibet villico contra hoc acceptato, et ultra hoc vilicus ille remaneat, et sit nostri comunis, et sic Respondeatur Ambassiatoribus prefatis.

5 de parte 11, 11
de non 8
non sinceri 13, 19

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 74 e 74 t.°).

581.

1413, 10 februarii.

10 *Regimen Nigropontis acceptari faciat et bene tractari quemdam Abraynum arminum de Trapesunda et familias que venient ad habitandum in Insula nostra Nigropontis.*

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum quidam Abraynus Anteron arminus iamdiu civis noster, et so-
15 litus commorari cum eius familia in castro nostro Trapesunde, fidelissimus nostri dominii, missus specialiter pro hac causa a familiis octuaginta et ultra ipsorum arminorum, qui sunt in partibus Trapesunde, Savastie et Turchie, fuerit noviter ad nostram presentiam, Et pro parte sua, et familiarum prefatarum exposuerit humiliter et devote, quod in quantum nostrum dominium dignaretur ipsas familias velle
20 acceptare in Insula nostra Crete, et ipsos facere tractari, sicut tractantur alii fideles nostri de inde, ipsi cum eorum bonis, et familiis, se reducerent ad ipsam Insulam ad habitandum, Et faciat pro nostro dominio, quod loca nostra repleantur gentibus, et specialiter personis, que querunt vivere pacifice, juste, et ex sudore suo; Vadit pars, quod Respondeatur ipsi Abrayno, quod nostra dominatio est contenta velle acceptare
25 ipsos in Insula nostra Crete, et etiam in Insula et terra nostra Nigropontis, ad quem ipsorum locorum magis placebit se conferre, et vult, Et mandabit, quod omnes ex predictis familiis, quas conducent, et venient de cetero ad habitandum, tam ad Insulam Crete, quam Nigropontis, videantur humane, et in daciis et occurrentibus aliis, tractentur, et expediantur, sicut tractantur alii fideles nostri ipsorum locorum, Et
30 sic scribatur Regimini nostro Crete, et Nigropontis, et successoribus suis.

de parte 93
de non 0
non sinceri 1

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 75 t.°).

Digitized by Google

582.

1413, 14 februarii.

Item alia responsio facta dictis Ambasiatoribus, super facto vinearum et territoriorum acceptorum per ipsum dominum Robertum.

Ser Leonardus Dandulo, sapiens ordinum.

Ad alteram vero partem sive capitulum, per quod se gravant, quod ipse ser Robertus, accepit ipsis nostris fidelibus aliqua territoria, vineas, et arbores, quas et que, sicut asserunt, tenuerant, et possederant ab antiquo; Respondeatur, quod mandabimus regimini nostro Corphoy, quod debeat illis nostris fidelibus qui per cartas, seu instrumenta autentica, ostendent aliquas de dictis arboribus, territoriis, seu vineis positas in nostro comuni, per ipsum ser Robertum esse suas, ministrare juris et justitie complementum. Reliquas autem de rebus suprascriptis, volumus sicut debitum est, in nostro comuni remanere.

de parte . . . . . 20.

Ser Nicolaus Lipamano, ser Daniel Victuri, sapientes ordinum.

Capta. — Ad secundam vero partem, de arboribus, vineis, et territoriis, quas, et que sibi acceptas fuisse asserunt, provideatur in hunc modum videlicet; Quod regimen nostrum Corphoy, debeat, recepto presenti nostro mandato, facere publice proclamari in Corphoy, et aliis locis Insule, Quod omnes volentes conqueri de predictis arboribus, vineis, et territoriis sibi acceptis per ipsum Robertum, debeant usque ad sex menses tunc proximos, depositasse in curia nostra Corphoy querelam suam in forma, prout voluerit de rebus prefatis, quibus quidem mensibus sex elapsis aliquis amplius querelam deponere non possit, nec audiri super aliqua ex rebus suprascriptis, Elapsis vero dictis mensibus sex, Regimen nostrum Corphoy, infra unum annum tunc proxime incohandum a fine dictorum mensium sex, debeat audire jura quorumcumque, et nostri dominii, et habito super causis prefatis maturo consilio, et deliberatione, facere et terminare, prout dicto regimini, secundum deum, jus et justitiam videbitur convenire, procedendo super causis prefatis, per sententiam, vel in futurum jura tam nostri dominii, quam specialium personarum clare videri possint, quas sententias et jura, tam comunis, quam specialium personarum faciat distincte notari super uno quaterno, cuius quaterni copiam mittere debeat ad manus nostrorum officialium rationum veterum, quibus committatur, quod videre debeant scripturas, et sententias predictas, et in quantum ipsis officialibus videretur, quod comune nostrum in aliquo fuerit deceptum, debeant mittere pro nostris prefatis nobilibus, qui dictas tales sententias protulissent, et illos audire, Et si videbitur ipsis officialibus comune nostrum pur esse deceptum, debeant precipere ipsis nostris fidelibus de Corphoy, quibus factum tanget, quod sint hic Venetiis ad deffendendum jura sua, assignando eis terminum competentem et justum, et tam si venient, quam non, possint et debeant venire ad collegium deputatum, et si per placitare suum

Digitized by Google

recuperabunt aliquid, habeant de eo quod recuperabunt talem partem, qualem habent nostri Advocatores comunis in similibus, Declarando ex nunc, quod illi quibus alique de rebus suprascriptis restitute fuerint, per regimen nostrum prefatum, habere debeant similiter utilitates perceptas per nostrum comune de rebus ipsis, a tempore quo intromisse fuerunt, usque ad relaxationem, seu restitutionem earum, sicut conveniens est et justum.

de parte 62
de non 4
non sinceri 15

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 74 t.°).

583.

1413, 23 februarii.

Regimen Corphoy eligat unum hominem de inde qui simul cum Cancellario baiuli scribat stridas possessionum.

Ser Leonardus Dandulo, sapiens ordinum.

Super altera vero parte, per quam petunt, quod quidam Rector scolarum deputetur de inde ad stridas instrumentorum, sicut fit, et fiebat per Cancellarium baiuli; Respondeatur, quod respectu, quod utilitas stridarum instrumentorum est illa, que principaliter habet inducere cancellarios, qui ducuntur per baiulos ad eundum de inde, et affectantur, quod ipsi nostri baiuli sint bene sociati solemnibus et fidis cancellariis, sicut requiritur, nolumus propterea super hoc aliquid facere, quia cognoscimus clare, quod cancellaria illa ad nichilum quasi deduceretur, cum incomodo nostri dominii, sed in instrumentis stridarum, que fient de cetero per ipsos cancellarios, subscribere se debeant Baiulus et Consiliarii Corphoy, ut omnia ordinate procedant.

de parte 37

Ser Nicolaus Lipomanus, ser Daniel Victuri, sapientes ordinum.

Capta. — Volunt, quod per regimen nostrum Corphoy, elligi debeat unus homo fidelis et sufficiens, qui simul cum cancellario Baiuli et Capitanei, in uno quaterno de per se, debeat notare omnes stridas, habendo pro hoc tertiam partem lucri stridarum tantummodo, et alia duo tertia sint ipsius cancellarii baiuli, Et hoc intelligatur habere locum, a fine regiminis presentis baiuli in antea.

de parte 53
de non 1
non sinceri 2

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 74 t.°.)

Digitized by Google

384.

1413, 23 februarii.

Camerarius Corphoy qui eligitur de inde, habeat partem penarum et utilitatum pervenientium ad dictam cameram.

Sapientes ordinum.

Ad ultimam vero partem, per quam petunt, quod camararius qui eligitur de inde, qui simul cum uno ex consiliariis est deputatus ad camerlengariam de inde, habeat partem utilitatum in totum, sicut habet ipse consiliarius, pro ipsa camerlengaria, prout habebat tempore ser Petri Duodo, et aliorum camerariorum nostrorum de inde; Respondeatur, quod placet nobis, quod ipse camerarius habeat partem ipsarum utilitatum penarum, et aliarum rerum, occurrentium ad ipsum offitium, secundum quod habebat tempore ipsius ser Petri Duodo, ut superius dictum est.

de parte 82
de non 4
non sinceri 2

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 75).

585.

1413, 23 februarii.

Rector Neapolis Romanie possit investire pecuniam sibi superabundantem de suo salario et de suis equis et aliis rebus.

Consiliarii.

Capta. — Cum potestati et Capitaneo Neapolis Romanie nunc solvatur ad tornesios, et ei cederet ad magnum damnum portare monetam predictam, que superhabundaret de dicto suo regimine ad has partes; Vadit pars, quod potestas et Capitaneus Neapolis Romanie possit totam dictam pecuniam, que superhabundabit ei de regimine de equis, et rebus suis investire de inde, prout possunt castellani Coroni et Mothoni, faciendo investitam predictam ad tempus, quo faciunt castellani predicti, sicut in simili casu concessum est.

de parte . . . . . omnes alii
de non 6
non sinceri 2

(Reg. 50, 1413-1414, c. 76 t.°).

Digitized by Google

586.

1414, 1 marcii.

Scribatur provisori Patrasii, quod procuret omnino exigere pecuniam restantem exigi pro nostro comuni, et illam portet regimini Corphoy, et in suo recessu constituat Gasparum de Lucha ad exigendum illud quod restabit.

5 Quod scribatur ser Bertutio Diedo, Provisori Patrasii in hac forma:

Sapientes consilii.

Capta. — Comparens ad presentiam nostram nobilis vir ser Iohannes Diedo frater vester, nobis exposuit, quod pro tempore elapso, quo tenuimus et habuimus dominium Patrasii, multi denarii spectantes et pertinentes nostro comuni, restant 10 exigi, et specialiter de tertio anno debemus exigere, pro comerclo magno, ducatos millecentum, et restat similiter exigi colecta, que est ducatorum quingentorum, et similiter exposuit, quod de aliis daciis sunt multi debitores, qui dare debent nostro comuni ducatos millequingentos et ultra, Et propterea fidelitati vestre cum nostris consiliis Rogatorum et additionis, scribimus et mandamus quatenus cum omni cura, 15 diligentia, et solicitudine attendere et solicitare debeatis de exigendo predictos denarios, pro comodo et utilitate nostri comunis, et circa exactionem denariorum predictorum, apponere debeatis omnes spiritus vestros, sicut de vobis ample confidimus, Et omnes denarios, quos exigeretis, debeatis vobiscum conducere Corphoy, et consignare regimini nostro Corphoy, cui regimini dedimus in mandatis, quid de 20 ipsis denariis per vos illuc conducendis, facere et observare debet. Ceterum, quia dictus ser Iohannes subiunxit, quod multi denarii similiter restant exigi in dicto loco Patrasii, a multis et diversis personis, qui denarii spectant nostro comuni, ad quorum denariorum exactionem, quidam Gaspar de Lucha habitator Patrasii, homo fidus nostro dominio, esset aptus et sufficiens, et hoc dictus Gaspar faceret. quia est 25 bonus servitor nostri dominii, propterea volumus et sic cum dictis consiliis vobis mandamus quatenus in recessu vestro de inde, debeatis omnes dictos tales debitores nostri comunis, ordinate notari facere, scribendo nomina, et quantitates, in quibus sunt debitores, et illos consignare dicto Gasparo, eidem committendo, et loco vestri constituendo ad exigendum denarios predictos, Volumus etiam quod unam similem 30 copiam, prout dederitis dicto Gasparo, vobiscum Venetias portare debeatis, ut continue videri possint debitores predicti pro utilitate nostri comunis.

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 80).

Digitized by Google

587.

1414, 1 marcii.

Scribatur regimini Corphoy, quod conservet pecuniam quam sibi consignabit provisor noster Patrasii.

Regimini autem Corphoy scribatur.

Capta. — Commisimus nobili viro ser Bertucio Diedo provisori nostro Patrasii, quod in recessu suo de Patrasio, secum portet omnes denarios quos habebit, spectantes et pertinentes nostro comuni, et illos vobis consignet, et propterea cum nostris consiliis Rogatorum et additionis, fidelitati vestre scribimus et mandamus, quatenus, omnes denarios, quos dictus ser Bertutius vobis dabit et consignabit spectantes, et pertinentes nostro comuni, debeatis conservare, et penes vos retinere, non expendendo illos modo aliquo vel ingenio, pro aliqua re, sub pena ducatorum quingentorum, pro quolibet vestrum, in vestris propriis bonis, quam exigere debeant nostri Advocatores comunis habentes partem, ut de aliis penis sui officii, Nam dictos denarios volumus per vos debere conservari, pro opportunitatibus galearum nostrarum Culphi, sicut tunc per nostras litteras vobis dabimus in mandatis.

de parte 116
de non 0
non sinceri 1

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 80).

588.

1414, 10 martii.

Regimen Corphoy murari faciat burgum Corphoy, per modum ut ibi.

Ser Robertus Mauroceno olim Baiulus et Capitaneus Corphoy.

Capta. — Cum locus noster Corphoy, respectu situs et conditionis ipsius, sit, et merito esse debeat nostro dominio gratus, et carus, quantum aliquis alius locus partium levantis, quem habeamus, et civitas ipsa stando in termino, quo ad presens est, vix debilior esse possit, quod statui nostro periculosissimum est, Sitque propterea laudabile, et res sapientissima, tempore pacis attendere ad fortificationem ipsius civitatis, quia postmodum, tempore guerre, quod absit, non haberemus de civitate illa aliqualiter dubitare, Et alias per istud consilium cognitum fuerit, istud laudabilissimum bonum, et provisum, quod burgus dicte civitatis murari deberet, que est illa res, que ipsam civitatem fortissimam faciet, et quam fideles nostri de inde affectant summo studio, et tamen nichil factum fuerit, licet tempore regiminis quondam viri nobilis ser Petri de Vidorio facta fuerit magna pars fossarum, Et sit pro securitate status nostri, et ortamime fidelium nostrorum, necessarium super hoc providere,

Digitized by Google

quia ultra fortificationem, que fiet ipsi civitati, ex hoc in brevi temporis spatio, multe familie ex advenis se reducent in burgum illum, ibique habitabunt; Vadit pars, in nomine Yehsu Christi, quod dictus burgus debeat murari, Et propterea mandetur regimini nostro presenti, quod debeat dare principium ipsi operi, et similiter iniun-
5 gatur successoribus suis, quod debeant subsequi et facere, quousque fuerit totus muratus, incipiendo prius a turri portus, ubi stat consiliarius, eundo seu tirando per marinam versus montem Iudeorum, faciendo ipsum murum altum cum merlis passibus quatuor cum dimidio, et grossum pedibus quinque, dimittendoque unum callem inter domos et murum, qui fiet de passibus duobus, Accipiendoque ipsum mon-
10 tem Iudeorum intus, et facere et extendere ipsum murum usque sanctum Nicolaum poverelo, et de inde usque pontem hospitalis, et postea inde usque ad ecclesiam sanctorum Apostolorum, et de inde usque ad turrim alterius Consiliarii a parte sirochi, faciendo sive construi faciendo unam bonam turrim in summitate montis Iudeorum, et ad stratas magistras, et inter ipsas turres de aliis turricellis parvis,
15 prout fuerit necesse, secundum quod regimini predicto videbitur, cum consilio magistri Francisci de Brendolis ingeniarii nostri, qui de hoc est peroptime informatus. Pro opere autem suprascripto habentur lapides et calx, ac magistri prothi murarii, qui sunt salariati a comuni, ita quod non essent necessarii nisi manuales, Et pro expensis predictis tantum utilibus, ac etiam pro complemento moli, deputetur illa
20 taxa, sive collecta, que annuatim exigitur in civitate nostra prefata, et denarii, qui exiguntur ex datio vini a spina, ponendo aliquantulum taxam illam maiorem quam sit usitatem, ut pecunia habeatur ad supplementum. Qui quidem denarii in alio expendi non possint, sub pena ducatorum mille pro quolibet contrafaciente, quousque fuerint completa laboreria suprascripta, que de brevi fient, et comple-
25 buntur, Nam in circuitu non capiunt ultra summam passuum VI centum XL."

de parte . . . . . 68 de non . . . . . 6 non sinceri 6

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 81).

589.

1414, 10 martii.

Item fieri faciat super platea burgi unam cisternam.

30 Ser Robertus predictus.

Capta. — Cum in terra nostra, et burgo Corphoy, tempore estatis non sit aqua potabilis, sed est opus ire extra per milliare unum vel circa, quod est cum maximo sinistro fidelium nostrorum de inde; Vadit pars, quod regimini nostro Corphoy mandetur, quod ad expensas fidelium nostrorum de inde, debeat super platea ante por-
35 tam fieri, constitui facere unam cisternam, sive puteum nostro modo, de quo fideles nostris predicti sunt valde contenti.

de parte 80
de non 0
non sinceri 0

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 81).

Digitized by Google

590.

1414, 10 martii.

Item fieri faciat unum molendinum a vento subtus castrum novum.

Insuper cum in terra illa non sit aliquod molendinum, aut pistrinum sine quibus, civitas ipsa peius stare non posset, mandetur regimini nostro prefato, quod in capite sancti Sideri, subtus castrum novum, debeat construi facere unum molendinum a vento, nam omnes concordantur, quod ibi peroptime stabit, Et si faciet bonam probam, debeat ipsum regimen construi facere ibi de aliis usque quatuor, pro comodo fidelium nostrorum de inde.

de parte 77
de non 0
non sinceri 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 81).

591.

1414, 10 martii.

Item mittantur Corphoy page viginti pro cambiando inutiles de inde.

Ser Robertus Mauroceno, olim baiulus et Capitaneus Corphoy.

Capta. — Ceterum cum in castris Corphoy sint multe page inutiles, nam aliqui sunt pauperes, et aliqui Albanenses et aliqui Corphienses onerati maxima familia; Vadit pars, quod quanto prestius fieri poterit, debeant mitti de inde page viginti, pro cambiando illas inutiles, sicut videbitur Baiulo et Capitaneo Corphoy.

de parte 77
de non 0
non sinceri 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 81 t.°).

592.

1414, 10 martii.

Item mittantur Corphoy alique capse de talpono, et asides pro faciendo capsas pro conservando farina, et faciendo armaria.

Ser Robertus predictus.

Cum in castris nostris de inde non sit aliqua munitio victualium, que sit tantummodo pro diebus octo, nam biscotus, qui positus est in illis de brevi devastabitur,

Digitized by Google

quia non est locus ubi conservari, seu collocari possit; Vadit pars, quod illuc mittantur tot capse de talpono que sint capacitatis stariorum quatuor vel quinque pro qualibet, quot capiant summam stariorum LX.ta pro quolibet castro, vel mittantur tabule, quia ipse capse fient ibi, in quibus capsis conservabitur farina per longum tempus, Item mittantur tabule III centum pro faciendo fieri armaria duo ab armis pro castris, et unum pro civitate, et cantinelle cum clavis necessariis.

de parte 72
de non 3
non sinceri 3

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 81 t.°).

593.

1414, 10 martii.

Fiat una porta castro novo pro possendo recipere gentes.

Ser Robertus predictus.

Insuper quia castrum vetus Corphoy, non habet aliquam viam pro recipiendo a parte maris gentem, sicut habet castrum novum; Vadit pars, quod fiat una porta ipsi castro, sicut videbitur regimini Corphoy, cum consilio magistri Francisci de Brendolis, qui de talibus est peroptime informatus.

de parte 70
de non 0
non sinceri 1

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 81 t.°).

594.

1414, 10 martii.

Salariati Corphoy sint obedientia baiuli et capitanei solummodo.

Ser Robertus predictus.

Ceterum cum multotiens cadat differentia inter baiulum et Capitaneum Corphoy et consiliarios, super facto salariatorum comunis, utrum esse debeant sub baiulo et Capitaneo solo, sicut sunt stipendiarii vel sub regimine; Vadit pars, ad removendum ipsum dubium, cum et ipsi salariati reputari possint stipendiarii, propter salaria que habent, quod sint suppositi baiulo et Capitaneo soli, et ita affectant salariati predicti.

de parte 41
de non 25
non sinceri 4

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 81 t.°).

Digitized by Google

595.

1414, 10 martii.

Ordo datus de sentenciis audiendis per sindicos ituros ad dictas partes Corphoy.

Ser Robertus predictus.

Insuper quia inter alia, que plus gravant fideles nostros de inde, tam de terra, quam districtu, est quod de sentenciis, que sunt parve quantitatis pecunie, de quibus se agrevare intendunt, et appellare, non habent audientiam de inde, sed sint coacte huc venire cum maximo suo incomodo et expensa, sitque propterea utile providere pro contentamento fidelium nostrorum de inde; Vadit pars, quod committatur Sindicis nostris partium Romanie, qui sunt extra, et successive aliis nostris Sindicis qui de tempore in tempus ibunt ad dictas partes, quod quando erunt, et se reperient in Corphoy, possint audire quoscumque, qui se conqueri voluerint de sententiis hujusmodi datis in Corphoy, per regimen nostrum de inde, et auditis partibus et juribus suis plene discussis, possint per omnes ipsos in concordio, seu per maiorem partem eorum, incidere, seu cassare, laudare, seu approbare quamlibet sententiam datam per dictum nostrum regimen a ducatis quinquaginta infra. Verum si Rectores nostri, qui dictas sententias protulissent, tunc ibi non essent, audiant appellationes et accipiant scripturas, et alia que de iure accipi debent, Et post suum reditum Venetias, infra terminum, qui ipsis Sindicis deputatus sive stabilitus fuerit per dominium, auditis rectoribus ipsis, qui ipsas sententias dedissent, et pronunciassent, possint per modum supradictum, super talibus sententiis, a ducatis L.ta infra, procedere in laudando vel revocando, sicut superius dictum est.

de parte 41
de non 16
non sinceri 5

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 81 t.°).

596.

1414, 10 martii.

Ordo datus de subscriptione sententiarum prolatarum per regimen Corphoy.

Ser Robertus predictus.

Capta. — Insuper quia multi errores occursi sunt in sentenciis datis, quarum alique non repperiuntur registrate, et alique in quibus nominantur Rectores, qui illas fecerunt, non possunt habere suum cursum debitum, quia dicti Rectores asserunt de illis nichil scire, et pro tollenda inconvenientia predicta, sit necessarium providere; Vadit pars, quod in qualibet sententia, que de cetero prolata fuerit per regimen nostrum Corphoy, ab yperperis XX supra usque centum, debeant se

Digitized by Google

subscribere manu propria, baiulus vero cum uno ex Consiliariis, Et ab yperperis centum supra debeant subscribere baiulus cum Consiliario, seu Consiliariis qui fuerunt illius opinionis sub pena yperperorum decem pro quolibet, et qualibet vice in suis propriis bonis.

5 de parte 66
de non 0
non sinceri 2

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 82).

597.

1414, 15 martii.

10 *Rectori Neapolis Romanie nichil detur pro suo salario in Venetiis, sed illud habeat de inde.*

Ser Laurentius Bragadinus, sapiens ad recuperandam pecuniam.

Capta. — Cum sit per omnem viam et modum, providendum de tenendo hic ex introitibus nostris, illam quam maiorem quantitatem pecunie possumus, ut citius 15 fieri valeant facta nostra; Vadit pars, quod potestas et Capitaneus Neapolis Romanie, cui dantur dehinc ante eius recessum, ducati trecentiquinquaginta de pecunia nostri comunis pro parte sui salarii, de cetero nichil habeat hic a nostro comuni, sed recipere debeat eius salarium in Neapoli.

de parte 80
20 de non 26
non sinceri 3

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 90).

598.

1414, 15 marcii.

Baiulo et Capitaneo Corphoy, nichil detur in Veneciis
25 *pro suo salario, Sed illud habeat de inde.*

Ser Laurentius Bragadino, sapiens etc.

Capta. — Quia Baiulo et Capitaneo nostro Corphoy, dantur hic Venetiis, ante eius recessum, ducati quadringenti de pecunia nostri comunis pro parte sui salarii, Ordinetur, quod de cetero nichil habeat hic a nostro comuni, sed recipere debeat 30 eius salarium in Corphoy.

de parte . . . . . omnes alii
de non 17
non sinceri. 1

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 90).

Digitized by Google

599.

1414, 27 marcii.

Responsio facta domino archiepiscopo Corphyensi, et ordo datus de redditibus archiepiscopatus et canonicorum pro reparatione ecclesie.

Ser Daniel Lauredano, ser Delfinus Venerio, ser Nicolaus Georgio, consiliarii.

Capta. — Cum alias die XVIIII mensis Augusti elapsi captum fuerit in isto consilio, quod omnes redditus et introitus Archiepiscopatus Corphoy, tam exactos, quam exigendos, Regimen nostrum Corphoy intromittere deberet, qui omnes deberent ire in fabricam, et repparationem ecclesie Corphoy, que minatur ruinam, et pro emendo paramenta, calices et alia necessaria ecclesie predicte, prout in dicta parte distinctius continetur, et alias in MCCCCX, die XIX aprilis, captum fuerit in isto consilio, quod pro aptando dictam ecclesiam, Regimen Corphoy intromittere deberet ducatos ducentos, centum videlicet de redditibus Archiepiscopi, et centum solverent canonici et beneficiati de inde, in casu quo dominus Archiepiscopus non faceret dictam expensam, prout in dicta parte continetur. Et modo nuper comparuerit ad presentiam nostram Reverendus pater dominus frater Georgius Delphino, nobilis civis noster Archiepiscopus Corphiensis, exponens, quod disposuit ire Corphoy ad suum Archiepiscopatum, pro regulando et gubernando illum, sicut sua interest, Et quod dignemur providere, quod sui redditus et proventus eidem dentur, et restituantur, quia paratus est illam partem, que nostro dominio videatur justa, et rationabilis ponere ad fabricam et reparationem dicte ecclesie, et quod dignemur providere, quod canonici et beneficiati de inde contribuant ad dictam fabricam, prout tenentur et debent, secundum jura cannonica, Et necessarium sit super hoc providere; Vadit pars, quod Respondeatur dicto domino Archiepiscopo, quod intentio nostri dominii est, quod dicta ecclesia repparetur, aptetur, et fulciatur paramentis, calicibus, et aliis necessariis, Et volumus, quod omnes redditus, quos usque receptionem presentis nostri mandati intromiserit regimen nostrum de inde, debeant ire in fabricam dicte ecclesie, et postea volumus, quod dominus Archiepiscopus predictus solvat singulo anno pro repparatione dicte ecclesie ducatos centum, et alios centum solvant canonici et beneficiati de inde, secundum taxas suas, prout iura cannonica dictant, qui ducenti ducati veniant ad manus regiminis nostri Corphoy, cui regimini committatur, quod illos ponere debeant in manibus duorum civium de inde, eligendorum per eos, et duorum ex canonicis de inde, qui teneant computum ordinatum, de expensis fiendis, pro rebus necessariis et repparatione pro ecclesia, Et duret ista solucio dictorum ducatorum ducentorum, quousque regimen nostrum Corphoy terminabit dictam ecclesiam esse bene repparatam et fulcitam rebus necessariis, prout superius continetur. Alii autem redditus dicti Archiepiscopatus consignari debeant dicto Archiepiscopo predicto, ut est justum, Et sic mandetur regimini nostro Corphoy, quod iuxta continentiam istius partis debeat observare et facere observari.

de parte . . . . . 60 de non . . . . . 12 non sinceri 10

(Reg.° 50, 1413-1414. c. 87 t.°).

Digitized by Google

600.

1414, 27 marcii.

Illi de Rodo possint extrahere de Insula Crete usque ad quantitatem mensurarum XII mille frumenti.

Ser Thomas Maripetro, ser Leonardus Dandulo, ser Nicolaus Lipamano, ser
5 Daniel Victuri, sapientes ordinum.

Capta. — Cum sicut nuper habuimus per literas regiminis nostri Crete, ipsum regimen per Ambassiatorem Reverendi domini locumtenentis domini magistri hospitalis et ceterorum balivorum, et procerorum conventus Rodi, fuerit amicabiliter et instantissime requisitum, quod ob penuriam maximam, quam patitur Insula
10 Rodi prefata, placeret ipsi regimini concedere licentiam extrahendi de dicta Insula nostra, usque ad quantitatem mensurarum XII mille frumenti, Et ipsum regimen considerans gravitatem et periculum, ad quod subiacet ipsa civitas et Insula Rodi, Et quia habet in comuni nostro magnam quantitatem frumenti pizati, de quo multum perderetur, ubi dando ipsi locumtenenti et conventui superlucraretur, dictam licen-
15 tiam ipsis ambassiatoribus alacriter concessisset, nisi obstaret quoddam nostrum mandatum in contrarium loquens, sitque attentis novis, que sonant de adunatione Turchorum, et periculo ad quod subiacet Insula et terra prefata, Et etiam pro utili et comodo nostri comunis super hoc providere; Vadit pars, quod respondeatur et mandetur ipsi nostro regimini Crete, quod non obstante nostro mandato predicto,
20 dummodo Insula nostra prefata remaneat bene copiosa et fulcita blado, super quo debeat habere diligentem advertentiam, debeat ipsis de Rodo concedere licentiam de extrahendo de Insula nostra prefata, usque ad quantitatem per illos requisitam, et ab inde infra, prout ipsi regimini nostro videbitur, informando illos de Rodo de hac deliberatione nostra facta in complacentiam ipsius religionis quanto prestius
25 poterit, cum illis verbis, que sue sapientie utilia et proficua videbuntur.

de parte . . . . . 83 de non . . . . . 3 non sinceri 1

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 87 t.°).

601.

1414, 8 maii.

Castellani Coroni et Mothoni exigant pecuniam neccessariam a subditis locorum
30 *nostrorum Castrifranchi et Castrileonis pro emptione armorum necessariorum pro dictis locis per taxam, et eam mittant officialibus rationum pro emendo dicta arma.*

Ser Paulus Truno, ser Andreas Mauroceno, ser Daniel Victuri, sapientes ordinum.

35 Capta. — Cum per literas ser Michaelis Trivisano nostri Castellani Coroni et Mothoni, nuper fuerimus informati, quod in Castrofranco et Castroleono districtus

Digitized by Google

Coroni, nulla est munitio armorum, et requirat, quod de ipsis armis de hinc sibi mittantur, Et sit honestissimum, quod illi, in securitatem et utilitatem quorum operabuntur ipsa arma, sentiant onus emendi illa; Vadit pars, quod scribatur et mandetur ipsi ser Michaeli et successori suo, quod debeant diligenter examinare quantitatem armorum necessariam, pro castris predictis, et per taxam imponendam, tam districtualibus ipsorum castrorum, secundum facultatem cuiuslibet eorum, quam illis quorum sunt territoria in dictis districtibus situata pro valore illorum territoriorum, debeat exigere pecuniam necessariam, pro emptione ipsorum armorum, quam mittere debeat nostris offitialibus rationum veterum, cum informatione necessaria circa hoc, quibus officialibus committatur, quod sub pena ducatorum ducentorum auri pro quolibet, exigenda per nostros advocatores comunis, de qua non possit fieri aliqua gratia, sub eadem pena, debeant de ipsa pecunia emere arma, et exequi secundum quod eisdem fuerit intimatum per Castellanum nostrum predictum, ut presto, et sine expensa nostri comunis, illa castra, sicut requiritur, bene et copiose fulciantur armis predictis.

de parte 69
de non 9
non sinceri 3

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 107 t.°).

602.

1414, 18 maii.

Baiulus Nigropontis nunc iturus conducat secum unam banderiam peditum pagarum XXV, et sic faciant alii baiuli ituri de tempore in tempus.

Sapientes ordinum.

Capta. — Quia non est tantum utile, sed omnino necessarium, tenere modum iuxta posse, quod stipendiarii, quos tenemus in civitate nostra Nigropontis, sint homines apti et utiles ad faciendum honorem nostrum; Vadit pars, quod Baiulus et Capitaneus Nigropontis, qui de proximo ire debet, conducere debeat secum banderiam unam XXV pagarum, et similiter conducere debeant de tempore in tempus alii baiuli, qui ibunt Nigropontem, Mandando, quod tam baiulus et Capitaneus iturus, quam alii qui ibunt per tempora, debeant cassare tot de aliis stipendiariis de inde de inutilibus et minus sufficientibus, ut numerus stabilitus de inde nullatenus augeatur, cassando etiam unum comestabilem de inde minus sufficientem, loco comestabilis, qui de tempore in tempus illuc mittetur. Verum in isto principio accipiatur pecunia necessaria, pro stipendiando dictos pedites hic ad cambium, et mittatur ad solvendum de inde per Regimen Nigropontis.

de parte 92
de non 0
non sinceri 1

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 108 t.°).

Digitized by Google

603.

1414, 18 maii.

Regimen Corphoy solvat pecuniam acceptam ad cambium pro soldando XX ballistarios missos illuc.

Sapientes ordinum.

5 Capta. — Cum captum fuerit alias in isto consilio, quod hic Venetiis solidari deberent ballistarii viginti mittendi Corphoy, pro recambiando cum illis, qui sunt inutiles et insufficientes in castris Corphoy, et dicti ballistarii tantum necessarii expediri non possint, deffectu pecunie; Vadit pars, ut pro hoc non restet, quod hic Venetiis accipi possit ad cambium pecunia necessaria pro ista causa, Et scribi et 10 mandari debeat regimini Corphoy, quod ipsam pecuniam sive cambium solvat ad terminum, et sicut dicto regimini mandabitur.

de parte	omnes alii.
de non	1
non sinceri	0

15 (Reg.° 50, 1413-1414, c. 108 t.°).

604.

1414, 24 maii.

Provisiones nobilis viri ser Roberti Mauroceno, olim baiuli et capitanei Corphoy.

Primo de precio dando colligentibus et presentantibus granna comunis.

Ser Robertus Maurocenus, qui fuit Baiulus et Capitaneus Corphoy.

20 Capta.— Perche fra le altre intrade che se abia de l isola de Corphu, he quella de la grana, et he molto utele per comun, perche la costa de soldi II $^1/_2$ in soldi 7 $^1/_3$ la scudela in comun e le scudele II $^1/_3$ fano lire 1 de Corfu, che monta sotosovra da soldi X $^1/_3$ e undexe da soldi 66 in 67 la lira che xe un grandissimo utelle, ma che per la gran fadiga che se fa a recoier el pizol pagamento, el de roman 25 molta sui albori, che non vien recolta, e perdesse, che in gran dano de comun, e dagando un puocho piu priexio, se ne recoiera tropo mazor quantitade, e perho e a proveder, Chel ben sia scripto e comandado al Rezimento de Corfu, che rezevudo questo nostro comandamento, i debia far cridar, che a tuti quelli che arcoiera e portera grana al rezimento per vendeda, dove i aveva grossi tre per scudella, do 30 mo avanti i habia grossi quatro, cum questa condition, chel rezimento se faza dar

Digitized by Google

la grana a pexo, zoe per ogni scudella II $^{1}/_{3}$, lira 1, e cussi debia recever e non altramente, e contrafazando i camerlengi sia tegnudi refar a comun, e questa parte sia dada ai offiziali de le raxon.

de parte 57
de non 10 5
non sinceri 9

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 110).

605.

1414, 24 maii.

Secundo quod pro fabrica muri burgi, habentes domum in ipso burgo solvant solidos duos pro libra, secundum extimationem. 10

Capta. — Cumzosia che la spexa del muro se de far al borgo, e granda e utilissima a segurtade e ben de le caxe del borgo, sia ordenado che tute le caxe che in lo dito borgo, debia pagar II soldi per lira de tuta la spexa che se fara per lo dicto muro, e de zio i camerlengi debia tegnir bon conto, pagando de tempo in tempo, como se spendera, e cossi se cometa al rezimento predicto, el qual habia a tansar 15 le caxe, segondo la stima i parera, e scuoder de tempo in tempo segondo la spexa se fara, e de tuto tegnir bon conto.

de parte 66
de non 3
non sinceri 7 20

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 110)

606.

1414, 24 maii.

Quarto quod baronia comitis de Mantina afficletur per quinque annos ut ibi.

Capta. — Perche la baronia del Conte de Mantina iera de le bone baronie de lixola, ma per esser pervegnuda nel nostro comun et mal governada, la ditta e 25 vegnuda in gran deminution de prexio e rendedo, e stagando a questo muodo del tuto andera in ruina, Sia ordenado al nostro rezimento, che debia afitar per zinque ani fin a nuove, como piu utele parera la ditta baronia a parte a parte, dando dei magri terreni cum i boni a zascuna parte, siche el non se affita i boni e i chattivi romagna a comun, e quelle affitaxon se faza per incanto publico, fazando de zio notitia e 30

Digitized by Google

cridar per di XV o XX avanti per la terra, e per le IIII balie de lixola de questo incanto, azio che tuti sia avixadi per miorar l incanto per ben de comun, non dagando salvo a persone segure, cum bone plezarie, e siando tegnudi de pagar la fitaxon per termene de 4 in 4 mesi, segondo l uxanza de Corphu dei altri incanti, e soto quelle pene, de le qual habia parte i camerlengi como de le altre, intendando che dai vilani, e vasali de la ditta baronia, i ditti affitadori non possa tuor piu che quello i sonno usadi de pagar ni per simel agravarli, e che al presente el dicto rezimento se faza pagar del fito del molin da quelli che avera la ditta baronia da ser Nicolò Foscari de tempo i e tegnudi, et apresso sia constreti a refarlo, e redurlo in lo stado chel possa maxenar como lor lave da comun, e questo de questo molin debia eseguir el rezimento fra mexi 6 da po ricevuto el nostro comandamento in pena de iperperi cento intro i suo beni proprii de zascadun de lor, la qual pena la mita vegna in el nostro comun, e laltra mitade ai Avogadori de comun, a chi questo sia commesso.

de parte 57
de non 3
non sinceri 8

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 110).

607.

1414, 24 maii.

Quinto quod omnes Censules comunis solvant id quod tenentur infra unum, sub pena etc.

Capta. — Ancora perche le molte zensuali che aspeta a comun, si in isola como al Butintro, et non ha pagado za longo tempo, ni sono scripti alla camera, e molte cride fosse fatte in tempo de ser Roberto Moroxeni, che zascun che avesse zensuali de comun, si vegnisse a far scriver, soto algune pene, e puochi obedi, Chel sia commesso al reximento che debia far de nuovo cridar che tuti che a zensuali del comun, vegna a farli scriver a la camera e pagar fin un mese da puo fata la crida, in pena de soldi II per lira, et de perder el zensual, quelli non vegnira, passado el dicto termene, chel rezimento i possa e debia far pagar la pena, e tuorli el zensual, se lo i parera poderlo vender, o dar ad altri, cum avantagio del comun, se no lasarlo a quello lo haveva.

de parte 58
de non 2
non sinceri 8

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 110).

Digitized by Google

608.

1414, 24 maii.

Sexto quod hospitale detur alicui bone persone, et qui voluerit faciat se scribi et omnes probabuntur in consilio rogatorum.

Ser Robertus Maurocenus, ultrascriptus.

Capta. — Ancora perche le un hospedal in lo borgo de Corfu el qual sel fosse tegnudo ben in ordene seria una bona cosa, e de granda elemosina e pieta, per la gran quantitade de li pelegrini poverissimi e infermi che ogni anno capita la, e non ha dove redurse in prender algun reposo, se non la, et iera sempre usado che tuti se reduxeria la, ed a doi i stazii da dormir per l' amor di Dio, et e dotado quello hospedal de algune intrade per missier Simon Darmer, che fo Baiulo la, per tegnirlo in conzo per sta caxon, et ora el non sen fa alguna cosa, perche quel prior che dexe che nome Marcho de Candia, che soleva andar homo da remo in legni de l Istria e de la Marcha, et a perso el brazo per una ferida che lave siando su la galiota de ser Polo Bianco, per aidar e trar so fiuoli de man dei schiavoni, che involava animali a Cherso e ad Ossero, el dito cum i diti so fiuoli, che sono tre o 4, che sono tuti homeni de riviera, ati a far puocho ben, e cum le fie e so moier se manza quelle intrade, et non vuol recever algun puovero, se no per prexio de cotanto a la note, e ancor i fa de gran mali per la tera e de brige, e de involar, et habende (*sic*) gran mormorar in la terra, Et perho siando ben a proveder a lo hospedal, chel sia tegnudo per homo da ben, che faza lonor de Dio e de la signoria, e contento de quella universitade, e dar raxon che questa cativa fameia se despiaza de quella terra; Andara parte chel sia publicado, segondo uxanza, che chi se vuol meter a la prova de questo hospedal, siando homo, non habia fiuoli che stia cum lui, se faza scriver, e sia provado per questo conseio de pregadi, e quello che avera plu ballote, passando la mitta del conseio, sia fermo, e sia scripto e comandado al rezimento che de prexente i debia deputar quelle persone i parera a recever la designacion de le armixe e beni, si mobeli, como stabeli, e le carte de le raxon dei livelli, e case, e zardini, e terreni del dicto hospedal, e quelle salvar per muodo chel ditto Marco non possa far algun danno, fazandosse pagar a quello de le cose mancasse, fin chel sera provedudo de un altro prior chomo e detto.

de parte 48
de non 10
non sinceri 10

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 110).

Digitized by Google

609.

1414, 24 maii.

Septimo, quod penes murum burgi fabricandum, non fiat domus, nec magazenus, vel aliud per passus.

Capta. — Ancora perche amurandosse el burgo, como speremo se fara cum la
5 gratia di Dio, sia scripto, et ordenado al Rezimento de Corphu fin da mo che debia e per scripture e per inquisition zerchar le raxon de le caxe e terreni dentro el borgo, dai termini de la fossa, apresso la qual se de far el muro, che aspeta al nostro comun, et a le case fosse fate, che pagasse fito, redurle, complido el so tempo, a quel più priexio i paresse, e quelle se volesse levar di nuova per simel, perche el
10 seria raxonevel per la segurtade del muro, non lassando fabrigar ni caxa, ni magazen, ni altra cosa da mo avanti, che sia apresso al muro II passa, segondo l ordene dado de lassar la calle della marina, per non impazar la via dei muri, e chel dicto rezimento faza notar tute le ditte caxe e tereni, intro i do libri de lanagrafi i anno appresso de lor, copia de l altro, e per simel mandarle la copia qui a lofizio nostro
15 de le raxon.

de parte 50
de non 6
non sinceri 10

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 110).

610.

20 1414, 24 maii.

Octavo, quod de introitibus Corphoy, solvantur stipendia castrorum castellanorum, Rectorum etc. et de residuo fiat ut ibi.

Capta. — Apresso perche, per le gravezze de spexe, ha la camera nostra de le intrade de Corphu, e ogni di vien acresuda, e da puocho tempo in qua e sta acre-
25 suda ducati M a lano, e chi non de proveder el non se pora supplir a le spexe, e non se pora far algun lavorier al muolo, ni altro tanto necessario ; Landara parte, che sia comandado stretamente al nostro rezimento de Corfu, che debia de le intrade ordenade pagar prima i soldadi di castelli, dentro, e de fuora, e de la porta, puo i rectori, castellani, scrivan, armiraio, i miedegi, e i maistri che lavora, el truzimano
30 de la corte e contestabelle de l Ixola, e puo la spexa de le fabriche ordenade per i nostri consei, e fato questo, lavanzo che restera ogni anno, sia pagado i provexionadi e altri che avesse soldo o page che non fesse guarde, declarando fin da mo

Digitized by Google

chel sia commesso ai officiali de le raxon, che non azeta alguna paga fosse fata contra questo nostro comandamento, e quel camerlengo lavera fata, sia sovra de lui, et render i dener a comun, e questa parte sia mandada ai camerlengi, e zonta in la soa commission, et in la commission del baiulo, e questo habia vigor dal rezever del presente comandamento in avanti. 5

de parte 56
de non 5
non sinceri 4

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 110 t.°).

611.

1414, 18 junii. 10

Capitaneus Culphy vadat ad ducham Egeopelagi ad procurandum, quod ipse solvat domino Nicolao Venerio condam domino duce.

Quod scribatur Capitaneo Culphi in hac forma:

Capta. — Scribimus et mandamus vobis, cum nostris consiliis Rogatorum et additionis, quatenus si declinabitis cum galeis vobis commissis ad partes Egeopelagi, 15 debeatis dare vobis operam, de loquendo cum domino ducha Egeopelagi, et sibi dicere ex parte nostri dominii, quod alias Magnificentiam suam requisivimus, ut eidem placeret, solvere et satisfaceret nobili viro ser Nicolao Venerio, quondam Serenissimi domini Antonii Venerio predecessoris nostri, de eo in quo dicto ser Nicolao tenetur, et obligatus est, Et hucusque nullam potuit habere satisfacionem, de quo 20 miramur, considerato quantum iuste dictos denarios habere debet, Et ideo iterato, cum illis bonis modis, verbis et rationibus, que vestre sapientie videbuntur, debeatis instare et procurare, quod dictus dominus ducha eidem ser Nicolao solvat, et satisfaciat, de eo quod a sua Magnificentia habere debet, et facta per vos omni possibili experientia, cum honestate tamen, si dictus dominus ducha recusaret 25 dictam solutionem facere, debeatis sue Magnificentie dicere, quod nostra dominatio non derelinquet civem nostrum, et non peterimus facere cum minori, quam indemnitati eius providere.

de parte 66
de non 3 30
non sinceri 4

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 121).

Digitized by Google

612.

1414, 26 junii.

Marchio Bondonicie solvat expensas, que fient in mittendo Florentiam, doctorem et notarios pro factis suis.

Sapientes consilii.

5 Capta. — Cum pro certis differentiis, quas habet dominus Nicolaus Georgio Marchio Bondenicie, cum certis Ianuensibus, sit necessarium mittere ad partes Florentie, unum doctorem et unum notarium nostrum, pro decisione ipsarum differentiarum, sicut continetur in pace celebrata cum Januensibus; Vadit pars, considerato quod istud fit pro comodo et favore jurium ipsius domini Nicolai, quod expense, que 10 fient, tam pro destinatione predictorum doctoris, et notarii, et famulorum suorum quam pro alia quacumque causa dependente a lite predicta, debeant solvi per ipsum dominum Nicolaum de sua propria pecunia, sicut est conveniens et honestum.

de parte 111
de non 1
15 non sinceri. 1

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 122).

613.

1414, 26 junii.

Pecunia accepta ad cambium, pro soldando XXV pro Nigroponte solvatur per regimen Corphoy.

20 Ser Leonardus Dandulo, ser Paulus Truno, ser Daniel Victuri, ser Andreas Mauroceno, sapientes ordinum.

Capta. — Cum captum sit in isto consilio, quod pecunia necessaria, pro solidando illas XXV pagas, que mitti debent Nigropontem, accipi posset ad cambium hic Venetiis, et mitteretur ad solvendum per regimen nostrum Nigropontis, Et quia 25 habetur, quod camera Nigropontis est vacua pecunie, non invenitur, qui velit hic dictam pecuniam dare ad cambium, Et ut non cesset, quia dicte page tantum necessarie in ipso loco nostro, illuc mittantur; Vadit pars, quod pecunia necessaria, pro expeditione dictarum vigintiquinque pagarum, accipi possit ad cambium pro Corphoy, Mandando regimini nostro Corphoy, quod de pecunia de Patrasio solvere 30 debeat ipsum cambium, secundum quod eidem mandabitur per dominium.

de parte 108
de non 4
non sinceri. 4

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 124').

Digitized by Google

614.

1414, 26 junii.

Affundetur ad strictum Nigropontis illa galea grossa illuc missa, secundum quod terminabitur, per Capitaneum Culphy, regimen Nigropontis, et Capitaneus galearum Romanie, et fiant alie reparationes in Nigroponte ut ibi.

Sapientes ordinum. 5

Capta. — Cum alias, pro reparatione strictus Nigropontis, quod multum atterratur, missa fuerit Nigropontem una galea, pro affundando, et sicut habetur nichil factum extitit hucusque, ex quo, pro omni bono respectu est necessarium providere; Vadit pars, quod mandetur et scribatur Capitaneo nostro Culphi, regimini Nigropontis, Baiulo et Capitaneo ituro de novo, ac Capitaneo galearum Romanie, quod 10 debeant insimul examinare condictionem ipsius stricti, possendo per maiorem partem eorum, facere affundari ipsam galeam illuc missam, ista de causa, et facere omnes illas reparationes et expensas, que ipsis, seu maiori parti eorum videbuntur, pro reparando, et dando aquam ipsi stricto, cum illa quam maiori et utiliori expensa poterunt, Et quia informati sumus, quod turris magistra portus non habet aliquod so- 15 larium, per quod possit ascendi, et similiter muri civitatis, et certe alie turres, sint in malo termino, nec per illas possit gradiri, concedatur regimini nostro Nigropontis, posse reparari, et aptari facere ipsos muros et turres, possendo expendere in dictis reparationibus ducatos trecentos auri, et non ultra, quos denarios, si de inde reperire non poterunt, mittant ad accipiendum illos Neapolim Romanie, Et ita mandetur 20 Regimini Neapolis Romanie, quod ipsam pecuniam ipsi regimini Nigropontis dare debeat ad requisitionem suam.

de parte 106
de non 0
non sinceri. 1 25

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 124).

615.

1414, 12 julii.

Responsiones facte ambassiatori principis Achaye et Zefalonie ad multa requisita ut ibi.

Sapientes consilii et ordinum. 30

Capta. — Quod Egregio viro Johanni Rostaini, Ambassiatori domini Principis Achaye, ad ea, que exposuit, pro parte sui prefati domini, ultra recommendationem, et actiones gratiarum factas nostro dominio, de honore, graciis et beneficiis, portatis ac factis domino Archiepiscopo Patrasii fratri suo, ac etiam offertas et oblationes factas nostro dominio, ad quas partes per Serenissimum dominum Ducem 35

Digitized by Google

sufficienter extitit responsum, Respondeatur; Et primo, Quod cum per medium et interpositionem Castellanorum nostrorum Coroni et Mothoni, per Ambassiatores ipsius domini principis ex una parte, et domini ducis Cefalonie ex altera, facte fuerunt et concluse treugue inter ipsos dominos, durature per spatium annorum trium, sicut patet per instrumentum publicum super inde confutum, cuius copiam nostro dominio ad clariorem informationem presentarunt, Et pro observatione ipsarum treuguarum, sit pena inter ipsas partes ducatorum XX mille. Et fuerint ac sint contente dicte partes, quod nostra ducalis dominatio dignaretur auferre penam predictam, a parte fragente, seu contrafaciente ipsis treuguis, ac prebere auxilium et favorem parti observanti, et attendenti, Quam obligationem pene prefati nostri Castellani acceptare noluerunt, non habentes a nobis aliquod super inde speciale mandatum. Et propterea pro parte prefati domini sui, simul cum domino Egidio de Leonissa ambassiatore prefati domini Ducis, ad nostram presentiam accesserit, supplicando, quod de solita nostra clementia dignemur assumere sarcinam et onus predictum, secundum formam et continentiam instrumenti prefati, Nam non est dubium, quod quelibet partium prefatarum, ob dubium correctionis et discipline socialis, non erit ausa movere sua vestigia a semita pacis et quietis ; Respondeatur, Quod nostra dominatio, ob dilectionem, quam habemus ad ambos ipsos dominos, de conclusione ipsius treugue, letitiam et consolationem suscepit, Sed multo maiorem haberemus et sentiremus, si sentiremus, quod inter ipsos foret bona pax, et sincera amicitia, quemadmodum esse desideramus, inter omnes amicos, et benivolos nostri dominii. Ad partes vero accipiendi sarcinam, et onus exigendi penam a parte contrafaciente ipsi treugue, et fovendi parti observanti, dicimus, quod ob singularem amorem, quem habemus ad utramque partem, nos non videmus, quod possimus talem sarcinam in nos sumere, quia occurrente casu, quod absit, quod aliqua partium non attenderet, seu contrafaceret ad promissa, nos ex tali sarcina compelleremur inimicari dicte parti non observanti, quod ob amorem, quem ipsis dominis habemus, ut est dictum, facere non possemus, absque displicentia maxima, ex quo placeat nos habere merito excusatos.

Ad factum vero obsidum, quos partes predicte posuerunt in manibus nostrorum Castellanorum Coroni et Mothoni, dicimus, quod nostre intentionis est, quod pro maiori securitate ipsarum partium, ipsi obsides stare debeant, aut in civitate nostra Candide, aut in Corphoy, ubi ipsis partibus securius apparebit, quousque inter ipsas partes, super facto ipsorum obsidum, alia deliberatio, aut compositio facta fuerit, Et ex nunc sit captum, quod similis responsio fieri debeat ambassiatori ipsius domini ducis Zefalonie, super capitulo, per quod petit, quod dignemur esse plezios partium, pro ratificatione et observatione treugue.

Ad aliud capitulum, per quod petit, quod dignemur mandare, quod vilici fugitivi ab annis quinque citra, et illi qui fugient de cetero de locis suis, restituantur eidem; Respondeatur, quod super hoc nullam notitiam habemus, sed scribemus et accipiemus informationem opportunam, et postea ipsi domino principi faciemus per nostras literas responsionem.

de parte . . . . . 88 de non . . . . . 10 non sinceri 0

(Reg.° 50, 1413-1414. c. 127 t.° 128).

Digitized by Google

616.

1414, 12 julii.

Sapientes consilii et ordinum.

Capta. — Quod egregio viro Egidio de Leonissa ambassiatori domini ducis Zefalonie, ad alia sua capitula, ultra id quod captum est in responsione fienda ambassiatori domini principis Achaye, Respondeatur, Et primo: 5

Ad capitulum continens, quod dignemur in nostra defensione habere de cetero ab omni persona Insulas suas, et per hoc est contentus dare nostro dominio ducatos trecentos, vel quando haberemus guerram per mare per quam foret necesse armare a galeis duodecim supra, dare unam galeam armatam, pro mensibus tribus, quolibet anno, pro tanto tempore quanto durabit ipsa guerra, Et in casu quo ipse 10 dominus non se reperiret habere galeam, quod dominium largiatur eidem dictam galeam cum suis corredis. Insuper in casu, quo ista non placerent nostro dominio, placeat mandare, quod de quanto Capitaneus noster Culphi erit extra, debeat deffendere loca sua, prout fecit anno preterito. Et redeundo Venetias, habeat preceptum dimittendi ipsi domino unam, aut duas galeas Candide, pro suis pecuniis, pro illo 15 pretio, seu soldo, qui nostro dominio videbitur justus; Respondeatur, quod sicut scit ipse dominus, et per effectum vidit, nos diligimus ipsum, et statum suum tamquam filii et amici charissimi, et ob hoc et propter devotionem quam habet ad nostrum dominium, essemus semper avidi facere ea que essent conservativa status sui, sicut hucusque fecimus, Sed si bene consideramus condictiones temporis presentis, ipse, 20 Dei gratia, se reperit in tali termino et condictione, quod non videmus esse opus, quod presentialiter faciamus aliquam provisionem, sicut requirit, Nam ut est dictum in occurrentibus casibus, ipsum et statum suum habebimus continue commendatum.

Ad aliud, per quod petit, ut dignemur mandare, quod in locis nostris non audeat vendi aliquod fustum a remis, alicui domino, vel persone, que vellet damnificare loca 25 sua, et istud, quia in guerra preterita, fusta a remis, que habuit princeps, empta fuerunt in locis nostris et a subditis nostri dominii; Respondeatur, quod de hoc nullam hucusque notitiam habuimus, Et miramur non modicum, quod de locis nostris huiusmodi fusta fuerint extracta, prout dicit, Et propterea, ne de cetero similia occurrant, mandabimus Rectoribus nostris, quod talia fusta de locis nostris, per quempiam, nul- 30 latenus ad damna locorum suorum extrahi permittant, ut requirit, promittendo ac observando ipsum dominum ducam nobis, non dare receptum, refrescamentum, consilium aut favorem aliquem aliquibus corsariis, et aliis gentibus maledispositis, in portubus, nec locis suis, quia si hoc fieret, esset nostro dominio molestissimum et importabile, causis et respectibus, quos sua sapientia considerare potest. 35

Ad capitulum continens, quod nobis placeat facere eidem solvi de debito Jacomardi, in quo erat ipsi domino obligatus, quemadmodum sibi permissum fuit per ser Robertum Mauroceno olim baiulum et Capitaneum Corphoy, quando ipse Iacomardus consignatus fuit ipsi ser Roberto, quem Iacomardum retinebat, ut asserit, pro obside et plezio de certis suis denariis; Respondeatur, quod existente ipso 40

Digitized by Google

Iacomardo hic Venetiis carcerato, et graviter infirmo, propter longum tempus, quo steterat in carceribus, quod fuerat ultra menses XIIII, dubitantes, quod ex dicta infirmitate obiret, quo casu, totum, quod tenebatur, perditum fuisset, deliberavimus ipsum de carcere relaxare, cum fideiussione prestita de ducatis sexcentis, in casu quo cognoscatur, quod ipse dominus duca Zefalonie habere debeat juridice ipsam pecuniam ab ipso Jacomardo, Et quod cognito ipsum esse debitorem, dicta pecunia remaneat, et esse debeat, ad petitionem nostri dominii, occasione differentiarum, quas certi nostri cives habent cum ipso domino duca, Est bene verum, quod aliqui ex pleziis acceptis, sicut disponit fortuna, non habent facultatem, quam habebant, et aliqui bene, Ea propter in quantum ipse ambassiator habeat super hoc aliquam libertatem, potest uti juribus suis, et nos in hoc casu exequemur ea, que superius dicta sunt.

Ad aliud super facto Nepanti, quod vellet sibi tribui, quia credit, quod habeamus de illo maiorem expensam quam intratam, offerendo dare nobis de illo loco, et de pischeriis ducatos VIII mille in quatuor pagis, videlicet ducatos duomilia in anno, et si via ista non videtur nobis honesta, et nos pur velimus illum locum eidem consentire et dare, est contentus tenere illum a nostro dominio, et dare omni anno pro recognitione ducatos quingentos, defendendo pischerias per viam marine; Respondeatur, quod nostrum dominium, sicut ipse dominus scit non consuevit vendere loca et fortilicia sua, et specialiter faciendo aliis aliquod obliquum, Est etiam nostrum dominium, bene sufficiens ad supportandum expensas quas habemus de illo loco.

Ad capitulum continens, quod nobis placeat habere recommissam dominam consortem suam, in casu quo obiret, quia vult, quod ipsa domina teneat insulam Lucate, cum castro Sancte Mabre, pro suo vivere, et sibi obligatos dimittit ducatos X mille, Et si cum ipsa heredem non habebit vult quod suus frater dominus Leonardus teneatur dare eidem domine ducisse ducatos decemmilia, Et quod placeat nostro dominio ad requisitionem ipsius domine dare eidem offitialem ad favorem et gubernationem suam; Respondeatur, quod speramus, et certi reddimur, quod ipse comes Leonardus frater suus, in omni casu et eventu, faciet voluntatem ipsius domini ducis, et ex hoc et etiam, quia diligimus ipsos fratres non videtur nobis bene honestum, nos de hoc impedire.

Ad ultimum continens, quod nobis placeat scribere, et mandare baiulo nostro Corphoy, quod eidem restituantur vilici sui, secundum quod alias mandatum fuit per nos, Et quod patroni barcarum, qui vadunt ad levandum illos puniantur; Respondeatur, quod super hoc non habemus informationem opportunam, Sed nos scribemus regimini nostro pro dicta informatione habenda, et illa habita ipsi domino per nostras literas respondebimus.

de parte 91
de non 3
non sinceri 2

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 128 e 128 t.°).

Digitized by Google

617.

1414, 12 julii.

Quid dictum dicto ambasiatori, super facto captionis navis Bartholomei de Benedicto.

Sapientes ordinum.

Capta. — Ceterum quia alias, per quamdam suam navim, cuius erat patronus Garzia de la Tressa, capta fuit una nostra navis, cuius erat patronus Bartholomeus de Benedicto civis noster, habentes amplam fidem et conscientiam, quod dicta navis ipsius Garzie erat ipsius domini ducis, et ad suam postam armata, et quod post dictum damnum datum, se reduxerit in portum suum, Scripsimus ipsi domino duci, et per nostrum ambassiatorem de Corphoy amicabiliter ipsum requiri fecimus, quod eidem placeret, sicut debitum est, civibus nostris damnificatis facere debitam emendam et satisfationem, quia per plures vias vidimus, et palpavimus veritatem huius rei, que preces, et requisitiones nostre locum minime habuerunt, Et quia si ulla alia provisio non fieret, nulli dubium, quod cives nostri prefati remanerent cum damno et jactura predicta, quod nos tollerare aliqualiter non debemus, tum pro favore ipsorum civium, tum pro conservatione honoris nostri, quia talia non essent signa bone amicitie, et talis vicinantia posset in processu nostro dominio esse damnosa; Vadit pars, quod isti suo ambassiatori, cum illis verbis, que videbuntur, debeat dari notitia de hoc casu, et iustificari iura nostrorum civium, per illum modum, qui utilior videbitur, conclusive rogando eum, quod quando fuerit ad presentiam domini sui, debeat nostri parte exponere eidem, ea que sibi dicta fuerint, eumdem rogando parte nostra, quod velit nostro intuitu, et ob juris debitum, et pro suo honore, ipsis nostris civibus de eorum damnis integre satisfacere, et secum esse in concordio, ut ut cessent eorum querelle, que nostro dominio displicent, atque gravant, quod si fecerit, habebimus gratum, et ex hoc cognoscemus bonam voluntatem et animum suum erga nostrum dominium, quando vero non, quod non credimus, sit certissimus quod fessi amodo tot querellis ipsorum nostrorum civium, et tot requisitionibus sibi factis, ut est dictum, providebimus infallibiliter per illas vias et modos, quos noverimus utiles et fructuosos, ad conservationem honoris nostri, et satisfationem ipsorum nostrorum civium et fidelium, sicut de jure possumus et debemus, Rogando insuper ipsum suum ambassiatorem, quod sibi placeat dicere dicto domino suo, quod super hoc rescribat de voluntate et intentione sua, per suas literas, quas mittat ad manus regiminis nostri Corphoy, quia nostre intentionis est, super hac causa, elapso tempore congruo, tam si dicta responsio venerit, quam non, ipso domino non eunte cum ipsis nostris civibus in concordio, facere, sicut nobis iustum et congruum apparebit, Et ex nunc sit captum, quod mandetur dicto regimini nostro Corphoy, quod debeat mittere quendam nuntium ad solicitandum habere dictam responsionem ipsius domini ducis, quam si non habuerit, infra illud tempus, quod sibi congruum et ratio-

Digitized by Google

nabile videatur, debeat nos advisare, de omnibus que secuta fuerint, ut possit postea, sicut nobis videbitur provideri.

de parte 88
de non 10
5 non sinceri 5

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 128 t.°)

618.

1414, 19 julii.

Ordo datus quid facere debeant Castellani Coroni et Mothoni, de denariis eis consignandis, per rectorem Neapolis Romanie.

10 *Mandetur nobili viro ser Morbasano Polani rectori Neapolis, quod omnem quantitatem superabundantem a suo regimine portet Mothonum ut ibi.*

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum senciatur, quod in loco nostro Neapolis Romanie est satis bona pecunie, summa que superhabundavit ab expensa, nec de inde est necessaria, ex quo 15 de illa est omnino salubriter providendum; Vadit pars, quod mandetur ser Morbasano Polani Capitaneo et potestati Neapolis, quod omnem quantitatem pecunie de ratione nostri comunis, quam de inde quomodolibet facto quidquid poterit, recuperare et exigere poterit, ultra illos ducatos trecentos, quos mittere debet Nigropontem secundum nostrum mandatum, debeat in suo recessu, secum conducere Mothonum, 20 et illam assignare Castellano nostro Mothoni, cui scribatur, quod de dicta quantitate, seu summa, quam sibi assignabit, possit expendere in expensis necessariis de inde, yperpera duo milia, et non ultra ullo modo. Residuum vero ipsius pecunie debeat poni facere et collocari in locum tutum, unde moveri, seu expendi non possit, absque speciali mandato nostri dominii, sub pena ducatorum mille in bonis propriis ipsius 25 Castellani.

de parte 71
de non 2
non sinceri 5

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 130 t.°).

619.

30 1414, 19 julii.

Nobilis vir ser Nicolaus Georgio iturus baiulus et Capitaneus Nigropontis conducat secum illos XX pedites quos invenit.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum senciatur, quod banderie peditum, que sunt in Nigroponte sunt 35 pessime in ordine hominibus utilibus, Et secundum relationem viri nobilis ser Ni-

Digitized by Google

colai Georgio ituri baiuli et Capitanei Nigropontis, ipse habeat pre manibus viginti bonos homines assuetos in exercitio armorum, qui sunt contenti ire secum, et non incipere lucrare soldum, nisi postquam de inde fuerint, dummodo habeant solummodo expensas oris, usque illuc, Et pro reaptando dictas banderias dicti homines sint omnino opportuni; Vadit pars, quod mandetur ipsi ser Nicolao, quod dictos viginti homines secum conducere debeat Nigropontem, ut est dictum, illosque postea ponere debeat in banderiis de inde, cassando tot de aliis minus sufficientibus, qui quidem viginti homines ire debeant cum galea nostra Trapesunde, sed de eorum mensa dominium concordetur cum ser Marco Bembo, per eum modum qui dominio videbitur iustus et rationabilis.

de parte 71
de non 1
non sinceri 2

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 132).

620.

1414, 19 julii.

Fiat unus locus in quo possit collocari una galea et una galeota in Neapoli, possendo expendi in hoc ducatos C.

Ser Paulus Truno, ser Nicolaus Lipamanus, ser Daniel Victuri, ser Andreas Mauroceno, sapientes ordinum.

Capta. — Cum captum fuerit alias in isto consilio, et commissum Potestati et Capitaneo Neapolis Romanie, quod deberet ibi in Neapoli fieri facere unam cohoperturam, ita quod galea collocari et teneri posset ad cohopertum, ne devastaretur, nec hucusque quicquam factum fuerit. Et considerato quantum est necessarium pro conservatione ipsius galee nostre, sit omnino necessarium providere; Vadit pars, quod committatur viro nobili ser Thome Minoto ituro potestati et Capitaneo Neapolis, quod applicato Neapolim, debeat simul cum viro nobile ser Morbasano Polani potestati et Capitaneo Neapolis, cui etiam super hoc scribatur, videre et examinare locum et situm, ubi melius et utilius, ac tutius conservari possit una galea, et una galeota cum illa minori et utiliori expensa, qua poterunt nostri comunis, possendo expendere usque ad summam ducatorum centum. Ceterum, quia sentitur, quod solaria turrium magistrarum ipsius loci nostri, et etiam loci nostri Argos, sunt putrida, et in tali termino, quod super ipsis turribus gradiri non potest, debeant similiter ordinare, quod ipse turres reparentur ita, quod stent in bono termino sicut decet.

de parte 79
de non 0
non sinceri 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 133).

Digitized by Google

621.

1414, 24 julii.

Regimen Corphoy si non posset supplere solutionem cambii de pecunia de Patrassio, suppleat de pecunia introytuum Corphoy.

Ser Paulus Truno, ser Daniel Victuri, sapientes ordinum.

5 Capta. — Cum captum fuerit alias, quod mitterentur ad solvendum Corphoy, ducati trecenti hic accepti ad cambium per Corphoy, pro expeditione balistariorum, qui mittuntur Nigropontem, qui denarii solvi deberent de pecunia, que illuc mitti debet de Patrasio, Et nunc dubitetur, quod ipsi denarii de dicta pecunia restitui non possint, ex quo est necessarium providere, ut ille qui dictum cambium dedit, habeat 10 pecuniam sibi promissam; Vadit pars, quod committatur, et mandetur dicto regimini Corphoy, quod si ipsum cambium integraliter solvere non poterunt, de dicta pecunia de Patrasio, suppleat omnino de aliis introitibus nostris de inde, ita quod infallanter dictum cambium persolvatur, secundum mandatum sibi factum.

de parte 80
de non 0
15 non sinceri 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 136 t.°).

622.

1414, 20 augusti.

Responsiones facte tribus papatibus nunciis et ambasiatoribus fidelium et districtualium Coroni, super multis requisitionibus et exemptionibus requisitis.

20 Ser Paulus Truno, ser Nicolaus Lipamano, ser Daniel Victuri, ser Andreas Mauroceno, sapientes ordinum.

Capta. — Cum fuerint ad nostram presentiam, pro parte fidelium subditorum nostrorum districtualium Coroni tres papates nuncii, et ambassiatores sui, qui post devotas recommendationes factas nostro dominio de ipsis nostris fidelibus, presen- 25 tarunt nonnulla capitula, quorum effectus inferius est descriptus, supplicantes quod super reformatione eorum, que in ipsis capitulis continentur, benignius providere dignaremur, Nos vero vigilantes ad comodum et quietem omnium nostro dominio subiectorum, ut amena tranquillitate fruantur, visis et diligenter auditis capitulis presentatis, et super illis et eorum effectu, habito consilio diligenti, ad ipsa capitula, 30 et eorum quodlibet, cum nostris consiliis Rogatorum et additionis, prout infra, in fine uniuscuiusque capituli continetur, Respondimus, et gratiose eisdem duximus concedendum, Et primo, quod cum ab annis vigintiocto citra fuerit ipsis nostris fidelibus imposita certa angaria, que vocatur Jovaticum, quam, ut asserunt, aliqui eorum attinentes, et predecessores, cohacte solverunt per modicum temporis spatium,

Digitized by Google

Sed succedentibus aliquibus nostris Castellanis, videntes eorum impotentiam ad solvendum, propter damna, que susceperant per Turchos, dictum Jovaticum non exigerunt, nisi quod ab annis quatuor citra compellunt ad solvendum illud de toto tempore annorum XXVIII preteritorum, pro quo quidem solvendo, cum sint impotentes, carcere mancipantur, et alie similes infestationes fiunt eisdem, per modum, 5 quod multi, timore carcerum aufugerunt, dignaremur eapropter ipsos absolvere a solutione fienda, pro dicto tempore preterito, Et etiam, quod ubi solvunt yperpera duo, pro quolibet modio frumenti, solvant de cetero soldos viginti, ne propter eorum impotentiam et paupertatem, cogantur ire profugi et vagabundi per orbem; Respondeatur ad predicta, quod de nostra solita clementia, placet nobis, et volumus, 10 quod de tempore elapso sint absoluti a solutione dicti Jovatici, salvo quam ab annis quatuor citra, pro quibus et similiter pro tempore futuro volumus ipsos debere solvere ipsum Jovaticum, et sic successive de anno in annum.

Ad illam vero particulam per quam petunt, quod ubi solvitur yperpera duo, pro quolibet modio frumenti, solvere debeant solummodo soldos viginti, Ad hoc dicimus, 15 quod volumus ipsos solvere debere tantum quantum est usitatum pro simili causa per elapsum.

Item cum teneantur dare unam gargaziam palee regimini nostro de inde, que palea dabatur per suos antecessores uno anno, et altero sequenti anno non dabatur, et de dicta assignatione sibi fiebat una cedula pro gargazia, quolibet anno, et pro 20 cedula solvere compellantur soldos septem cum dimidio, dignaremur mandare, quod solvant, sicut solebant, et quod pro cedula solvant solummodo tornesia duo, Ad hoc placet nobis, ac fiat et concedatur eis, sicut in suprascripto capitulo continetur, cum hac declaratione, quod quando dabunt dimidiam gargaziam, solvant solummodo unum tornesium pro appodisia, et quando dabunt totam gargaziam integram, sol- 25 vant tornesia duo et non ultra.

Insuper cum per suos antecessores solvi solitum fuit Castellano de inde uno anno, et alio sequenti non, branchatas trigintasex herbarum, pro quibus herbis, eisdem diffalcabantur pro eorum personis, soldi novem pro quolibet, Et a certo tempore citra astringantur, ad dandum fassios herbarum XXXVI, magnos, dignaremur 30 ipsos reducere ad statum pristinum, videlicet quod quelibet branchata sit tantum, quantum sumi seu capi potest cum una manu, et quod non compellantur ad dandum fassios, ac etiam, quod pauperes, qui dare non poterunt herbas predictas, non compellantur ad solvendum pro hoc ultra soldos viginti, dicimus ad hoc, quod nobis placet, quod dent branchatas XXXVI herbarum, sicut antiquitus dabatur, Et non 35 dando dictas branchatas XXXVI herbarum, solvant tantum quantum pro simili causa antiquitus solvi solebant. Ceterum, cum teneantur solvere quolibet anno certum livellum, pro quo erat solitum ponere quolibet anno unum veteranum, pro quolibet casali, pro exigendo ipsum livellum, quod livellum solvere non possunt cum suo comodo, nisi intrante mense octobris, Et inde retro, et per castellanum astrin- 40 gantur ad solvendum per totum mensem maii, quolibet anno, sub pena solidorum duorum pro yperpero, concedamus eis posse solvere de cetero dictum livellum, anno quolibet de mense octobris, et si non solvent, accipiatur eis pena predicta, fiat eis et concedatur, sicut petunt et in capitulo continetur.

Digitized by Google

Demum cum se gravaverint, quod ultra angarias quas facere tenentur, cum eorum personis et someriis, cogantur per offitiales nostros ob certam consuetudinem de novo positam, ire ad cacias, sive venationes, aut in servitium comunis, aut sicut est solitum de mense maii, ire ad accipiendum mazium extra terram, pro quibus quidem causis, et similibus, accipiuntur animalia sua, cum eorum maximo sinistro et damno, et propterea super hoc etiam providere dignaremur, Ad hoc dicimus, quod mandabimus Castellanis nostris, quod ipsos nostros fideles, et eorum animalia, compellere seu astringere nullatenus debeant, nisi solummodo in serviciis et necessitatibus nostri comunis, que occurrerent in futurum, ut non habeant amplius causam querelle.

Item, cum teneatur secundum antiquos mores servire personaliter uno die pro quolibet in mense, et ipsi astringantur nunc ad serviendum uno die in ebdomada, dignaremur super hoc providere, ut ad statum pristinum reducantur, Ceterum cum mittantur extra Coronum, per miliaria decem, pro apportando calcem, et multotiens capiantur per Turchos, sive Albanenses, super quo petunt provideri, et etiam quod non habentibus ipsis aliquid aliud agere ponuntur ad mundandum stabulas castellani et consiliariorum contra mores antiquos, Respondetur, quod volumus quod de cetero serviant duobus diebus quolibet mense pro quolibet, non derogando propterea, quin Castellani nostri, secundum necessitates occurrentes, possint ipsos operari et exercere in serviciis et laboreriis nostri comunis, totiens quotiens fuerit opportunum.

Ad id quod dicunt, quod mittuntur extra, per milliaria decem et ultra, dicimus, quod mandabimus Castellanis nostris, quod de cetero, quando ipsos mittent in talibus, aut similibus locis suspectis, provideant, quod vadant cum tali scorta, quod possint ire et redire securi, nec aliquod sinistrum recipere possint.

Ad partem, per quam se gravant de stabulis, que ipsos mundare oportet, similiter super hoc mandabimus Castellanis nostris, quod ipsos nostros fideles ad talem rem nullatenus debeant agravare.

Insuper cum per vim, et contra eorum velle, per bailivum, et nuntios castellanorum et consiliariorum, accipiantur eis pulli, edi, porci et alie victualie sue, verberando eos, et solvendo eis suo modo, dignaremur mandare, quod de cetero non astringantur contra eorum velle dare res suas, et quod illi qui illas vollent solvant ipsas pretio iusto et condecenti, Respondimus, quod istud nobis displicet quantum plus potest, Et propterea mandabimus efficaciter Castellanis nostris, quod provideant taliter super hoc, quod talia, per quempiam non committantur, que si fient debeant se gravare castellanis nostris, aut syndicis, quos mittimus ad partes illas, maxime pro ortamine et quiete fidelium nostrorum, et de obliquis, que sibi fiunt, se possint conqueri et gravare, quia nostre intentionis est, quod omnes nostri fideles et subditi dulciter et humane tractentur, nec ab aliquo contra debitum molestentur, aut aliqualiter pergraventur.

Item, cum teneantur uno anno servire ad calcinariam, et alio sequenti anno debeant absolvi a qualibet angaria, quod non observatur, quia si serviunt ad dictam calcinariam uno anno, anno sequenti astringuntur ad parapismum, dignaremur mandare, quod illi qui fuerint, sive iverint uno anno ad ipsam calcinariam,

Digitized by Google

absolvantur, pro anno tunc sequenti, a dicto parapismo, et e conversu, secundum usum antiquum, Ad hoc respondemus, quod scribemus castellanis nostris, quod ipsos nostros fideles, qui ibunt ad ipsam calcinariam debeant quam minus poterunt, pro anno tunc futuro, agravare sicut petunt.

Ultimo, cum quilibet tenens animalia apta ad agriculturam, solvant anno quolibet nostro comuni modia novem frumenti, quod ubi dari solebant cum mensura rasa, secundum usum antiquum, eis accipitur cum mensura culma, super quo petunt suppliciter provideri, Ad istud dicimus, quod scribemus Castellanis nostris Coroni et Mothoni, quod si antiquitus ipsi nostri fideles ipsum frumentum dare solebant cum mensura rasa, ita de cetero debeant facere ab ipsis accipi, et e converso, si accipiebatur cum mensura culma faciant similiter accipere eodem modo, ita quod omnino super hoc observetur id quod antiquitus fieri et observari solebant. Ceterum, quia sentimus, quod in Mothono, et eius districtu fiunt, et committuntur etiam de rebus, et violenciis suprascriptis, pro quibus reformandis, nolumus illos nostros fideles ad expensas ullas huc veniendi, aut mittendi, cum eorum incomodo, esse astrictos, Mandetur dictis Castellanis Coroni et Mothoni, quatenus predicta omnia, etiam in Mothono, et eius districtu, in quantum ad illos nostros fideles spectabunt, observare et observari facere ad unguem, et inviolabiliter debeant.

de parte 89
de non 4
non sinceri 3

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 141 t.° 142).

623.

1414, 20 augusti.

Pape Iohanni Psimari de Corono, et ejus fratri fiat solutio certorum cuporum de suis domibus acceptorum.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum sicut exposuit Papa Iani Psimari unus ex nunciis fidelium rusticorum nostrorum Coroni, pro se et nomine Georgii eius fratris, ipsi haberent in casali, quod vocatur Euriachi quasdam domos, ex quibus habebant yperpera L de affictu, et haberent etiam in quodam alio casali nomine Clisivia alias domos, ex quibus habebant alia yperpera XXV de affictu, et ser Jacobus Civrano, dum esset Castellanus Coroni, commiserit Andree Longo bailivo suo, quod de domibus, orfanis et desolatis, que erant sine patrono, deberet accipere aliquos copos, pro cohoperiendo domos comunis, Et dictus bailivus iverit ad casalia predicta, et discoperuerit dictas domos ipsorum fratrum, et acceperit copos ultra VIII mille, dictique fratres comparuerint coram suprascripto ser Iacobo conquerentes se de damno sibi illato, et ipse promiserit facere cohoperiri sibi domos predictas de cupis, qui erant in fornace, in mense maii tunc sequenti, et tamen nichil fecerit, et successores sui similiter noluerint solvere predictos copos, Supplicaverit ea propter

Digitized by Google

ut mandare dignaremur Castellano Coroni, quod debeat facere extimari quantitatem coporum, que esse poterat in domibus predictis, qui in cancellaria non reperiuntur scripti, nisi copi II mille et V centum, Et pretium ipsorum, aut detur sibi, aut computetur in debitis suis omni anno, usque ad consummationem ipsius precii, Et si dictus bailius habuerit ultra copos notatos in cancellaria, cogatur solvere, vel restituere, ut est justum, Quibus omnibus consideratis; Vadit pars, quod mandetur Castellano nostro Coroni, et successoribus suis, quod pro illa quantitate copporum II mille et V centum qui scripti sunt in cancellaria, debeat de cetero omni anno computare in suis debitis usque ad consummationem valoris dictorum coporum scriptorum in cancellaria de inde, ut est dictum. Verum si dicti fratres ipsi nostro Castellano demonstrare, et probare poterunt, quod ipse bailius habuerit plures copos, qui non fuerint positi in utilitate et laboreriis comunis, quam sint scripti in cancellaria de inde, debeat de illo pluri de bonis illius bailii facere ipsis fratribus satisfieri, ut est justum.

de parte	omnes
de non	0
non sinceri	0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 142 t.°).

624.

1414, 20 augusti.

Quid scriptum sit regimini Nigropontis, pro securitate galee Romanie, et Insularum circumstantium in faciendo armari galeam.

Ser Leonardus Dandulo, ser Paulus Truno, ser Nicolaus Lipamano, ser Daniel Victuri, ser Andeas Mauroceno, sapientes ordinum.

Capta. — Cum senciatur, quod in partibus Turchie fit magnus apparatus lignorum turchorum, et respectu, quod in partibus Nigropontis non se repperiet nisi solummodo una sola galea, que non esset sufficiens facere facta nostra, et specialiter, si foret necesse providere ad securitatem galearum nostrarum Romanie in suo reditu, et etiam ad conservationem locorum, et fidelium nostrorum illarum partium, Ex quo est necessarium providere; Vadit pars, quod scribatur Regimini nostro Nigropontis, quod in quantum eidem videatur esse necessarium, pro securitate dictarum galearum Romanie, aut aliorum locorum nostrorum de inde, respectu ipsorum lignorum turchorum, debeant armari facere galeam de Nigroponte, et de Neapoli Romanie, ac etiam de Tine et Micone, si armari poterit sine periculo ipsarum Insularum nostrarum, quas omnes debeant in simul facere uniri, et illas mittere, et operari, tam pro associando dictas galeas Romanie, quam alia loca nostra de inde, prout ipsi regimini utile, et necessarium apparebit, Et in casu quo dicte galee de Neapoli, et de Tine et Micone, armentur, habere debeant homines ipsarum galearum panaticam a comuni,

Digitized by Google

et yperpera quinque pro quolibet in mense et ratione mensis, quousque steterint extra pro causa predicta.

de parte . . . . . omnes
de non 0
non sinceri 0 5

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 143).

625.

1414, 20 augusti.

Scribatur nobili viro ser Nicolao Jerizo sindico, qui est in Corphoy et stat cum expensa comunis, quod omnino veniat Venetias.

Capta. — Cum alias provisum fuerit, quod Sindici nostri in Corphoy debe- 10 rent audire omnes volentes conqueri de sentenciis contra eos latis a ducatis L.ta infra, Et sicut habetur, nobilis vir ser Nicolaus Jerizo sindicus noster, iamdiu steterit, et sit in Corphoy, cum magna expensa nostri comunis, Et si illic staret, quousque expediret dictos volentes conqueri de sentenciis predictis, multum moraretur, cum non parva expensa nostri comunis; Vadit pars, quod scribatur, et mandetur 15 dicto ser Nicolao, quod subito debeat de Corphoy recedere, et venire cum una barcha ad partes Albanie, in quibus habet offitium suum exercere, et dare expeditionem negociis sibi commissis, ne tamdiu moretur extra cum tanta expensa nostri dominii.

de parte 83
de non 3 20
non sinceri 4

(Reg.° 50, 1413-1414, c 143 t.°).

626.

1414, 4 septembris.

Tanxatio quantum solvere debent Judei Nigropontis omni anno.

Ser Paulus Truno, ser Andreas Mauroceno, sapientes ordinum. 25

Capta. — Cum per ordines nostros, et consuetudines antiquitus observatas, Iudei Insule nostre Nigropontis, tenerentur solvere omni anno, pro diversis causis, yperpera quingenta, vel circa de quibus certa pars perveniebat in nostro comuni, et residuum erat pro certis regaliis, quas solvere tenebantur, Et postea in isto consilio captum fuerit, quod ipsi Iudei solvere deberent iperpera mille in anno, et 30 de primis iperperis V centum nulla fuerit facta mentio, tamen regimen nostrum Nigropontis, ut fertur, cognoscens impossibilitatem Iudeorum prefatorum distulerit exigere dictos primos denarios videlicet yperperos CCXL, Et pro parte ipsorum Iu-

Digitized by Google

deorum huc accesserit unus Iudeus supplicans, ut considerata eorum paupertate, Nam pro maiori parte sunt servi, sive vilani, dignaremur providere, quod non habeant tantas gravedines, quia illas supportare non possent; Vadit pars, consideratis predictis, quod auctoritate huius consilii, ordinetur, quod ipsi Iudei de cetero solvere debeant iperperos mille in anno, solvendo illa in duobus terminis, videlicet in capite quorumlibet sex mensium medietatem, sicut in parte capta super hoc seriosius continetur. Et similiter solvere debeant regalias solitas, videlicet pro custodia campane horarum, pro vexillo, sive confalono Sancti Marci, et pro illis iperperis octuaginta pro galeis, que dantur omni anno Regimini, que capiunt summam circa iperperorum CCL in anno et residuo sint totaliter absoluti, Declarando, quod de tempore elapso a tempore quo fuit imposita dicta impositio iperperorum mille citra, sint absoluti a dicto residuo, si illud iam non solvissent per elapsum usque in presentem diem.

de parte . . . . . omnes alii
de non 3
non sinceri . . . 2

(Reg.° 50, 1413-1414, c 149 t.°).

627.

1414, 4 septembris.

Non fiat amodo comestabilis arceriorum Neapolis.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum alias quidam fidelis noster Neapolis Romanie, qui manifestavit certum tractatum, qui secrete fiebat contra statum nostrum, in recompensationem fidelitatis sue, fuerit factus et constitutus comestabilis arceriorum Neapolis, quod officium alicui altero per antea datum non fuerat, nec etiam datum fuisset isti, nisi propter manifestationem, quam faciebat, ut sibi provideretur, ob dictam manifestationem, quam fecerat, et pro dicto officio, nichil facere habebat et habeat de salario iperpera XV in mense Modo vero, sicut habetur, ille cui dictum officium datum erat, est defunctus, et ut sentitur, alius est loco sui surrogatus, que ut est notum, est expensa inutilis et superflua, quia dictum officium factum non fuit, quia esset utile, sed solum pro providendo illi nostro fideli de aliquo, ut vivere posset et pro exemplo aliorum, Et sit utile scansare dictam expensam; Vadit pars, quod dictus, qui est positus loco dicti defuncti cassetur, nec deinceps aliquis alius fiat in dicto officio non opportuno, ut cassetur dicta expensa inutilis nostro comuni.

de parte 55
de non 11
non sinceri 5

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 150).

Digitized by Google

628.

1414, 6 septembris.

Qui fuerit in aliquo officio in Corono non possit habere officium usque duos annos.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum sit dignum, quod subditi nostri, quantum plus esse potest participetur de utilitatibus et beneficiis locorum, in quibus habitant, Et sicut est notum in loco nostro Coroni sint aliqua offitia que dantur ad vitam, in quibus possent etiam poni de aliis nostris subditis, qui illa sufficientissime exercerent, super quo est utilissimum providere; Vadit pars, quod de cetero, quilibet castellanus Coroni, post suum introitum, subito transactis sex mensibus, debeat de fidelibus nostris latinis, et non grecis, habitatoribus Coroni, eligere unum balium, cavalarotos solitos, drugunanum et scribam super conditionibus solitis, et propterea ordinetur, quod qui fuerit in aliquo officiorum predictorum, non possit, usque ad annos duos a die quo compleverit numerandos, esse in eodem officio in quo steterint, Nec possint similiter castellani, qui erunt per tempora, eligere seu ponere in officiis predictis aliquem ex ipsis, quos secum conduxissent de inde aliquo modo vel ingenio, ut in totum observetur id quod superius dictum est, Et istud idem in similibus officiis observetur etiam in Mothono, sicut superius dictum est.

de parte 77
de non 0
non sinceri. 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 152).

629.

1414, 6 septembris.

Locus Nepanti reducatur sub regimine Corphoy.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum locus noster Nepanti, a tempore quo tenuimus civitatem Patrasii citra, steterit sub regimine illius loci Patrasii, cui vicinatur, Et nunc quia dicta civitas Patrasii restituta est domino Archiepiscopo, sit necessarium reducere ipsum locum Nepanti, sub regimine nostro Corphoy, sicut per antea erat, attenta etiam forma concessionum concessarum fidelibus nostris Corphoy; Vadit pars, quod ipse locus Nepanti reducatur sub regimine nostro Corphoy, reditus cuius perveniant in cameram nostram Corphoy, per quam fiant expense necessarie, tenendo camerarios nostros Corphoy computum ordinate de dictis introitibus et expensis, ut continue

Digitized by Google

clare videri possint, Et predicta notificentur ser Bertucio Diedo, olim provisori nostro Patrasii, ut det ordinem necessarium, ita quod ista nostra intentio sortiatur effectum, Et hoc etiam scribatur illis capitulis nostris, qui sunt in dicto loco, ut sint de intentione nostri dominii informati, et obediant ipsi regimini Corphoy.

5 de parte 80
de non 0
non sinceri 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 152 t.°).

630.

1414, 6 septembris.

10 *Regimen Corphoy armet galeotam que est ibi, et mittat Patrassium ad levandum collos et mercationes existentes in Patrassio, et ipsas conducat Corphoy.*

Sapientes.

Capta. — Cum sit necessarium providere ad securitatem haveris et mercationum nostrarum, que erunt in Patrassio, ita quod de inde secure conducantur Cor-
15 phoy; Vadit pars, quod scribatur et mandetur Regimini nostro Corphoy, quod debeat armare galeotam nostram, que ibi est, ad unum hominem pro quolibet bancho, et inter Comitum et Navaclerio, ac ballistarios, alios homines de pede, ponere super illa tot, quod sint inter omnes homines decem, quam quidem galeotam sic armatam debeat ipsum Regimen facere recedere de Corphoy, usque diem vigesi-
20 mum mensis octobris proximi, et illam mittere Patrasium ad levandum illos collos qui erunt in Patrasio, et illos conducendum Corphoy, non possendo stare in Patrasio ultra dies quatuor, computatis diebus accessus et recessus, habendo pro nabulo de quolibet collo magnitudinis solite ducatum unum cum dimidio de Patrasio Corphoy. Verum si post suum recessum de Patrassio, remanserint illic ab ipsa galeota
25 aliqui colli, debeat ipsa galeota, exoneratis ipsis collis in Corphoy, iterato reverti Patrasium ad levandum illos, qui remansissent illic, habendo pro quolibet eorum magnitudinis predicte ducatum unum cum dimidio, ut est dictum, que quidem nabula sint nostri comunis, Et ex nunc sit captum et ordinatum, quod omnes colli sirici et grane, qui erunt in Patrasio, sint obligati dicte galeote, per modum supradictum, Mandando regimini nostro Corphoy, quod de hoc debeat subito avisare
30 mercatores nostros existentes in Patrasio. Verum si expensa que fiet in armando ipsam galeotam erit maior quam utilitas, que habebitur ex dictis nabulis, debeat illud plus solvi per ratam per mercationes, que cum dicta galeota conducentur de Patrasio Corphoy.

de parte . . . . . omnes
35 de non 0
non sinceri. 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 152 t.°).

Digitized by Google

631.

1414, 28 septembris.

Regimen Corphoy affictet territoria comunis ad incantum ad terminum XXIX annorum ad renovandum etc.

Ser Leonardus Dandulo, ser Paulus Truno, ser Nicolaus Lipamano, ser Andreas Mauroceno, sapientes ordinum. 5

Capta. — Cum in Insula nostra Corphoy sint multa territoria, possessiones, et bona nostri comunis, que propter affictationem, que fit de ipsis ad modicum tempus, iverunt ad malum multum, et quasi in dessolationem et ruinam, et ad nichilum devenirent nisi super inde provideretur, sicut provisum fuit alias de territoriis Insule nostre Crete, et nunc ultimate de nostris territoriis Insule Nigropontis, que quidem 10 provisio est tantum utilis, quantum omnes manifeste cognoscunt; Vadit pars, quod scribatur et mandetur Regimini nostro Corphoy, et successoribus suis, Quod per incantum publicum debeant omnes possessiones et territoria nostri comunis, que presentialiter affictate non sunt, affictare ad partem ad partem, prout ipsi Regimini utilius apparebit pro nostro comuni, ad annos vigintinovem ad renovandum cartam, 15 ad alios annos XXIX cum aliis conditionibus infrascriptis. Similiter etiam omnes alias possessiones, et territoria, quorum affictus complebunt deinceps debeant ad incantum publicum, ut est dictum, postquam compleverit affictus, affictare ad annos XXIX ad renovandum cartam, ad alios annos XXIX. Et ut comune nostrum de anno in annum habeat affictum suum, teneantur illi, qui ipsa loca et territoria 20 acceperint, solvere annuatim affictum suum, videlicet in capite quorumlibet sex mensium medietatem, sub pena unius soldi pro quolibet iperpero. Et si quis uno anno continuo non solvet affictum de sex menses, in sex menses, Et dimittet discurrere successive unum alium annum, quo non solvat affictum, Regimen nostrum predictum transacto dicto termino faciat reincantari, et affictari dictum locum vel 25 loca, per illud tempus quod restabit, et cum illa conditione qua primo affictata erant, ad damnum et utilitatem illorum qui ante habebant illa, Et si predicta loca ivissent ad malum propter aliquam causam, vel quia transactum esset magnum tempus illius affictationis, sic quod male affictari possent, sit in arbitrio Baiuli et Consiliariorum, de reaffictando talia loca ad annos XXIX renovando cartam ad alios annos XXIX, 30 Intelligendo, quod si pluri precio affictarentur, eo quo tunc affictate erant, illud plus ut est justum, sit et devenire debeat ad utilitatem comunis.

de parte	omnes alii
de non	2
non sinceri.	3

35

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 162).

Digitized by Google

632.

1414, 29 septembris.

Regimen predictum procuret mittere Venetias cum quocumque navigio, non possendo expendere ultra ducatos II de nabulo pro quolibet modio salis et sic facere debeant castellani Coroni et Mothoni.

5 Sapientes consilii et ordinum.

Capta. — Quod scribatur et mandetur Castellanis nostris Coroni et Mothoni, quod recepto presenti nostro mandato debeant cum omni solicitudine, cum quocumque navigio mittere Venetias, illam quam maiorem quantitatem salis nostri comunis poterunt, faciendo quam melius forum poterunt de nabulo, non possendo 10 expendere ultra ducatos duos, pro quolibet modio veneto. Similiter mandetur Regimini nostro Corphoy, quod remanente loco nostro Corphoy fulcito, debeant similiter mittere Venetias cum quocumque navigio, totum salem nostri comunis, qui ibi est, faciendo quam meliorem forum de nabulo poterunt, non expendendo ultra ducatos duos pro quolibet modio veneto, de nabulo.

15 de parte 68
de non 0
non sinceri 2

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 162).

633.

1414, 11 octobris.

20 *Mandatum factum illis duabus galeis Crete, videlicet bone et moline pro factis Teucrorum, et mandatum datum Castellanis Coroni et Mothoni de pecunia de Neapoli in Mothono dimissa, et multe alie provisiones ipsa de causa, ut ibi.*

Ser Albanus Baduario, ser Nicolaus Victuri, sapientes consilii, ser Nicolaus 25 Lipamano, ser Daniel Victuri, ser Andreas Mauroceno, sapientes ordinum.

Capta.— Cum respectu novorum resonantium de armata Turchorum, sit necessarium providere ad securitatem civitatis et Insule nostre Nigropontis; Vadit pars, Quod scribi et committi debeat supracomitis istarum duarum galearum de Candida, que remanserunt in partibus Dalmatie, videlicet galearum bone et moline, Quod datis 30 et factis subventionibus hominibus galearum sibi commissarum, de pecunia, que sibi mittetur de Venetiis, secundum ordinem quem habebunt a dominio, debeat in bona gratia galea molina quanto prestius poterit, non perdendo diem neque horam ire Mothonum, Et presentatis literis nostris Castellano nostro Mothoni, Cui mandetur, quod debeat totam pecuniam, que illuc apportata est de Neapoli Romanie, ultra illa

Digitized by Google

iperpera II mille, que expendere potest, in expensis occurrentibus, secundum mandatum nostrum sibi factum alias super hoc, non excedente dicta pecunia summam iperperorum V mille, et quia ultra iperpera V mille nolumus mitti Nigropontem, dare et assignare supracomito ipsius galee moline, portando Regimini Nigropontis pro expensis necessariis de inde, Informando dictum Regimen de pecunie quantitate sibi 5 misse, et similiter nostrum dominium, Et debeat dicta altera galea bona ire Corphoy, et si Regimini nostro Corphoy videbitur quod pro securitate, et conforto ipsius Insule navigiorum, illuc transeuntium, dicta galea circumdare debeat Insulam Corphoy, et se conferre aliquando si dicto Regimini videbitur in aquis Patrasii, pro securitate haveris nostrorum, stando in illis aquis per dies octo, et postea reverti in Candi- 10 dam ad disarmandum. Altera vero, videlicet molina accepta in Mothono pecunia suprascripta, debeat quamprestius poterit ire Nigropontem pro securitate ipsius Insule et ortamine omnium fidelium nostrorum de inde, vigillando et attendendo ad securitatem ipsius Insule, et aliorum locorum nostrorum circumstantium, secundum ordinem et mandatum, quem habebit a Regimine nostro Nigropontis, quousque per 15 Regimen nostrum Crete provisum fuerit de una alia galea, pro suo cambio in illis partibus, que cum illuc applicuerit debeat reverti in Candidam ad disarmandum, Regimini vero Candide scribatur et mandetur, quod quamprestius poterit debeat armare unam galeam et illam bene in ordine prestissime transmittere ad partes Nigropontis ad custodiam ipsius Insule, et locorum nostrorum circumstantium, et ad 20 dandum cambium dicte galee moline. Expedita vero de Candida dicta galea mittenda Nigropontem, debeat ipsum Regimen similiter prestissime armare unam aliam secundam galeam, Et cum fuerit armata et in ordine recedendi, si ipsum Regimen tunc habebit nova, propter que sentiatur de aliquo apparatu, seu exercitu lignorum Turchorum, que sint extra, seu exitura, propter que ligna ipsum Regimen de dicta 25 Insula nostra et aliis locis nostris circumstanciis dubitaret, tunc et in isto casu debeat ipsum Regimen mittere similiter istam aliam secundam galeam ad partes Nigropontis, ad standum in illis aquis, simul cum altera primo illuc missa, quousque a nobis aliud mandatum habuerit, Et in hoc casu debeat ipsum Regimen Crete armare galeam solitam armari pro custodia Insule, quando et sicut est solitum, et 30 ipsi Regimini utilius apparebit. Si vero tempore exitus illius galee nullam noticiam habeat de dicto apparatu sive exercitu Turchorum, ut est dictum, tunc dictam galeam mittat in Culphum nostrum, ad partes Dalmatie, ubi inveniet ordinem et mandatum nostrum, Et ulterius mandetur ipsi Regimini nostro Crete, quod prestissime debeat nostrum dominium informare de deliberatione quam fecerint, et de novis 35 omnibus que sentiret, ut de omnibus nostrum dominium sit clare informatum, Recordando dicto Regimini, quod causis et respectibus suprascriptis, habeat bonam advertentiam et considerationem, de eligendo pro anno futuro solemnes et bonos supracomitos galearum quas armabunt, quia conditio temporis presentis id requirit, sicut ipsum Regimen scit et cognoscit. Insuper mandetur Regimini nostro Nigro- 40 pontis, quod per omnes vias possibiles, debeat nostrum dominium informare de tempore in tempus, de quibuscumque novis, que quomodocumque sentiet de lignis et apparatu Turchorum, et aliis novis, dignis relatu, pro avisamento nostri dominii, Et committatur supracomito galee moline, quod ubicumque reperiet galeam polanam

Digitized by Google

de Candida, eidem significet parte nostra, quod reverti debeat in Candidam ad disarmandum.

de parte . . . . . 42 de non . . . . . 1 non sinceri 5

Ser Leonardus Mocenigo, ser Antonius Contareno, ser Franciscus Foscari, sapientes consilii, ser Paulus Truno, sapiens ordinum.

Volunt quod datis et factis subventionibus, sicut in parte suprascripta continetur, galea molina debeat sine mora ire Corphoy, pro ortamine fidelium nostrorum de inde, et securitate navigiorum, per illas aquas transeuntium, et in aquis illis voltizando Insulam tociens quociens fuerit opportunum et transferendo se etiam aliquando si videbitur Regimini nostro Corphoy in aquis Patrasii, pro securitate haveris nostrorum, et stare debeat per dies octo, quibus elapsis debeat ire in Candidam ad disarmandum. Galea vero bona prestissime ire directe in Candidam ad disarmandum. Et per dictam galeam scribatur et mandetur Regimini nostro Crete, de armando unam galeam pro mittendo ad custodiam Nigropontis, et successive, unam aliam galeam secundam, cum modis et venditionibus contentis et declaratis particulariter in parte aliorum sapientum. Ulterius volunt quod per ipsam galeam bonam scribatur Castellano nostro Mothoni, quod de pecunia, que illuc missa est de Neapoli Romanie, assignare debeat dicto supracomito iperpera V mille pro portando in Candidam, et dicto Regimini Crete mandetur quod per ipsam primam galeam mittendam Nigropontem, mittere debeat ipsam pecuniam Regimini nostro Nigropontis, ut de illa facere valeant expensas occurrentes, Ordinetur etiam, quod dicta prima galea, que armabitur in Candida, dare debeat cambium galee polane si tunc erit in partibus Nigropontis.

de parte 26

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 166 t.°).

634.

1414, 5 novembris.

Consiliarii.

Capta. — Cum captum sit in isto consilio, quod galea bona, que venire debet in Istriam, et postea ire debet ad disarmandum in Cretam ire deberet Corphoy, et circumdare Insulam, et hoc non sit necessarium; Vadit pars, quod mandetur supracomito predicto, quod positis in terram sindicis nostris, quos conducere debet ad partes Albanie, ire debeat Durachium, et accipere brigantinum qui ibi est, super quo ponere debeat illos homines, qui erunt necessarii, de hominibus sue galee, et dictum brigantinum conducere Coronum, Consignando illum castellano nostro, quia galeota que ibi erat frigida est, Et eundo se debeat presentare Corphoy, non circumdando Insulam cum non sit necesse, et expeditus de Corono, acceptis hominibus suis, ire debeat recto tramite in Cretam ad disarmandum.

de parte . . . . . 75 de non . . . . . 0 non sinceri 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 171 t.°).

Digitized by Google

635.

1414, 5 novembris.

Regimen Corphoy permittat per nostros fideles extrahi de partibus Starie, et Albanie frumentum, pro conducendo illud Venetias, ut ibi.

Cum sint multi fideles nostri, qui vellent conducere Venetias a partibus Corphoy frumentum, et alia blada, et Rectores de inde videantur facere difficultatem, in permittendo extrahi frumentum et blada predicta, que intelligimus esse de inde in abundantia magna; Vadit pars, quod ubertando terram nostram scribatur et mandetur, auctoritate huius consilii Rectoribus nostris Corphoy, quod de et per dictam Insulam, et de partibus Starie, et Albanie, debeant permittere, per nostros subditos et fideles, extrahi omnes quantitates frumenti et bladorum, pro conducendo ad civitatem nostram Venetias secundum formam suarum commissionum, intelligendo se taliter cum provisoribus nostris bladorum, quod non conducantur alio quam Venetias, Et istud teneantur Rectores predicti observare in pena ducatorum V centum in suis propriis bonis, et committantur advocatoribus comunis, quod exigant penam a dictis Rectoribus contrafacientibus habentibus partem ut de aliis sui officii.

de parte 73
de non 2
non sinceri 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 171 t.°).

636.

1414, 20 novembris.

Mandatum factum castellanis Coroni et Mothoni, pro lapidibus conducendis pro aptatione moli ibidem.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum habeatur informatio, quod molus noster Mothoni est in peximo termino, ita quod si occurreret aliqua tempestas maris magno subiaceret periculo, et aptari non posset, sine magna expensa nostri comunis, et si hoc occurreret esset cum magno periculo navigiorum nostrorum, et pro aptando molum predictum missum fuerit in hestate elapsa, ad partes Mothoni, quoddam maranum, cum quo non potuerunt conduci facere lapides, pro aptando molum predictum, deffectu denariorum, et necessarium sit ad hoc providere; Vadit pars, Quod scribatur et mandetur Castellano nostro Coroni et Mothoni, quod de denariis sibi consignatis per nobilem virum ser Morbassanum Polani accipere debeant iperpera Mille, que expendere debeant in faciendo conducere lapides ad dictum molum, et in faciendo illum aptare,

Digitized by Google

non expendendo illa, in alia aliqua re, ullo modo vel ingenio, de quibus iperperis mille debeant tenere computum ordinate de per se, et illum in redditu suo Venetias ostendere officialibus nostris Rationum, ut videri possint rationes reparationis moli predicti.

5 de parte . . . . . omnes alii
de non 1
non sinceri . . . 0

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 175).

637.

1414, 27 novembris.

10 *Litera scripta Regimini Corphoy, et successoribus suis super responsionibus factis super multis, et diversis capitulis per Ambaxiatores universitatis civium, et habitatorum Insule nostre Corphoy porrectis, ut ibi.*

Sapientes ordinum.

Capta. — Quod respondeatur ad capitula porrecta per Ambaxiatores universi-
15 tatis, civium et habitatorum Insule nostre Corphoy in hunc modum, videlicet:

Thomas Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum etc., Nobilibus et sapientibus viris Bernaboni Lauredano militi, de suo mandato Baiulo et Capitaneo, ac Consiliariis Corphoy, ac eorum successoribus fidelibus dilectis, salutem et dilectionis affectum.— Denotamus vobis, Quod die XXVII mensis novembris presentis, Ad humilem suppli-
20 cationem, nobis factam per papam Costam Paiatachi, papam Costam Metalino, et Joannem Achili de Corphoy, sindicos et nuntios speciales universitatis civium, et habitatorum in dicta Insula, extra muros civitatis, in quatuor baliis Insule, vocatis Agiru, Alechino, Oros, et Messi, fidelium nostri dominii, Captum fuit in nostris consiliis rogatorum et additionis, Quod ad capitula infrascripta, per ipsos presentata
25 nostro dominio; Respondeatur, et concedatur, prout inferius particulariter continetur, Et primo ad primum videlicet:

Primo compellimur et citamur venire ad Civitatem et burgos Corphoy, quando rectores ibidem volunt fabricari facere in aliquo loco, ad serviendum in omnibus, que expediunt pro dicta fabrica, tam per terram, quam per mare, non parcendo
30 ullo tempore anni, nec seminationum, recollectionis earum, nec vindemiarum, quod est destructio eorum fidelium vestrorum, et in tali servitudine, temporibus elapsis, non fuerunt, nec faciebant antiqui nostri et antecessores, neque nos unquam fuimus, aut talem fecimus servitutem, nisi a tempore domini Johanni Capello, quod castrum corruit, Et tunc nos ceu fideles nostri dominii, non habendo respectum ad aliquod
35 nostrum servicium vel premium, quicquid potuimus, una cum aliis civibus, fecimus et juravimus, ut dictum castrum reaptetur, propter quod ab inde citra, omnes alii baiuli et Rectores, ex consuetudine, nos posuerunt ad faciendum talem et similem angariam cum parva solutione, unde supplicamus, quod ammodo in antea non supportemus onera et fationes inusitatas, Sed conservemur in libertatibus et consuetu-

Digitized by Google

dinibus nostris, ut possimus stare in dicta Insula, prout antecessores nostri, et nos stetimus, et quatuor mensibus anni, videlicet pro seminationibus, recollectionibus, putacionibus vinearum, et vindemiis, non debeant astringi.

Respondetur, Quod mandetur Regimini nostro Corphoy et successoribus suis, Quod causis et respectibus contentis in capitulo, debeat tempore seminationum, vindemiarum, et recollectionum ipsos angarizare, quam minus poterit, Sed si laboreria occurrentia forent talis nature et importantie, quod dilatari, et retardari possent, absque detrimento nostri dominii, quousque fecissent seminationes, vindemias seu recollectiones suas, illa laboreria dilatent, ut ipsis temporibus, quam minus poterit pergraventur.

Item compellimur ire ad nemora, nostris pane et vino, ac sumptibus, et sine solutione, tam hiemali tempore quam estivo, ad incidendum et conducendum ligna ab igne, pro fornacibus, in quibus fit calcina comunis, pro usu baiulorum et consiliariorum, quod non consueveramus facere nec tenebamur, Et ideo supplicamus, quod de cetero non gravemur ad talem angariam.

Ad hoc fiat, Quod teneantur incidere ligna necessaria, pro laboreriis et serviciis nostri comunis solummodo.

Item tempore Regiminis domini Egidii Mauroceno, nobiles Corphoy, cum toto residuo universitatis civitatis et burgi Corphoy, promiserunt solvere et dare tanxam, seu collectam, que fieri debebat de tempore in tempus etc., et ab inde extra fecerunt, quod nos paùperes homines de foris solvimus dictam tanxam et collectam, et servimus ad murandum terram Corphoy, et omnium locorum eius laboramus ad maranos, ire in terra firmam, onerare et venire ad exonerandum lapides cogimur, portamus sablonum, calcinam, lapides coctos, ligna fornacis, palos, salem, et omnia alia negotia opportuna fieri personaliter facimus, et dicti nobiles et cives remanserunt liberi, et imposuerunt nobis suprascripta onera, ad que non tenemur, Et propterea supplicamus, quod attento nos fore gravatos dominis nostris oneribus importabilibus ulterius pro talibus non gravemur ad utrunque, sed quod solvamus tanxam, et non cogamur cum personis, aut laborando, cum personis non debeamus solvere tanxam.

Fiat et concedatur, Quod absolvantur a solutione tanxe, sicut in capitulo continetur, pro laboreriis tantum cum quibus laborabunt personaliter, quo casu tanxa solvenda solvatur et exigatur ab habitatoribus civitatis Corphoy et burgi. Verum quia sunt nonnulli rustici ipsius Insule, qui sunt divites et potentes, debeat regimen Corphoy examinata possibilitate et facultate eorum ipsis imponere illam partem ipsius tanxe, pro uno quoque, sicut dicto regimini justum et conveniens apparebit.

Item cum contra Deum, et rationem, ex consuetudine, ab aliquo tempore citra, fiat quod aliqui qui sunt angararii, tenentur personaliter laborare dominis suis, diebus duobus in ebdomada, vel plus aut minus, et aliqui tenentur per angariam solvere denarios, alii plures alii pauciores, que angarie descenderunt, quod primum tronchonus, habuit ab ecclesia, comuni, aut baronis, aliquas res, seu bona, sicut vineas, campos, habitationes, arbores, vel quid aliud pro quibus se obligaverunt laborare vel solvere, ut supra dictum est, Et postea talis persona, sive tronchonus ad ea obligatus, reducta in angariam, habens unum aut plures filios ab eo emancipatos, et

Digitized by Google

divisos vivente patre, seu post mortem eius, habendo vel non habendo de bonis patris et eius sangratia, scilicet bonis habitis a suis dominis, seu a baronibus, convertitur in talem angariam, videlicet quod imponitur cuilibet dictorum filiorum, si forent bene in pluri numero, ad faciendum seu solvendum illud ad quod primum erit obligatus, videlicet si unus habebat IIII filios et tenebatur duobus diebus in ebdomada, similiter astringuntur omnes quatuor filii solvere, quilibet videlicet facere et laborare diebus duobus in ebdomada, et ita in rationibus denariorum, que res est gravissima similis tirannie contra jus et non dominorum rationis. Ea propter supplicamus, quod dominium vestrum videre velit id quod rationi convenit, nam plures filii, aut unus, qui foret, non deberent teneri, nec eis imponi facere, aut solvere omnes, nisi illud, ad quod pater erat obligatus, et si sunt plus, quilibet pro rata et parte sua debeat facere, sive solvere, sicut observatur in stabelitis et aliis rationibus, et quousque pater vivit filii habitantes cum ipso, seu divisi et emancipati ab eo, non astringantur aliquid facere, aut solvere nisi post mortem patris, Et existentibus fratribus diversis, quibus debeat solvere secundum ratam suam et non ante, sicuti antiquitus extitit usitatum, Et si non superessent filii masculi, et forent superviventes femine, que haberent hereditatem patris, quod ipsa seu ipse non teneantur ad aliquam angariam personalem, Sed solvere teneantur omnia alia jura patris, que tenebatur solvere in denariis et canischariis.

Item quod quilibet possit testari, seu testamentum facere, ordinare et dimittere suum, illi vel illis quibus ei placebit, reservata sengratia domini, Et si aliquis non habens filios, testando et dimittendo alium vel alios suos heredes, de omnibus suis bonis mobilibus et immobilibus, quod illi similiter non teneantur, ad aliquam angariam personalem, sed solum solvant alias rationes pecuniarias, quas testator solvere tenebatur quilibet, videlicet pro rata, secundum res quas haberet, Et si dominus vellet accipere suam sengratiam, aliquid pro inde sibi in aliquo non teneatur.

Item, quod pater seu mater aut fratres, vel attinentes, sive commissarii aut gubernatores, possint et debeant maritare suas filias ad sui placitum, dando eis de suis bonis mobilibus et immobilibus, acquisitis per antecessores et per presentes, non tangendo aliquid quod foret de ratione sengratie.

Remanentibus aliquibus morticiis, seu hereditatibus debitis venire a la Dercharchia, seu congregationi, secundum quod continent quaterni dominationis vestre, et prout ostensa sunt privilegia nostra Baiulis, et illis qui fuerunt ad faciendum fieri Anagrafi per Insulam illud intelligatur, tam in villanis ecclesie, quam in quibuscumque aliis.

Nichil super contentis in ipsis capitulis volumus innovare, Sed si contra debitum in aliquo pergravantur, habent de inde rectores nostros, quos pro his et similibus causis illic tenemus, coram quibus se conqueri et gravari possunt, et ipsis fiet et ministrabitur justitie complementum.

Item cum comestabiles villarum, de mandato dominorum Baiulorum et consiliariorum nobis accipiantur vituli, porcelli, capreti, galine, parsuti, casei, et non solvitur, ubi et quando accipiunt, expeditque precipere hominibus villarum, quod ea portent ad civitatem, interdum, quia, ex dictis animalibus sic acceptis, moriuntur aliqui, et aliqui aufferuntur, et pauperes homines perdunt duas dietas seu zornatas,

Digitized by Google

Idcirco supplicamus provideri quod qui volunt de predictis, aut aliquid emere, mittant unum suum nuntium ad emendum a volentibus vendere, et solvant secundum valorem rerum, ut pauperes non habeant illud damnum.

Item similiter dantur denarii pro oleo, videlicet pro libra Corphoy soldi XV et oportet nos dari velimus aut non, Et quando olivarii non fructificant, paupe- 5 res homines non possunt complere de dando illud quod eis imponitur, et emunt in platea pro soldi XXV ad costum pauperum hominum, quod est maximum damnum eorum, Unde supplicamus provideri, quod quando non nascitur oleum, non teneamur dare aliquid, salvo quod habendo de oleo, teneamur solum dare baiulo, pro pretio terminato per dominium vestrum accipiendo illud ad casalia. 10

Item alias, temporibus elapsis, ponebatur per bailias de dando bladum pro equis Baiuli videlicet modia XXV, et pro illo solvebant soldos XII pro modio, Nunc astringuntur dare modia octuaginta per bailia, Et quia sunt etiam consiliarii, qui alias non erant, et pauperes homines paciuntur maximum damnum, quia venditur modium dicte avene soldos XXV, et si non habemus avenam, nobis accipitur de 15 ordeo, cuius valet modium soldos quadragintaquinque, Idcirco supplicamus dominio vestro, quod providere dignetur, quod non teneamur dare nisi Baiulo et ad casalia.

Ad predicta tria dicimus, Quod scribemus et mandabimus efficaciter Regimini nostro de inde, quod super predictis non faciat, neque fieri permittat ipsis nostris fidelibus, aliquid quod sit inusitatum per elapsum, et contra debitum equitatis. 20

Item nundine et mercata de Casopo, et omnes alie nundine, que fiunt in Insula Corphoy, solite erant, seu debebant esse libere ex toto ab omni datio, Commerclio et gabella, et sic dominium vestrum confirmaverat, sed non observatur quia ad presens in omnibus nundinis que fiunt, pauperes homines portant, alii unam quartam vini, alii plus, alii minus, et de aliis suis rebus, quas habent et possunt, pro extra- 25 hendo denarios, ad solvendum id quod tenentur dominio et suis dominis datiarii et gabelloti accipiunt et exigunt a dictis hominibus Insule, rationem suorum datiorum et gabellarum quod est in maximum damnum pauperum hominum et displicere eorum, Et propterea supplicamus, quod dominio vestro placeat facere, quod sint liberi, sicut alias factum fuit. 30

Respondetur quod volumus, quod observetur et fiat, sicut factum est hucusque, salvo si ostenderetur et constaret per nos eisdem in contrarium fuisse concessum.

Item in dictis nundinis, existentibus pauperibus hominibus, cum suis equis venalibus, miles, Serzenti, et alie speciales persone per vim accipiunt equos eorum, et vadunt huc illuc dando sibi placere, et strachando ipsos, et pauperes homines non 35 audent eis dicere contra, sed quando eos equos dimittunt, adeo sunt fessi et diflanchati, quod non possunt vendi per ipsos pauperes homines, unde supplicamus, quod per dominium vestrum provideatur, quod hec ulterius non fiant.

Ad hoc scribatur et mandetur efficaciter Regimini, quod istud non fiat ullo modo, quia est res magne displicentie fidelium nostrorum de inde, et molestissima 40 nostro dominio.

Item, quia Camerarii assuefaciunt exire per Insulam equites et ad nundinam, et mandant pauperibus hominibus, qui eis parent et faciant prandia et cenas ad expensas ipsorum, quod non habuimus unquam per consuetudinem, et est res que non est

Digitized by Google

utilis in aliquo dominio vestro, Supplicamus dominio vestro, quod hec de cetero fieri non debeant, et similiter dum vadunt ad nundinas Casopi, faciendi et parandi expensas prandiorum et cenarum et ad Ogitira personas casalis Perithie, ideo hec supplicamus quod cessent, et plus non fiant.

Volumus, quod si causa et utilitate nostri comunis erit necesse, quod vadant extra, vadat solummodo unus eorum, qui ire non possit nisi cum equis quatuor ad plus, Et si non esset necesse, quod iret et pur ire vellet, vadat ad suas expensas, sicut est conveniens atque iustum.

Item Camerarii equitant per Insulam ad exigendum granam, quam dare tenentur pauperes homines, et equitant equos pauperum hominum, cum quampluribus de societate, et ultra oportet eis facere expensas, eo tempore quo stant extra, et faciunt maximas expensas, et damnum pauperibus hominibus, et pro talibus equitatis, seu cavalcatis, dominium vestrum non consequitur aliquod utile, imo damnum soldorum XV pro sacho, Ea propter supplicamus dominio vestro, quod ulterius hec non fiant, et quod tales cavalcate cessent, Sed illorum qui tenentur solvere dictam granam, quilibet portabit id quod tenetur ad camerariam, uti in aliis debitis et rationibus suis faciunt, et erit magis utile comunis, nam ob illas expensas multi restant a collectione grane.

Item, per elapsum non habebamus notarios per Insulam, qui scribebant et conficiebant instrumenta et cartas cuilibet persone, tam venditionum, dotium, et debitorum, quam testamentorum, sed a tempore domini Dominici Contareno ad preces notariorum habitantium in civitate ablata fuit ista jurisditio, et notarii de extra non possunt conficere aliquod instrumentum, unde supplicamus excellentie vestre, quod concedat, quod pro qualibet bailia sint duo notarii, qui possint et debeant facere omnes scripturas et cartas, uti possunt alii notarii.

Nichil super predictis volumus aliqualiter innovare.

Item omnia bona immobilia, que per aliquam personam vendentur, aut donabuntur inter vivos, debeant stridari per Cancellarium et per comestabilem illius ville ubi erunt sita, que stride durent diebus XXX, ut aliqui propinqui et collaterani, aut alii ius habentes non decipiantur, et cancellarius pro suo labore habeat soldos XX, quia sunt pauperes homines, Et supplicamus concedi debere.

Volumus, quod stridentur in Corphoy per Cancellarium Baiuli, et in villa ubi res erunt situate, per comestabilem ville, que quidem stride durent diebus XXX, et habeat cancellarius pro suo labore tantum, quantum fuerit tanxactum per Regimen.

Item, quando volebant fieri aliqui papates greci, fiebant sine expensis, Et etiam habebamus de more, quod si aliquis homo senex, vel impotens, ob reverentiam Dei et salutem anime sue volebat, efficiebatur caloierus, unde supplicamus, quod papates fieri valeant sine expensis, et senes aut impotentes, caloieri effici possint.

Item habemus maximam gravedinem, quia pro quolibet animali scapolo in nemore, etiam nullum damnum inferente alicui persone, accipiuntur soldi XV qualibet nocte, Et propterea supplicamus dominio vestro, quod reducatur ad pristinum terminum, modumque, quibus eramus antequam dominus Rubertus Mauroceno foret Baiulus.

Digitized by Google

Nichil fiat, sed servetur id quod presentialiter observatur.

Item cum baroni et alii cives burgenses, qui sedent apud baiulum in delibetione prede, habeant prerogativam ab aliis, non proiecto baculo in incantu, illi qui sunt magis vicini baculo capiunt, et eis remanet, quod faciunt pro occupando territoria comunis, et consumendo vassallos comunis, ac pro tuendo suos, Idcirco pro bono et utilitate comunis, et comodo vassallium suorum, et pauperum personarum, Supplicamus quod preda comunis non deliberetur de cetero cum baculo, sed plus offerentibus, ut quilibet volens habere possit, plus offerendo, et non stantes prope baculum solum.

Fiat et concedatur eis sicut petunt et in capitulo continetur.

Item scriba, seu gramatico curie Corphoy, ex consuetudine antiqua, accipiebat pro omni precepto tornexios duos, tunc quia fit ad preces civium, eisdem non accipit aliquid de suis preceptis, et reficiunt se a pauperibus hominibus de foris, a quibus accipiunt pro precepto soldum I, II et III, IIII et V, et plus, unde supplicamus super hoc, quod simus ad primum terminum et esse.

Fiat sicut in capitulo continetur, cum hac declaratione, videlicet quod scriba habeat solummodo tornesia duo pro quolibet precepto.

Item per elapsum sententie que dabantur in manibus militis domini Baiuli, pro mittendo illas executioni, omnes ille sententie, que erant hominum, qui starent in villa, qui dare deberent, miles mittebat illam sententiam, et unum preceptum comestabili illius ville, cui comittebat, quod mittere deberet executioni illas sententias in bonis debitoris, Et tunc comestabilis requirebat homines, et si non habebant quid solvere, eis accipiebat pignus, Et si pignus erat nature, quod portari posset ad civitatem militi illud mittebat, et miles vendebat, Et si erat res, que non posset portari. comestabilis cum licentia militis vendebat, et denarii capitabant in manibus militis, et ipse solvebat creditoribus a paucho tempore citra, usi sunt milites serzentes a porta cum dictis sentenciis, qui primo et ante omnia levant rationes militi et suam, et de alios non curant et postea reversi in civitatem, per spacium aliquot dierum, miles mittit eamdem sententiam per unum alium serzentem, qui illud idem facit, et similiter hoc pluries fit, et aliquarum sententiarum expensa est maior capitale, et demum et cum serzente et sine, convenit et expedit, quod comestabilis mittat illas executioni, Et propterea supplicamus, quod in hoc reducamur ad pristinam consuetudinem et usum.

Fiat et concedatur eis, sicut in capitulo continetur, cum hac declaratione, quod si comestabilis illius ville ubi habitabit condemnatus, sive sententiatus, non mittet illas executioni infra illum terminum, qui videatur competens Regimini nostro Corphoi, quod tunc et eo casu, ipse sententie non misse executioni, ut est dictum dentur comestabili Insule, qui in hoc casu faciat officium suum, habendo id quod habuisset comestabilis ville, ut partes habeant expeditionem debitam cum celeritate.

Item, quod scriba Camerarie, habeat in mandatis, quod statim omni hora et tempore, excepto in diebus solemnibus et festivis teneatur et debeat videre et facere rationes Bailiis, protoieriis, credenceriis, et aliis personis venientibus, seu euntibus pro solvendo et satisfaciendo suas rationes et ducuntur in longum, antequem possint videre suam rationem, pluribus diebus, quod est destructio pauperum hominum,

Digitized by Google

nam tales sunt, qui bis et ter veniunt a capite Insule, pro expediendo suas rationes et debitum, et stant cum maximo incomodo, ac perdunt tempus, nec possunt ex illo pauperes homines facere facta sua.

Fiat et concedatur sicut in capitulo continetur.

5 Item serzenti porte ferri, mittuntur per aliquos Iudeos extra Insulam, ad faciendum precepta, et habebunt facere LX in C precepta, pro quibus eis solvitur per Iudeos, antequam recedant, et ultra illud faciunt sibi solvi a pauperibus hominibus, a quolibet, soldos duos, et si non habent denarios, unde statim solvant, accipiunt unum fassiculum de lino vel de bambace, aut unam galinam valoris sol-
10 dorum quinque, quod nunquam fuit, nam isto modo venimus bis solvere, una vice, videlicet, serzento, alia creditoribus, quando faciunt sententias, et si non facerent sententias quando venitur ad saldum rationum, ponunt pro precepto tantum, unde super his de remedio debito et oportuno provideatur.

Super hoc mandetur Regimini, quod de cetero nichil accipi permittat per ipsos
15 serzentes ab ipsis nostris fidelibus, pro dictis preceptis, Verum pars succumbens in lite, sive que perdet litem et conventionem solvat expensas secutas et factas in ipsa lite, sed tanxationem quam faciet regimen nostrum de inde.

Item dicti serzenti vadunt cum sententiis ad exigendum et pro omni parva sententia pro sua ratione accipiunt soldos XV, XX et XXX, et pro milite soldos
20 decem, et sicut tangit pignus soldos XXV, et nichilominus ipsi precipiunt comestabilibus qui faciunt hoc, et ipsi serzenti stant ut domini, similiter super hoc provideatur.

Super hoc non est amplius necesse aliquid respondere, quia per capitulum XXI est ad predicta bene et sufficienter provisum.

25 Item quod mitrologi quod tenemur solvere, alii plus, alii minus, et illud semper solvimus vini, a tempore quo venerunt provisores, ipsi tanxaverunt, quod casu aliquo non haberemus solvere et dare vinum, quo teneremur solvere pro omni mitro vini iperpera, postea ab octo annis vel circa citra, auctum est ad grossos XVIIII, unde supplicamus, quod sit ad terminum, quem fecerant provisores.

30 Item, quod Comestabilis magnus Insule, qui per consuetudinem aliquos denarios et res, ab omnibus hominibus Insule, habeat solutionem et premium a dominio vestro sui laboris, et pauperes homines a talibus regaliis absolvantur, et hoc de gratia supplicamus.

Item cum dominium vestrum consuetum erat mittere semper unum baiulum
35 Corphoy, sine consiliariis, de quibus baiulis terra Corphoy et Insula bene remanserunt contenti, Nunc vero a pauco tempore citra, missi sunt consiliarii qui sunt potissima causa, quod lites et sententie, que fierent et terminarentur, tam in civilibus quam in criminalibus dilatantur, quod est in maximum damnum pauperum personarum, et incomodum, oportere attendere et satisfacere tribus dominis, Supplicamus
40 instantissime dominio vestro, quod dignetur ad complementum consiliariorum ad presens existentium in Corphoy, providere quod mittatur solum baiulis, cum camerario juxta solitum, aliter mittendo etiam consiliarios, Insula destruetur, nec volumus dicere inconvenientias et rationes, pro maiori honestate.

Nichil fiat de predictis tribus capitulis.

Digitized by Google

Item cum multi faciant citari pauperes homines a longe stantes a civitate, et postea ipsi non comparent, et hoc faciunt pro ducendo eos in longum et stentando, Dignetur providere, quod tales facientes citari alios, et postea non comparentes condenentur solvere expensas zornate citato comparenti, et ultra duos soldos pro milliari. 5

Fiat sicut in capitulo continetur.

Item cum milites cogant et aggravent illos de casali Mamali, et Potanio facere omni die custodiam ad civitatem, quod non sint astricti, nisi quam veniunt galee forenses, seu secundum solitum.

Nichil super hoc innovetur, sed servetur id quod observatum est hucusque. 10

Item cum Rectores consueverint seminare feragines in terris, que sunt penes domos habitationum nostrarum, quas terras accipiunt contra voluntatem patronorum qui solebant vivere ex seminationibus quas ponebant in eis, et ultra soleant cogere villanos ad faciendum per angaria stabulam equorum suorum in pratis, et incidendum herbas pro dictis equis in displicentiam et onus grave dictorum villa- 15 norum, Et propterea supplicamus, quod Serenitas Vestra dignetur mandare quod dicti Rectores, de cetero non accipiant terras alicuius persone, pro seminando, sine licentia patroni et ejus voluntatem, et etiam providere, quod dicti villani, pro talibus casibus non aggraventur ulterius, pro stabulis ipsis equis fiendis.

Fiat sicut in capitulo continetur. 20

Item cum in dicta Insula sint plures villani debitores comunis, qui tenentur dare soldos quinque vel sex, aut septem pro quolibet et pro ipsis persolvendis esset maxima gravitas dictis villanis venire in civitatem, Dignetur Serenitas Vestra mandare, quod in qualibet pretoria seu bailia, deputetur unus bonus homo, qui excutiat et exigat debita predicta, pro aleviatione personarum debentium dare. 25

Fiat ut petunt, Qui quidem protoierus dare debeat et teneatur idoneam plezariam, de anno in annum, et quibuslibet tribus mensibus venire ad solidandum rationes suas, cum camerariis, sub pena soldorum duorum pro quolibet iperpero, cuius medietas sit comunis, et altera camerariorum.

Item cum pauperes persone habeant aliqualem subventionem, dum laborant in 30 agendis comunis vestri, Dignetur Excellentia Vestra providere et mandare, quod laborantes pro sale, et aliis agendis comunis, habeant illam solutionem quam mandavit dominatio vestra eis dari pro fabricando.

Super hoc provisum est per nos opportune ac scriptum et mandatum Regimini nostro de inde, et ideo nulla alia responsio est presentialiter opportuna. 35

Item supplicamus Serenitati Vestre quod habere possimus, pro advocato nostro ser Thomadum Arosadi venetum, et pro nobis placitari possit in agendis nostris.

Nichil fiat, et observetur id quod promissum est fidelibus nostris Corphoy.

Item recollimus reverenter Serenitati Vestre, quod in Insula Corphoy sunt alii villani ecclesie, alii domini et comunis vestri, alii baronum, Illi vero ecclesie et ba- 40 ronum solvunt certum quid pro debito, volendo vendere vinum, Illorum vero qui sunt villani dominii vestri, alii tenentur ad solvendum iperpera XXIIII tornesiorum annuatim, alii non, ut constat per quaternos Camerarie Corphoy. Et quia a sex annis vel circa illi villani dominii vestri, qui volendo vendere vinum solvebant

Digitized by Google

iperpera XXIIII solum in anno et non aliud datium, positi sunt, et astringuntur ad solvendum dicta iperpera XXIIII ultra etiam drictum datium quod solvunt baronum villani, ecclesie, et aliis comunis vestri, qui non solvebant iperpera XXIIII, ex quo privilegia sua et beneficium alias eis factum, et concessum, per inclitam dominationem vestram eis cedit in danum, Et quia hoc non credimus fore de mente et intentione Serenitatis Vestre, humiliter supplicamus quod Excellentia Vestra dignetur providere, quod ipsi villani vestri, qui volendo vendere vinum solvebant omni anno iperpera XXIIII, non astringantur ad solvendum aliud datium, nam ipsi non vendebant nisi de vino quod percipiebant de suis vineis propriis, vel quod absolvantur a solutione dictorum iperperorum XXIIII, et solvant datium ut faciant alii, Declarando quod ipsi nolunt habere libertatem vendendi vinum nisi de eo quod habebunt et colligent de suis vineis, et si emerent ab aliis, pro vendendo, solvere teneantur datium ut faciunt alii, ultra yperperos XXIIII, Sed vendendo solum de suo non possint astringi ad solvendum aliud datium quam iperpera XXIIII.

Nolumus super hoc aliquid innovare, Sed observetur id quod hucusque observatum est.

Item cum ab aliquo tempore citra, nobiles massarii camerarii Corphoy assueti fuerint, et sint elligere, et deputare Baiulos et protoieros pro colligendo granam et vallaniam de suis villanis solum, postergando villanos vestri comunis, quod est contra consuetudinem et debitum, cum et ipsi villani vestri comunis debeant etiam participare de honoribus ut villani ecclesie, seu baronum, humiliter supplicamus Serenitati Vestre, quod reducamur ad pristinum, videlicet, quod omnes qui tenentur curie congregentur in simul et eligantur baiuli, et protoieri, quod postea presententur dicto Baiulo et Capitaneo, et per eum confirmentur ut per antea fieri solebant, ac elligi et presentari. Et hoc petunt de gratia spetiali.

Fiat et concedatur eis sicut petunt, et in capitulo continetur.

de parte 46
de non 3
non sinceri 31

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 177-179 t.°).

638.

1414, 3 januarii.

Conducentes valaniam de partibus Corphoy alio quam Venetias solvant ut ibi.

Ser Paulus Truno, ser Daniel Victuri, ser Donatus Foscari, sapientes ordinum.

Capta. — Cum sentiatur a certo, quod ab aliquo tempore citra, de partibus, et locis nostris Corphoi, extracta fuit, et extrahatur cotidie magna quantitas valanie, que portatur ad partes Marchie et alio, intra Culphum nostrum, cum notabili

Digitized by Google

et magno danno introituum nostrorum, et mercatorum nostrorum; Vadit pars, Quod quicumque amodo in antea oneraverit in Corphoi, et tota Insula, sive per Stariam ad cargatoria, valaniam, pro conducendo alio quam Venetias, solvere debeat unum ducatum pro quolibet modio de Corphoi, ultra alia datia solita, Et predicta significetur Regimini nostro Corphoy, et successoribus suis, pro sua informatione, ut observent et exigant dictum datium.

Et debeant predicti, qui extrahent valaniam de dictis locis, dare idoneam plezariam Regimini Corphoi, pro quantitate valanie, quam onerassent, de adducendo, et portando dictam valaniam Venetias, que plezaria remaneat obligata, quousque predicti apportantes, portaverint dicto Regimini Corphoi literas nostrorum officiorum tabule, de presentatione dicte valanie, quam portaverint Venetias ut est dictum, per quas ipsi Regimini constet de presentatione predicta.

de parte 82
de non 1
non sinceri 1

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 185 t.°.)

639.

1414, 3 januarii.

Commissum patronis Arsenatus, quod emant certas res pro Corono ut ibi.

Ser Johannes Navagierio qui fuit Castellanus Coroni et Mothoni.

Capta. — Cum omnibus sit notum quantum debemus habere cara loca nostra Coroni et Mothoni, et faciat pro statu nostro conservatio et securitas ipsorum locorum, pro fortificatione Coroni, et etiam pro reparatione palatiorum, que tendunt in ruinam, videlicet Castellani et consiliariorum, Et multotiens per castellanos nostros preteritos, et presentes, fuerimus requisiti per literas de multis rebus necessariis quantum plus esse possent, propter incursiones Turchorum, et alios multos respectus; Vadit pars, Quod auctoritate hujus consilii, committatur patronis nostri Arsenatus, quatenus infrascriptas res, quas habere poterunt per viam arsenatus nostri, mittere debeant castellanis nostris predictis pro Corono, Alias autem quas non haberent de arsenatu nostro, debeant emere, Accipiendo pecuniam ad cambium, et mittere ad solvendum in Mothono, de pecunia missa illuc de Neapoli, et depositata ibi, ad peticionem nostri dominii, Possendo accipere ad cambium usque ad summam iperperorum II mille V centum, pro rebus quas ipsos apparet emere, pro mittendo ad dictas partes.

de parte 72
de non 1
non sinceri 2

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 185 t.°).

Digitized by Google

640.

1414, 15 januarii.

Regimen Corphoy debeat facere certam taiatam in certo utili loco ad pischerias, sive vivarium Butentroi districtus Corphoy, que pischerie ad finem termini locationis incantentur, ut ibi.

5 Ser Paulus Truno, ser Nicolaus Lipamano, ser Daniel Victuri, ser Donatus Foscari, sapientes ordinum.

Capta. — Cum data sit nostro dominio informatio, quod si fieret certa taiata in certo loco, ad pischerias, sive vivarium Butentroi, districtus nostri Corphoi ipse piscerie valde meliorarentur, nam multociens, propter inundationes aquarum, con-
10 ductores ipsarum sustinuerunt notabile damnum, Et illi qui presentialiter illas piscerias tenent ad affictum se offerrant, si dicta taiata fiat, accipere denuo illas piscerias ad finem termini sui et dare iperpera Mille ultra id quod solvunt pro illis ad presens, super quo pro evidenti utilitate nostri comunis, sit necessarium providere; Vadit pars, quod scribatur et mandetur regimini nostro Corphoi, quod
15 debeat videre et examinare, seu videri et examinari facere locum ubi utilius et melius ipsa taiata fieri possit, Et cognito, quod sit utilis et sine aliqua lesione pisceriarum predictarum, et aliarum partium circumstantium, si predicti conductores erunt contenti contribuere iperpera Mille pro affictu, prout fecerunt exponi, et superius continetur, debeat ipsum regimen ordinare et mandare, quod ipsa taiata fiat in illo
20 loco qui fuerit utilius, possendo si dicto regimini videbitur, deliberare per incantum publicum opus dicte taiate fiende, dummodo habeatur bona et sufficiens plezaria ab emptore aut emptoribus ipsius operis, non possendo expendere in ipso opere ultra iperpera VI centum. Ulterius autem ad finem termini locationis debeat ipsum Regimen ipsas piscerias, poni facere ad incantum publicum additis ipsis libris mille,
25 super id quod solvunt ad presens, Et si aliquis plus non promiserit seu obtulerit, infra terminum solitum incantuum, debeat ipsum Regimen ipsas piscerias deliberare pro dicto pretio iperperorum mille, ultra id quod solvunt ad presens, sive pro pluri, si ad plus ibunt.

de parte . . . . . 72 de non . . . . . 0 non sinceri 3

30 (Reg.° 50, 1413–1414, c. 189 t.°).

641.

1414, 6 februarii.

Responsiones facte Ambassiatori domini duche Egeopelagi super certis capitulis, ut ibi.

Sapientes ordinum.

35 Capta. — Quod Ambaxiatori Magnifici domini Duche Egeopelagi, ad ea que

Digitized by Google

exposuit pro parte sui prefati domini, ultra recommendationem, quam fecit nostro dominio, de dicto domino ducha, et eius statu respondeatur in hac forma:

Et primo ad partem per quam tetigit, quod in casu quo nostra dominatio vellet temporizare ad firmandum pacem cum Turcho, et attenderet ad faciendum promissionem galearum, que sequerentur armatas galearum Turchorum, prefatus dominus se offerret, cum persona et galea sua, possibiliter esse insimul cum dictis galeis; Respondetur, Quod ob optimam dispositionem, quam continue sua Magnificentia habuit ad istud factum, pro honore et bono christianorum, et locorum suorum, alacriter acceptat oblationem suam predictam, Et de tam bono animo et dispositione sua, sue Magnitudini regratiatur.

Ad partem continentem, quod dignaremur committere et mandare officialibus nostris Levantis, videlicet Regimini Crete, Regimini Nigropontis, et etiam Capitaneo Culphi, quod in casu quo loca sua per Turchos obsesse teneantur, predicti nostri Rectores et Capitanei debeant succurrere iuxta posse suum ipsis locis suis, sicut facerent locis nostri dominii; Respondeatur, quod ob dilectionem, quam gerimus ad dominum predictum et eius statum, fecimus alias simile mandatum Rectoribus nostris prefatis et dicto Capitaneo, quod adhuc habent pene se, Nichilominus in complacentiam ipsius domini, ipsum nostrum mandatum iterato faciemus replicari in foma debita, et convenienti, sicut requirit.

Ad partem per quam petit, posse extrahi facere, de Insula nostra Crete, lignamen cupressi, pro fortificatione fortiliciorum, et reparatione habitationum de inde, Respondeatur, quod ob maximam quantitatem ipsorum lignaminum que hucusque extrata fuit de Insula predicta ipsa cupresa valde venerunt ad minus, ex quo nostra dominatio, considerans damnum et interesse, quod sequebatur ob defectionem talium lignaminum, fuit cohacta providere et vetare, quod dicta lignamina de Insula prefata nullo modo extrahi possent, etiam pro portando ad loca nostra propria, ut cessent mala predicta, Et propterea si non condescendimus requisitioni sue placeat habere nos merito excusatos, quia similes concessiones cogeremur facere subditis nostris, et aliis personis, quod fieret contra ordinem et intentionem suprascriptam.

Ad partem autem per quam recomisit nostro dominio dominam Mariam Sanudo, soceram suam, ut eidem ministretur debitum iuris, per Regimen nostrum Nigropontis, super nonnullis bonis, que ad illa spectare asserit per mortem condam domine Petronille, olim uxoris viri nobilis ser Nicolai Venerio, quondam domini Ducis, que bona, quia non comparuit ad terminum stabilitum per Regimen nostrum Nigropontis, intromissa sunt, et eorum bonorum redditus per ipsum Regimen exiguntur, Respondeatur, Quod de hac re nullam informationem habemus, ultra illam quam ipse Ambaxiator nobis dedit, tamen in complacentiam ipsius domini, mandabimus Regimini nostro Nigropontis, quod debeat ipsam dominam, et jura sua, audire et diligenter examinare, et super inde terminare et facere, sicut eidem Regimini iustum et debitum apparebit.

de parte . . . . . omnes alii.
de non 1
non sinceri 3

Reg.° 50, 1413-1414, c. 195.

Digitized by Google

642.

1414, 6 februarii.

Quid responsum fuit Ambassiatori duche Zefalonie super damnis datis ob captionem navis Bartolamei de Benedicto.

Sapientes ordinum.

5 Capta. — Cum iam pluribus diebus comparuerit ad presentiam nostri dominii quidam nuntius, seu Ambaxator Magnifici domini duche Zefalonie, et presentaverit certas literas ipsius domini Duche, quas scripsit nostro dominio, excusando se cum multis rationibus et verbis, de damno dato alias, civibus et fidelibus nostris, ob captionem navis patronizate alias per Bartholomeum de Benedicto civem nostrum, 10 concludendo quod omnino de dicto domino et violentia est insons et absque culpa aliqua, offerens se innocentiam suam probare coram castellanis Coroni et Mothoni, aut Regimini nostro Corphoi, per testes idoneos et fide dignos, subiungensque, quod esset contentus in hac causa stare iuditio et terminationi illius ex dictis nostris Rectoribus, qui nostro dominio magis liberet, Et istud idem oretenus dixerit suus 15 Ambaxiator prefatus, et requirat cum instantia expeditionem, cum nullam aliam informationem et libertatem habeat a domino suo predicto, Et considerata importantia huius rei, et etiam in presenti negotio finis debitus imponatur, secundum ordines nostros, qui requiruntur in similibus; Vadit pars, Quod respondeatur prefato Ambaxiatori, quod nostra dominatio intellexit particulariter literas prefatas, et 20 excusationes, quas fecit dominus suus circa istud factum, Et volens penitus, quod causa ista cognoscatur de iure hic Venetiis, per officiales nostros ad talia deputatos, ita quod iustitia habeat debitum suum, requirit et ortatur dominum suum, quatenus velit amodo usque ad menses quatuor proxime destinare Venetias procuratorem et nuntium suum informatum de iuribus suis, ut illa substinere valeat, coram nostris 25 officialibus predictis, Avisando eum, quod elapso dicto termino, et aliquo suo nomine non comparente, officiales nostri prefati, nichilominus procederent in causa, sua absentia non obstante, Et ex nunc sit captum, quod committatur nostris supraconsulibus, quod tam si ipse dominus Ducha miserit nuntium suum, quam non, debeant elapsis dictis quatuor mensibus, audire et examinare cum diligentia istud 30 negotium istius derubationionis, et habitis omnibus informationibus opportunis, tunc veniant ad collegium deputatum ad dandum pignora, sicut tenentur per formam sui capitularis.

de parte	omnes alii
de non	3
35 non sinceri.	1

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 195 t.°).

Digitized by Google

643.

1414, 15 februarii.

Responsiones facte ser Nicolao Georgio baiulo Nigropontis super diversis capitulis.

Ser Paulus Truno, ser Daniel Victuri, ser Andreas Mauroceno, sapientes ordinum. 5

Capta. — Cum Regimen nostrum Nigropontis consideratis expensis, quas habemus de Civitate nostra Nigropontis, que excedunt introitus de iperperis 9491 soldis 15, tornesiis duobus sicut particulariter continetur, in quodam computo nostro dominio destinato, annotari fecerit nonnullas provisiones utiles et fructuosas, pro nostro dominio, illasque nostro dominio destinaverit suis literis introclusas, Et examinatis dictis provisionibus, cum sint utiles, et penitus opportune, sit necessarium illas approbare, et ratificare, ut de cetero observentur; Vadit pars in bona gratia, secundum consilium ipsius prefati Regiminis, Quod de toto vino quod de cetero vendetur, per omnia castra, turres, fortilicia, et alia loca nostra Insule, solvi debeat decem pro Centenario, sicut solvitur in terra Nigropontis. 10 15

Item Quod de carnibus, que venduntur, per totam Insulam prefatam, solvi debeat tornesius unus pro qualibet libra, sicut solvitur similiter in Nigroponte, et Mandetur Regimini Nigropontis, et successoribus suis, quod de tempore in tempus debeant ad publicum incantum affictare suprascripta datia in pluribus partitis, seu aliter, prout dicto Regimini utilius videbitur pro nostro comuni. 20

Item Quod pro omnibus mercationibus, que quomodocunque emuntur, et venduntur, ab iperperis viginti, et ab inde supra, solvi debeat missetaria, et ubi nunc solvitur unus quartus pro Centenario, ita de cetero solvi debeat dimidia pro Centenario per emptorem, et dimidia pro centenario per venditorem.

Item Quod ille quatuor banderie de ponente, in quibus sunt page Centum, sub quatuor Comestabilibus, reducantur per Baiulum et Capitaneum in quinque banderias sub quinque comestabilibus, cum pagis XX pro singula banderia, quarum una stet ad Fitileum, et alie quatuor ad custodiam terre Nigropontis. 25

Item Quod ille due banderie Grecorum de inde cassentur, et loco eorum per Baiulum et Capitaneum de inde solidentur tot stratioti, quot capiet expense, que fit in dictis duabus banderiis, Ita quod comune nostrum pro hoc nullam maiorem habeat expensam, quam habebat pro dictis duabus banderiis. 30

Item cum turres balatoria et berteste ipsius terre, sint in pessimo termino, et pro hoc ipsum Regimen requirat lignamina, et ferramenta, et alia similia opportuna, pro reparationibus predictis, sit captum Quod dominium possit pro huiusmodi reparationibus fiendis mittere Nigropontem illam partem ex rebus predictis requisitis, que dominio videbuntur sufficere pro nunc, cum quam minori expensa fieri poterit. 35

Item cum ipsum Regimen requirat, quod sibi mittatur una navis buttarum 150 in 200, pro affundando, pro fodiendo sicam, et consideratis expensis, que seque-

Digitized by Google

rentur, in emendo hic, et mittendo illuc unam navim, sicut est notum, committatur pro maiori comodo nostri comunis, quod dictum Regimen possit emere, vel emi facere de inde, et in illis partibus circumstantibus unam navim magnitudinis suprascripte, faciendo pro hoc illam quam minorem et utiliorem expensam poterit, pro minori gravedine nostri comunis.

Item cum Comitus et patronus iuratus galee Nigropontis, sint amodo propter senium facti inutiles, Ex nunc sit captum, Quod hic per collegium eligi debeat unus Comitus, et unus patronus iuratus cum conditionibus solitis.

Item scribatur et mandetur Regimini nostro de inde, quod debeat catasticari facere in cancellaria nostra de inde omnes possessiones nostri comunis, et tam illas, quas vendidit ad annos XXIX ad renovandum, quam ille, que adhuc restant in Comuni nostro, et eorum confinia particulariter per modum, quod in futurum nostrum dominium nequeat fraudari.

Item cum palatium residentie Baiuli et Capitanei Nigropontis omnino indigeat reparatione, et concessum fuerit alias ser Benedicto Trivisano posse facere illud reparari, Sed propter infirmitatem persone sue, non potuerit attendere ad hoc, concedatur Regimini nostro de inde posse expendere in dicta reparatione, tantum necessaria, ducatos quinquaginta auri, de pecunia nostri comunis.

de parte 70

Ser Nicolaus Lipamano, ser Donatus Foscari, sapientes ordinum.

Volunt capitula suprascripia per totum, prout lecta sunt, salvo quod volunt, quod de vino, quod de cetero vendetur, per terras, castra, et fortilicia, et alia loca Insule, solvatur solummodo medietas eius, quod pro simili causa solvitur in terra Nigropontis.

de parte 23
de non 6
non sinceri 5

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 197-197 t.°).

641.

1414, 15 februarii.

Certa provisio facta per nobilem virum ser Iohannem Navaierio, qui fuit castellanus Coroni et Mothoni super datio missetariae Mothoni aucto, et in murando burgum ipsius loci, ut ibi.

Ser Ioannes Navaierio, qui fuit Castellanus Coroni et Mothoni.

Capta. — Cum ad conservationem locorum nostrorum Coroni et Mothoni totis spiritibus vigilare debeamus, et maxime tenere modum, quod Castellani nostri habeant pecuniam, pro possendo providere ad ea que requiruntur de tempore in tempus, tam pro pagis stipendiariorum, quam pro aliis necessariis, et multociens pro bladis

Digitized by Google

emendis, sicut occurrit, ad tempora, nam pro maiori parte in literis que recipiuntur a Castellanis de inde continetur de necessitate pecunie. Et sicut notum est in tantum multiplicarunt expense, quod introitus dictorum locorum ad ipsas expensas supplere non possunt; Vadit pars, ut non habeatur causa mittendi quotidie pecuniam de Venetiis, Quod ex nunc captum sit, et debeat observari, videlicet, Quod datium missetarie augeatur in hunc modum, videlicet, quod ubi venditor solvit medium pro cento, et emptor totidem debeat de cetero ab incantatione ipsius datii, quod fit in antea, observari, scilicet quod emptor solvat unum pro cento, et venditor aliud unum pro cento, per modum quo ad presens solvitur medium et medium, de qua additione non debeat habere aliquid misseta, Nam sufficit missetis id quod habent ad presens vigore ordinum de inde.

Et quia opus inceptum in murando burgum Mothoni est utile et necessarium pro bono dicti loci, et de pecunia que dicta de causa solebat exigi, completus est terminus, ita quod ammodo non posset laborari ad dictum burgum, ut laborerium inceptum sequatur et compleatur, ex nunc captum sit quod de datio suprascripto Missetarie Mothoni sint depositata duo millia iperpera quolibet anno, quousque erit completus murus, que iperpera non possint expendi in aliqua alia re nisi in muratione dicti burgi, sicut fiebat de denariis, qui exigebantur a civibus, et Consiliarii dicti loci Mothoni teneantur tenere ordinate computum denariorum de per se, sicut fecerunt hucusque de denariis exactis a civibus, Et si in capite anui superhabundavit aliqua pecunia poni debeat in introitum communis, et possit expendi ut fit de aliis denariis comunis, Et completa dicta muratione burgi debeant dicta iperpera duo millia poni in introitu comunis, et fieri, ut fit de aliis denariis nostri comunis.

de parte 46, 49, 52
de non 36, 39, 36
non sinceri . . . 12, 11, 10

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 198 t.°).

645.

1414, 22 februarii.

Quod concedatur nobili viro, ser Marco Dandulo castellano Coroni et Mothoni posse remanere extra Coronum de nocte.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum vir nobilis ser Marcus Dandulo, Castellanus noster Coroni et Mothoni, deliberaverit, sicut per suas litteras nostro dominio denotavit, velle in quantum nobis placeat visitare fortilicia nostra districtus Coroni, eidem commissa, ut ad fortificationem earum, et ad alias necessarias reparationes, utilius valeat providere, Et requirat a nobis licentiam possendi pro hac causa remanere et dormire extra Coronum; Vadit pars, quod ut ipse ser Marcus adimplere possit bonam vo-

Digitized by Google

luntatem, quam habet circa hoc, quod erit cum comodo, et securitate fortiliciorum predictorum, Quod concedatur eidem, quod possit remanere extra Coronum de nocte, stando quanto minus poterit, ad expeditionem visitationis quam facere vult, ut est dictum, remanentibus consiliariis suis continue in Corono usque ad suum reditum.

5 de parte 69
de non 1
non sinceri 4

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 201 t.°).

646.

1414, 22 februarii.

10 *Quid scriptum fuit castellanis Coroni et Mothoni super facto solutionis quolibet anno dande per fideles de inde, licet permutata fuerit de uno tempore ad aliud.*

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum de anno preterito, ad instantem supplicationem factam nostro
15 dominio pro parte fidelium, et districtualium nostrorum Coroni, Concessum fuerit ipsis nostris fidelibus, et similiter illis de districtu Mothoni, quod certam solutionem, quam solvere consueverant anno quolibet, de mense Maii, solverent ex nunc in antea de anno in annum, usque per totum mensem Octobris, pro maiori suo comodo, Et secundum informationem quam habemus a ser Marco Dandulo Castellano nostro Co-
20 roni et Mothoni, ipsi nostri fideles vellent, pro illis mensibus quinque qui sunt inter mensem Maii et Octobris, absolvi, nec aliquid solvere, volentes, quod terminus anni incipiat a mense Octobris, quod non fuit nec est secundum voluntatem nostri dominii, Nam sufficit eis habuisse dictam permutacionem solvendam de Octobri, sic solvebant de mense Maii, respectu comodi, quod exinde suscipiunt, propter recollectiones
25 suas, quas dicto tempore veniunt fecisse solvendo quantitates solitas, sicut solvere tenentur, propterea; Vadit pars, Quod scribatur ipsis Castellanis nostris Coroni et Mothoni, declarando eis, quod licet permutaverimus solutionem predictam de uno tempore ad aliud, sicut fecimus ad supplicationem ipsorum nostrorum fidelium, non tamen volumus, quod restent solvere sicut tenentur, ita quod pro dictis quinque men-
30 sibus veniant absolvendi, sicut dicunt, Et quod propterea debeant ab ipsis pro dicto tempore Maii usque ad Octobrem exigere id quod quilibet predictorum nostrorum fidelium dare debet pro rata temporis, observando nichilominus continentiam concessionis facte ipsis nostris fidelibus, videlicet, Quod solvant de mense Octobri de anno in annum sicut in mandato nostro continetur.

35 de parte 71
de non 2
non sinceri 2

(Reg.° 50, 1413-1414, c. 201 t.°).

Digitized by Google

647.

1414, 22 februarii.

Quod scriptum sit regimini Corphoy, et de libertate sibi data armandi galeotam de inde, pro conservatione locorum et fidelium de inde etc., ut ibi.

Quod ad literas Regiminis Corphoi respondeatur in hac forma, videlicet, et scribatur etiam Successoribus suis. 5

Ser Paulus Truno, ser Nicolaus Lipamano, ser Daniel Victuri, ser Donatus Foscari, sapientes ordinum.

Capta. — Literas vestras, per quas casum, prede et derobationis date fidelibus nostris de inde, per illam galeotam et brigantinum siculorum nunciastis admisimus, 10 et earum continentia intellecta, absque turbatione esse non possumus, quod remanseritis providere super hoc, sicut utiliter facere poteratis, ex eo quod libertatem a nobis asseritis non habere, ex quibus quidem verbis certe gravamur non modicum de vobis, qui sicut scire debetis, illuc missi estis, principaliter pro faciendo et procurando honorem nostrum et comodum, ac utilitatem fidelium nostrorum vobis commissorum, quod si per vos in hoc casu factum sit, ipse vestre litere plene testantur, 15 scitis etiam, quod illuc habemus et tenemus continue unam galeotam, specialiter pro similibus causis, que si mandata nostra taliter intelligi deberent, uti vos presentialiter intellexistis, ibi staret penitus sine fructu, quod non fuit, nec est, secundum velle nostri dominii, ymo, ut ab occurrentibus damnis et violentiis possent loca nostra et subditi salvi fieri, Ea propter ne in futurum similis casus occurrat, cum 20 nostris consiliis rogatorum et additionis, fidelitati vestre scribimus, volentes ac vobis concedentes, quod occurrente casu, quod absit, quod loca nostra vobis commissa, aut fideles nostri, per quempiam, per terram, aut per mare, aliqualiter damnificetur, habeatis libertatem plenissimam, pro honore nostri dominii, et conservatione locorum et fidelium nostrorum armandi galeotam nostram de inde, et de aliis fustis et 25 navigiis de inde, cum illa quam minori et utiliori expensa poteritis nostri comunis, sicut sapientie vestre, honori nostro et fidelium nostrorum comodo videbitur convenire, ut audacter et potenter possitis quibuscumque male dispositis oviare, facientes has nostras literas ad futurorum memoriam registrari.

de parte 77 30
de non 1
non sinceri 1

(Reg.° 50, 1413–1414, c. 201 t.°).

Digitized by Google

648.

1415, 7 marcii.

Quod pro rebus mittendis Nigropontem, Coronum et Mothonum accipiantur ad cambium ducati quingenti, qui solvantur per regimen Corphoy, ut ibi.

Ser Paulus Truno, ser Nicolaus Lipamano, ser Daniel Victuri, ser Donatus
5 Foscari, sapientes ordinum.

Capta. — Cum omnino expediat mittere ad partes Nigropontis, Coroni, et Mothoni multas res valde necessarias pro munitionibus ipsorum locorum, et etiam pro reparationibus fiendis; Vadit pars, quod hic accipi possint ad cambium ducati quingenti, pro expeditione rerum predictarum, qui mittantur ad solvendum per
10 regimen nostrum Corphoi, mandando dicto Regimini stricte, et efficaciter, quatenus dictum cambium solvere debeat secundum mandatum quod sibi fiet per dominium, de denariis nostri comunis, quos habeat in manibus suis, Ulterius etiam de nabulis galee de Trapesunda scribantur et obligentur ducati V centum, qui similiter sint pro emendo res predictas, qui expendi non possint pro alia causa, sub pena duca-
15 torum Mille, pro quolibet ponente, vel consentiente partem in contrarium, Residuum vero ipsorum nabulorum scribatur et obligetur patronis nostri Arsenatus, de quibus subito accipere debeant ducati CL, et de illis emere et expedire res necessarias pro marano et reparatione moli Mothoni.

de parte	79
20 de non	3
non sinceri	0

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 3 t.°).

649.

1415, 7 martii.

Responsiones facte Ambassiatoribus Magnifici domini
25 *Antonii de Azaiolis etc, ut ibi.*

Quod ad capitula presentata nostro dominio per Ambaxiatores Magnifici Antonii de Azaiolis, respondeatur in hac forma, Et primo ad primum secundum continentur.

Ser Paulus Truno, ser Nicolaus Lipamano, ser Daniel Victuri, ser Donatus
30 Foscari, sapientes ordinum.

Capta.— Domanda fata per lo Spectabele homo Franco di Azaioli per nome del Magnifico segnor Antuonio di Azaioli, signor del ducame etc., A la Serenissima dogal segnoria de Veniexia.

Digitized by Google

Primo che occorrando caxo, chel Turcho movesse guerra al prefato Segnor Antuonio, che la prefata dogal signoria proveda de conseio, favor et adiutorio cum efecto, in forma per la qual el stado del dito signor Antuonio se possa conservar, la qual conservation po redondar, e redondera in honor e utele del stado de la prefata signoria di Venexia. Segondo che ogni volta che al prefato segnor Antonio bexognasse de le cosse de la munition de Nigroponte per defesa soa e del so paise, che per li soi denari li sia sovegnudo dal Rezimento vostro de Negroponte, e da ogni altro luogo de la signoria vostra, ove plui vegnisse dextro, de zo che li sara de bexogno.

Respondeatur, quod consulimus sue Magnitudini, quod conservet et retineat fortilicia sua, nec se confidet de promissionibus Turchorum, quibus non est tribuenda fides sicut scit. Ad partem vero favoris, rerum et munitionum requisitarum, scribemus Regimini Nigropontis, quod subveniat ipsi domino de rebus ipsi Regimini possibilibus ad expensas ipsius domini, sicut requirit, Et sic scribatur ipsi Regimini, subiungendo quod habeant advertentiam ad securitatem locorum nostrorum et ad faciendum hoc per modum, quod non revertatur ad aliquod damnum nostri dominii.

Tertio che se locoresse esserli de bexogno per alguno modo meter dentro da Nigroponte e de la ixola, cosa alguna, si viva como morta, zoe animali e zaschaduno altro aver, chel dito segnor Antuonio li possa metter e trar de Negroponte e de la Ixola liberamente, e senza alguno pagamento de dacio, comerchio, gabella e passazio.

Respondeatur, quod istud nobis placet, in casu quo molestaretur per Turchos, et in isto casu Regimen nostrum de inde faciat haberi advertentiam, et teneri computum de rebus que immittentur, ne aliud quam id quod fuerit immissum possit aliqualiter extrahi.

Quarto che la prefata Serenissima dogal segnoria proveda al torto, che fo fato al predito segnor Antonio per la galia de Napoli de Romania, secondo che per lo predito spectabel homo Francho de Azaioli a la prefata segnoria e sta narado e exposto.

Respondeatur, quod in omnibus iustis et possibilibus semper complaceremus eidem, Sed considerato, quod ipse Turchus est sapientissimus et bene instructus de locis nostris de inde, videtur nobis utilissimum pro securitate locorum nostrorum et etiam ipsius dominii, non dimittere ipsum, Sed ne stet ibi propinquus locis suis et in suis oculis ipsum Turchum conduci faciemus in Cretam.

Quinto che la prefata segnoria proveda et ordena, che alguno so subdito non aldega andar cum barcha a levar le fameie del paixe del prefato signor Antonio, E questo considerando che se per alguno de li subditi del dito signor Antonio fosse facto, et agitado, el simel non saria dito che fosse, ne faria bona visinanza.

Respondeatur, quod sumus certi, quod regimen nostrum observet, a parte sua, ea que per nos servari debent, quia sic est nostre intentionis, Tamen in complacentiam sui mandabimus Regimini prefato, quod sic debeat observare, Et propterea rogamus eumdem, quod similiter vellit a parte sua observare promissa nobis sicut debet, Et sic scribatur dicto regi, subiungendo, quod faciente ipso domino debitum

Digitized by Google

suum, et observante que observare et facere debet, ipsum regimen similiter observet ea que promissa sunt dicto Magnifico Antonio.

Sexto che per la prefata dogal segnoria, sia mandado al regimento de Nigroponte, como fo fato al tempo del Rezimento de missier Francesco Bembo, che tuti li depositi cherano stato mesi in Negroponte per li homeni de Setines siano restituidi integramente, como per altre fiade per la prefata signoria fo deliberado in lanno de MCCCVI del mexe de luio.

Respondeatur, quod mandabimus Regimini nostro quod debeat observare mandatum nostrum factum alias super hoc, et sic mandetur dicto Regimini, sed si super predictis videret aliquid quod sit cum damno nostri comunis, debeat tunc supersedere, et nobis scribere, et expectare nostrum mandatum.

Septimo che la prefata dogal Signoria, manda al Regimento de Negroponte che debia far observar queli pati antigi che son tra el ducame d Atene, per una parte, e la ixola de Negroponte per l altra, sora gabelle, comerchi e franchixie, li qual pati sono scripti in la cancellaria de Negroponte.

Respondeatur, quod credimus, quod observentur sicut servari debent, tamen scribemus regimini Nigropontis, quod nos informet, si aliquid non observatur, et causas quare non observatur, et postmodum providebimus, sicut erit conveniens et justum.

Octavo de comandar al rezimento de Negroponte che debia non ostante algun comandamento dogal, ministrar debito de raxion a Missier larcivesovo de Thebe de algune possession, le qua sono sora lixola vostra de Negroponte, le qual el dixe apettar al dito arcivescovado de Thebe, E finalmente de certa expectante canonichal, sicomo el signor dito observa, verso i subditi de la dogal signoria.

Respondeatur, quod de dictis possessionibus nullam informationem habemus, Et quia res ista posset etiam tangere alias personas, scribemus Regimini nostro, quod nos informet particulariter, de iuribus ipsius domini Archiepiscopi et aliarum personarum, Scribemus similiter ipsi Regimini, quod nos informet de causa, propter quam recusant admittere dictos canonicos ad canonicatus, et habitis informationibus et responsionibus predictis providebimus per illum modum, qui nobis debitus et honestus apparebit ita quod prefatus dominus habebit contentari.

de parte 82
de non 3
non sinceri 9

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 4 e 4 t.°).

Digitized by Google

650.

1415, 9 martii.

Quid scriptum fuit regimini Nigropontis et successoribus suis, quod permittat, et dare debeat passagium conducentibus frumentum Franchi Ambassiatoris domini Antonii de Azaiolis, ut ibi.

Ser Paulus Truno, ser Nicolaus Lipamano, ser Daniel Victuri, ser Donatus Foscari, sapientes ordinum.

Capta.— Cum spectabilis Ambaxiator Magnifici Antonii de Azaiolis post responsiones eidem factas, secundum quod captum fuit pridie in isto consilio, subiunxerit et petierit devotissime, quod placeat nostro dominio concedere ipsi Ambaxiatori, quod possit frumentum, quod de cetero habebit de locis suis terre firme, que est per oppositum Insule nostre Nigropontis, in casu quo insula nostra Nigropontis sit abundans et fertilis frumento, nec de illo frumento suo egeat conducere, et conduci facere, quo eidem placuerit, et quod navigiis conducentibus dictum frumentum in dicto casu detur transitus per strictum et pontem Nigropontis libere; Vadit pars, considerato quantum hoc est honestum, Quod concedatur dicto Franco in casu quo frumentum predictum non sit necessarium pro Insula nostra Nigropontis posse illud conduci facere, quo eidem placuerit, Et propterea mandetur Regimini nostro Nigropontis, et successoribus suis, quod in isto casu debeant navigiis conducentibus ipsum frumentum dare passagium per pontem Nigropontis.

Ulterius ad requisitionem instantem dicti Ambaxatoris complaceatur eidem, quod possit ire cum galeis nostri Culphi, usque Nigropontem, cum rebus et arnexiis suis, ac famulis tribus, libere et sine aliquo nabulo.

de parte 86
de non 2
non sinceri 2

(Reg. 51, 1415-1416, c. 8 t.°).

651.

1415, 9 marcii.

Quid provisum fuerit comiti et patrono iurato galee Nigropontis propter eorum fidelia opera.

Predicti sapientes.

Capta. — Cum pridie in isto consilio captum fuerit, quod loco Comitis et patroni iurati galee nostre Nigropontis, qui propter senectutem se amplius operari non possunt, per collegium hic provideretur de uno comito et patrono iurato, cum conditionibus solitis, Cumque propter maximam fidem, et laudabilia opera et porta-

Digitized by Google

menta facta per predictos in honorem et comodum nostri dominii, sicut est manifestum, sit pium et humanum providere ipsis nostris fidelibus, Ita quod in hac senectute sentiant fructum gratitudinis nostre et sue fidelitatis, et vivere possint; Vadit pars, quod predictis duobus provideatur in hunc modum, videlicet de capitaneria carcerum Nigropontis, cum conditionibus solitis uni eorum in vita sua, et alteri de una paga in una banderiarum de inde non faciendo custodias, et habendo iperpera C in anno, et de offitio expediendi navigia cum conditionibus solitis, debendo esse superstantes, et procurare quod purpurarie stent bene in ordine, Declarando, quod in libertate illius qui erit comitus remaneat eligendi quem ex dictis duobus voluerit, aut Capitaneum aut dicta iperpera C et offitium, Et ut comune nostrum nullam expensam habeat pro hoc ultra solitum, mandetur Baiulo et Capitaneo Nigropontis, quod debeat cassare unam pagam de inde minus sufficientem, ita quod non habeatur per hoc expensa ultra quod sit consuetum.

de parte 85
de non 0
non sinceri 0

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 8 t.°).

652.

1414, 19 martii.

Quod cancellarii et notarii cancellarie Mothoni et Coroni non possint facere de mercationibus et captum fuit de non.

Ser Paulus Truno, ser Daniel Victuri, ser Donatus Foscari, sapientes ordinum.

Cum secundum informationem datam nostro dominio sentiatur, quod quasi omnes notarii cancellariarum Coroni et Mothoni exerceant mercantiam, quod est male factum ob respectus satis notos, et etiam cum damno maximo civium et mercatorum nostrorum, sitque omnino necessarium providere; Vadit pars, quod aliquis cancellariorum et notariorum cancelarie Coroni et Mothoni non possit de cetero ullo modo vel ingenio per se vel alium palam vel oculte, facere seu exercere mercantiam, nec habere partem aut societatem cum aliqua persona, que faciat de mercationibus, non intelligendo de vino et grassa, sub pena de quinquaginta pro cento, eius quod repertum fuerit quomodolibet contrafactum, et essendi privati de officio suo, cuius pene tercium sit accusatoris, si fuerit qui teneatur de credentia, tercium castellanorum nostrorum ipsorum locorum, videlicet illius qui fecerit ordinationem, et aliud tercium nostri comunis, Et si accusator non fuerit, dicta pena dividatur per medium, videlicet medietas nostri comunis, et alia medietas sit castellanorum prefatorum, videlicet illius qui condenaverit ut est dictum.

de parte 51
de non 58
non sinceri 6

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 9 t.°).

Digitized by Google

653.

1415, 19 martii.

Quod mandetur nobili viro ser Marco Grimani supracomito galee Nigropontis, quod recedat de Venetiis cum galeis Culphi, ut ibi.

Sapientes ordinum.

Capta. — Quod respectu casu qui occurrere possent; Vadit pars, quod mandetur viro Nobili ser Marco Grimani supracomito galee nostre Nigropontis, quod sub pena ducatorum V centum auri debeat recedere de Venetiis cum galeis nostris Culphi, et ire Nigropontem ubi est necessarium, quod ipse se reperiat et sit propter conditiones presentis temporis omnibus satis notas.

de parte 108
de non 0
non sinceri 2

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 10).

654.

1415, 23 martii.

Libertas data nobili viro ser Marco Grimani supracomito galee Nigropontis, quod reperiat usque ballistarios decem, ut ibi.

Ser Nicolaus Maripetro Consiliarius.

Capta.— Cum ad securitatem Insule Nigropontis galea nostra que ibidem armatur, sit multum utilis, et necessaria, pro custodia nostrorum subditorum, ab insultibus Turchorum, Sed secundum informationem, quam habemus a nobili viro ser Marco Grimani, illa galea in casibus occurentibus possit male armari, eo quod homines defecerunt, Et quod haberet modum conducendi, seu mittendi aliquos ballistarios bonos homines, ad partes de inde, cum modica expensa, qui essent utiles pro terra Nigropontis et pro armamento galee; Vadit pars, habito respectu, quantum habere debemus, Insulam illam caram, Quod detur libertas dicto ser Marco, quod debeat reperire usque balistarios decem bonos et sufficientes, et conducere sive mittere ipsos ad partes Nigropontis, qui ballistarii poni debeant loco X stipendiariorum de inde qui cassari debeant, videlicet duo pro banderia de minus sufficientibus, sicut videbitur baiulo et Capitaneo Nigropontis, dicti autem balistarii mittendi habere debeant tantum de soldo, quantum habent alii ballistarii Nigropontis, et sint cum illis conditionibus quibus sunt ballistarii de inde, Salvo quod dum steterint in terram Nigropontis, et non erit necesse armare et mittere galeam extra, faciant custodias, et ea que sunt solita fieri de die, sed de nocte sint absoluti a faciendo guardias, possendo ponere loco suo alias personas, que placeant Baiulo et Capitaneo, ad faciendum

Digitized by Google

guardias. Cum autem erit necesse armare galeam, et exire in aliquo casu teneantur ire in galea pro balistariis, per modum et conditionem, quibus vadunt alii balistarii super galea predicta, sed sit in libertate ipsorum balistariorum habendi et recipiendi tempore quo stabunt in galea, aut soldum banderiarum solitum, aut soldum balista-
5 riorum, quem habent stando in galea.

de parte 95
de non 6
non sinceri 4

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 11).

655.

10 1415, 23 martii.

Committatur patrono navis iture Nigropontem, quod debeat conducere res nostri comunis Nigropontem, et solvatur nabulum per nostrum comune.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum sit necesse cum ista navi que itura est Nigropontem, mittere
15 ad illas partes certas res necessarias pro munitione ipsius loci nostri, et ipsa navis sit ita caricata, de lignaminibus que conducuntur Mothonum, quod res illas levare non potest; Vadit pars, considerato quod omni die habebitur passagium pro Mothono, quod mandetur patrono ipsius navis, quod debeat exonerare ex ipsa navi rulos decemocto, et claves XVI in XX, ut levare possit et debeat res ipsas nostri
20 comunis, et illas conducere Nigropontem, habendo de nabulo id quod sit iustum. Expensa vero que fiet in exonerando dictas res de dicta navi, et in onerando postea super una alia navi, solvatur per dominium nostrum, sicut debitum est.

de parte 95
de non 0
25 non sinceri 0

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 10 t.°).

656.

1415, 26 marcii.

Commissum Castellanis Coroni, et Mothoni, et Neapolis Romanie, quod informent Rectores Crete de qualibet quantitate lignaminum cupressi, qui fuerit
30 *conducta etc., ut ibi.*

Ser Paulus Truno, ser Nicolaus Lipamano, ser Donatus Foscari, sapientes ordinum.

Capta.— Cum loca nostra Coroni, et Mothoni, ac Neapolis Romanie, sustineant maximum sinistrum defectu lignaminum cum quibus construi possent navigia et

Digitized by Google

domus, et specialiter nunc propter devetum factum de lignaminibus cupressi, que extrahi non possunt de Insula Crete, Super quo est omnino necessarium providere; Vadit pars, Quod scribatur et mandetur Duche et Consiliariis Crete, et aliis nostris Rectoribus Insule, quod debeant ipsos nostros fideles Corono, et Mothono et Neapoli promittere extrahi de dictis lignaminibus de Insula nostra, pro conducendo ad loca nostra predicta, et non alio ullo modo, libere sicut faciebant ante devetum predictum, accipiendo tamen ab ipsis conducentibus plezariam sufficientem, quod non portabant dicta lignamina alio quam ad loca predicta, et quod reportabunt eis literas a Rectoribus locorum ubi dictum lignamen fuerit conductum, Et propterea committatur ipsis nostris Rectoribus Coroni, et Mothoni, ac Neapolis Romanie, quod debeant de tempore in tempus, ipsos nostros Rectores Insule, unde dictum lignamen fuerit extractum, particulariter informare, de qualibet quantitate, que per quemlibet fuerit conducta, ne fraus super inde committi valeat, habendo etiam advertentiam, quod dicta lignamina taliter conducta, consumentur in locis nostris predictis, et alio non portentur ullo modo vel forma.

de parte 100
de non 2
non sinceri. 3

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 12 t.°).

657.

1415, 26 martii.

Concessum nobili viro ser Marco Dandulo castellano Coroni, et Mothoni, quod possit dispensare biscotum fragidum in munitione Coroni, ut ibi, et insuper possit dare de territoriis, vigris, et incultis personis forinsecis, ut ibi.

Sapientes ordinum.

Capta. — Scripsit nobis vir nobilis ser Marcus Dandulo Castellanus Coroni et Mothoni, quod in munitione Coroni est certa quantitas biscoti fragidi, et nullius utilitatis; Vadit pars, cum iam multis annis constet nostro dominio de dicto tali biscoto, qui nunquam hucusque potuit operari in aliquo cum utilitate nostri comunis, Quod concedatur ipsi ser Marco posse distribuere et dispensare dictum biscotum, sicut eidem utilius apparebit pro nostro comuni. Insuper cum de inde sint multi stipendiarii senes, qui amplius se operari non possunt, concedatur dicto ser Marco posse cassare illos, et loco eorum alios accipere, non augendo tamen expensam aliquam nostro comuni. Ulterius cum de inde, sint quatuor appoteche, que egent reparatione, Concedatur eidem posse illas reparari facere, cum illa minori expensa poterit, possendo postea illas affictare, pro illo tempore, et cum illis modis, qui eidem utiliores videbuntur pro nostro comuni. Verum cum antiquitus frumentum, quod datur stipendiariis nostris, daretur ad mensuram venetam, et postea dicta

Digitized by Google

mensura aucta fuerit, mandetur ipsi ser Marco, et altero Castellano Mothoni, et successoribus suis, quod de cetero debeant ipsum frumentum dare cum mensura veneta, faciendo circa hoc illas utiles provisiones que sibi videbuntur, pro bono et comodo nostri comunis.

Cum pro manifesta utilitate nostri comunis, et ut territoria nostri districtus Coroni, que sunt vigra et inculta cultiventur et collantur, Et considerato quantum faciat pro nostro dominio, reducere personas sub nostra potentia et specialiter in illis partibus, pro utilitate et comodo nostri comunis; Vadit pars, Quod concedatur ipsi ser Marco, quod possit toto tempore, quo stabit Coroni, dare de dictis territoriis vigris et incultis personis forinsecis, que de novo illuc accederent ad habitandum, sicut eidem utilius videbitur, Possendo etiam eos absolvere per annos quinque, ab omni angaria, ut plures, respectu tanti beneficii illuc veniant ad habitandum.

de parte 67
de non 14
non sinceri 9

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 15).

658.

1415, 26 martii.

Mandatum fuit Regimini Corphoy, quod debeat mutuare Capitaneo Culphi ducatos sexcentos in tornexiis, ut ibi.

Sapientes ordinum.

Capta. — Quod scribatur et mandetur Regimini nostro Corphoy, Quod debeat ultra illos ducatos V centum accceptos hic ad cambium, quos omnino solvere debeat secundum mandatum sibi factum, dare et mutuare capitaneo nostro Culphi, ducatos sexcentos, in tornexiis, de pecunia quam habet de quacumque ratione et etiam de datio vini, quod de inde venditur ad spinam, ut ipse capitaneus habeat in manibus continue pecuniam pro expensis, et necessitatibus occurrentibus.

de parte 101
de non 0
non sinceri. 1

(Reg.° 51. 1415–1416, c. 16 t.°).

Digitized by Google

659.

1415, 30 aprilis.

Certa provisio facta per nobilem virum, ser Johannem Navaierio super someriis, et famulis Castellani et Consiliariorum Coroni et Mothoni, qui non habeant amplius ducatus XXX solitos dari Castellanis, nec XX solitos dari Consiliariis, etc. ut ibi. 5

Ser Johannes Navagierio, olim Castellanus Coroni et Mothoni.

Capta. — Cum non solum utile sit augere introitus ad loca nostra Mothoni et Coroni, que sunt tantum expensis gravata, sed etiam bonum sit scansare et removere expensas superfluas et non necessarias, Et sicut notum est, solitum est dari, et dentur Castellanis nostris Coroni et Mothoni ducatos triginta in anno, et Consiliariis 10 Coroni, et illis Mothoni ducatos XX, pro faciendo conduci ligna ab igne de Venetiis, Et hac de causa etiam castellani teneant duos somerios, et consiliarii unum somerium, et unum bordonerium pro quolibet, que omnia sunt de maxima expensa nostro comuni, et magna murmuratio villanorum de extra, et civium habitantium duas possessiones, et conquerentium de famulis castellanorum, et consiliariorum, con- 15 tra veritatem multotiens, nam licet committantur damna, sequitur hoc inconveniens, suprascripta causa, quod inculpantur famuli castellanorum et consiliariorum, sicut sepe occursum est, Et propterea pro evitando istos suspectus, erores et scandala; Vadit pars, et ex nunc captum sit, Quod de cetero sint remoti, et removeantur dicti somerii et famuli, ita quod castellani, nec Consiliarii amplius habeant dictos somerios, 20 nec famulos pro someriis. Ulterius captum sit, quod castellani et Consiliarii, qui de cetero erunt ad dicta Regimina Coroni et Mothoni, non habeant, nec habere debeant dictos ducatos XXX solitos dari castellanis, nec XX solitos dari consiliariis, Et sint de cetero absoluti portando, sive conduci faciendo ligna ad sua Regimina sicut erant de Venetiis, Sed debeant Castellani et consiliarii, qui erunt per tempora, ha- 25 bere ligna per modum, quo solebant habere in Corono et Mothono, videlicet, quod habeant duas barchatas Castellani et Consiliarii habeant unam barcatam, et tantum plus inter ipsos quantum sibi erit necesse, intelligendo, quod nullo modo vel ingenio, possint ea ligna vendere, nec donare alicui persone, et si per eos donaretur, vel venderetur, cadat de iperperis X pro qualibet summa, de qua medietas sit accusatoris, et alia medietas sit illorum officialium, videlicet advocatorum officialium 30 rationum aut sindicorum, quibus primo facta fuerit accusa, si autem superessent sibi ligna in aliqua parte ad complementum regiminum, dimittere debeant successoribus suis.

de parte 52
de non 20 35
non sinceri 15

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 18 t.°).

Digitized by Google

660.

1415, 24 aprilis.

Quod pecunia expendita per regimen Nigropontis pro honorando Serenissimo domino Imperatore Constantinopolis accepletur, ut ibi.

Consiliarii.

5 Capta. — Cum Baiulus et Consiliarii nostri Nigropontis nobis scripserint, quod propter applicationem Serenissimi domini Imperatoris Constantinopolis illuc expenderint pro honorando eius Serenissimam personam iperpera centum viginti-quinque de Nigroponte; Vadit pars, quod auctoritate hujus consilii expensa dicte summe pecunie, videlicet iperpera CXXV de denariis nostri comunis, acceptetur 10 et ponatur ad computum nostri comunis, in dessignatione rationum suarum cum eam expenderint pro honore nostri comunis, Et sic scribatur Regimini Nigropontis, et committatur officialibus rationum, ut debeant acceptare expensa, et aptare rationes predictas.

de parte	80
15 de non	2
non sinceri	0

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 18 t.°).

661.

1415, 6 maii.

Certo provisia facta per ser Iohannem Navaierium olim castellanum Coroni, et 20 *Mothoni super admirato Mothoni cassando, propter senectutem, cui provideatur, ut ibi.*

Ser Johannes Navaierio olim Castellanus Coroni et Mothoni.

Capta.— Cum zosia, che una de le principal cosse apresso le altre, che necessaria in Mondo *(sic)*, sia de haver uno Admiraio che possa adovrarse la persona in quelle 25 cosse, che sia de bexogno a presso di Castellani, si per far chavar el porto e per far tegnir el covalo in ordene, como per le altre cosse necessarie, che tuto di ascaze in quel luogo, E al presente el sia uno armiraio, el qual e vecchissimo e desposente, e non se po plui adovrar loffitio, per la qual cossa, quel luogo de Modon porta gran defecto, E pero Andera parte, chel dito Armiraio sia chasso et in so luogo 30 ne sia fato uno altro de qua, per lo muodo uxado, E azo chel dito Armiraio, el qual e stado persona da ben, non sia abbandonado, mo in la vechieza, habbia si chel possa viver, Da mo sia preso, chel sia in luogo de uno de i soldadi della terra in vita soa e abbia iperperi Cento a lano, El formento, per lo muodo che ha i altri soldadi de la terra, E chel sia assolto da le guarde per i respeti soprascritti, e per bon

Digitized by Google

exemplo de queli che se ha ben adovradi a i honori de la nostra Signoria. Verum in casu quo Petrus Bontraversi nepos suus, seu Victor Belli civis noster, habitator de inde, voluerint exercere dictum officium armirarie, usque quo ipse admiratus vivet unus eorum debeat dictum officium exercere et facere, quando vero aliquis eorum nolet ipsum officium exercere, teneatur presentare unum alium bonum et sufficientem, qui placeat ambobus nostris Castellanis Coroni, et Mothoni, et non presentando personam acceptam ipsis nostris Castellanis, presens pars habeat effectum, videlicet Quod provideatur de uno Armirato, sicut superius dictum est.

de parte 75
de non 5
non sinceri 1

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 21).

662.

1415, 6 maii.

Alia provisio, quod pars alias capta tempore recolende memorie domini Antonii Venerio super solutionibus rusticorum Coroni, et Mothoni, remaneat firma, etc, ut ibi.

Ser Iohannes Navaierio.

Capta. — Cumzosia che questa instade passada el comparesse davanti da la Signoria alcuni papa del destreto de Coron vilani de la Signoria nostra, domandando molte cose, tra le qual i domanda che conzo sia che queli vilani vegna astreti pagar i suoi veternedegi e curatorie per tuto Mazo, soto pena de soldi II per iperpero, e che questo i non po pagar cum so dextro, et per questa caxon i sia concesso, che cossi como i vien astreti a pagar per tuto Mazo, cosi da mo avanti sia per tuto Octubrio, e se i non pagera, i sia tolta la pena, e chosi fo preso e scrito a li luogi de Coron e de Modon fosse observado, e cosi se observa, la qual cossa e in gran dano e detrimento del scuoder de la segnoria in queli luogi, e dispersion di vilani como altre fiade fu cognosudo in questo conseio Cumzosia, che in li diti luogi se scodeva, como ha domandado i diti vilani, E i churatori e veterani scodeva i dinari, e stava uno anno a pagar, e spendeva i dinari, e al termene i se fuziva, e perdevase i denari e i vilani, E per questa caxon el fo provisto, per questo conseio, che tuti i vilani, i quali deveva dar pecunia al nostro comun per suo acrostichi, over per altra fation, sia tegnudi aver pagado ogni anno ai suo vetrani over curatori, quel che ie tegnudi in questo modo zoe, che per tuto el mexe de octubrio, i sia tegnudi de aver pagado la mitade dei suoi debiti, e laltra mitade per tuto el mexe de Mazo soto pena de soldi II per iperpero, el qual i non havesse pagado, e se i prediti curatori over vetrani, havesse scosso dai diti vilani, e non pagasse como e dito, caza a la dita pena, E niente mancho ogni di de marti e de zuoba i debia portar la pecunia in cancellaria, como queli e tegnudi, E azo chel se scuoda ben le intrade del nostro comun, la pena predicta se parta in questo muodo zoe, che soldo uno sia

Digitized by Google

de i conseieri, e laltra al cancelier, e de i nodari e dei comandadori, etc., como in quela parte plenamente se contien, la qual parte fo manda a Coron e Modon, in tempo de la bona memoria de Miser Antuonio Venier, e chosi fo, e stada observada fina mo, la qual parte e stada utilissima e frutuosa al ricever de la pecunia del nostro comun, la qual cosa considerada, e che i diti papa a dado non bona information a la Signoria, e se quelo che ia domandado i fose fato, seria cum grande danno de lintrade del nostro comun, e despersion de i vilani, como in la parte altra fiada presa se contien, Landera parte che quelo che mo da nuovo e stado preso e scrito a queli nostri luogi de Coron, et de Modon, sia revocado, Romagnando ferma la parte altra fiada presa in tempo de la bona memoria de Miser Antuonio Venier, in tuto e per tuto como la zase, e chel sia scrito a queli castellani che cossi debia observar et far observar.

de parte 51
de non 16
non sinceri. 12

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 21).

663.

1415, 11 junii.

Concessum domino duche Egeopelagi posse extrahi facere de Insula nostra Crete, quolibet anno tabulas V centum, trabes CC, et trabaculos CC etc, ut ibi.

Consiliarii et sapientes ordinum.

Capta. — Cum magnificus dominus Ducha Egeopelagi, devotus filius et amicus nostri dominii, per fratrem suum, nostro dominio fecerit devotissime supplicari, quatenus dignemur eidem concedere, quod pro comodo terrarum, et locorum suorum, possit anno quolibet extrahi facere de Insula nostra Crete, de lignaminibus cupressi, de quibus dicta loca sua maximam necessitatem patiuntur, pro reparationibus et fabricis fiendis, sicut per antea erat consuetum facere extrahi causis predictis, Et considerata fide, et devotione ipsius domini duche, sit honor nostri dominii eidem de hoc alacriter complacere; Vadit pars, Quod concedatur ipsi domino duche posse anno quolibet extrahi facere de dicta nostra Insula, pro portando ad loca sua tantum, tabulas V centum, trabes ducentos, et trabaculos ducentos eo modo et forma, quibus concessum est nostris fidelibus Mothoni, et Coroni, et Neapolis, Et propterea mandetur Regimini nostro Canee, et successoribus suis, ac aliis Rectoribus Insule, quibus fuerit necesse, quod dictam nostram concessionem debeant, sicut continent observare.

de parte 108
de non 3
non sinceri. 0

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 34).

Digitized by Google

664.

1414, 11 junii.

Quod pro custodia locorum nostrorum Coroni, et Mothoni solidentur banderie tres peditum XX pro qualibet sub tribus bonis capitibus, item alii pedites sine conestabili, ut ibi.

Sapientes ordinum. 5

Capta. — Cum propter adventum domini Imperatoris Constantinopolis ad partes Amoree, secundum quod a Castellanis nostris Coroni et Mothoni fuimus informati, sit necessarium providere ad custodiam ipsorum locorum nostrorum, respectu quod in ipsis locis quasi omnes stipendiarii nostri sunt Greci, quod est tantum periculosum factis nostris, quantum plus esse potest; Vadit pars, Quod quanto prestius fieri 10 poterit, solidari debeant banderie tres peditum, de peditibus viginti pro qualibet banderia, sub tribus bonis, et fidis capitibus, Item alii pedites viginti, sine commestabili, inter quos omnes non sit ullus grecus, qui accipiantur, cum illo soldo, et pro illo tempore, et cum illis conditionibus, que videbuntur collegio, Qui quidem viginti pedites mitti debeant Coronum, mandando castellano nostro Coroni, quod illos debeat 15 ponere in banderiis de inde, cassando tot de illis grecis, et inutilibus de inde existentibus, quot erunt illi qui mittuntur ut est dictum. Alie vero tres banderie peditum mittantur Mothonum, pro custodia ipsius loci nostri, et mandetur castellanis nostris Coroni et Mothoni, Quod illas banderias octo que presentialiter sunt in Mothono, applicatis dictis tribus banderiis illuc, debeant reducere in banderias quinque, cassando 20 inutiles et Grecos, Et ut predicta presto exequi possint cum effectu ordinetur, Quod de tribus pro Cento, que exiguntur per nostros extraordinarios, de lanis que conducentur Venetiis, et que conducte sunt, cum ista navi Catelanorum, obligentur, et scribantur ducati Mille auri, qui pro aliqua alia re expendi non possint ullo modo, sub pena ducatorum Mille pro quolibet ponente vel consentiente partem in contrarium. 25 Verum ordinetur, quod ante finem firme dictorum peditum Castellani nostri Coroni et Mothoni scire debeant ab eis si volent remanere de inde, cum soldo, et conditionibus, quibus stant alii qui illuc ad presens sunt, qui si volent remanere bene quidem, quando vero non, informent nostrum dominium ad tale tempus, quod possint, sicut opus fuerit, provideri pro securitate locorum prefatorum. 30

de parte 91
de non 1
non sinceri 2

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 33).

Digitized by Google

665.

1415, 27 junii.

Magister Christophorus de Modoetia acceptetur in medicum Mothoni cum salario, ut ibi.

Sapientes ordinum.

5 Capta. — Cum quidam medicus salariatus in Mothono, propter parvum salarium, et utilitatem, quam habebat refutaverit dictam provisionem, Et dictus locus sit absque medico, quod est cum magno incomodo Rectorum, civium et mercatorum nostrorum, qui continue capitant, et reperiuntur in ipso loco, respectu casuum qui possent occurrere, Et presentialiter reperiatur quidam magister Christoforus de Mo-
10 doetia, homo sufficientissimus et valde praticus, qui esset contentus ire ad standum illic, Sitque necessarium propterea providere; Vadit pars, Quod dictus magister Christophorus acceptetur, cum salario iperperorum 570 in anno et ratione anni, habendo frumentum, et alias regalias et utilitates, quas habere sunt soliti medici qui steterunt ad nostram provisionem in dicto loco.

15 de parte. . . . . omnes alii
de non 12
non sinceri . . . 0

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 39 t.°).

666.

1415, 9 julii.

20 *Iohannes de Ventura reducatur ad officium Camere Coroni.*

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum alias ob informationem datam nostro dominio, captum fuerit in isto consilio, Quod nonnulli officiales locorum nostrorum Coroni et Mothoni, qui fiebant ad vitam, sive ad beneplacitum nostri dominii deberent de anno in annum cam-
25 biri, et permutari, in quorum numero fuit quidam Iohannes de Ventura, qui tantum non habebat officium, quod dictum fuerat ipsum habere, Sed erat deputatus ad offitium rationum camere nostre Coroni, sicut clarius apparet per literas missas nostro dominio per ser Marcum Dandulo Castellanum Coroni, per quas petit declarari utrum ipse Iohannes debeat amoveri vel non, causa predicta, Et secundum informationem
30 noviter datam nostro dominio, si dictus officialis rationum Camere Coroni deberet de anno in annum permutari, istud verteretur ad notabile damnum nostri comunis, propter credita ipsius Camere, que non exigerentur, sentiatur etiam quod ipse Johannes dictum officium, fideliter, et laudabiliter exercebat, propter quod de eo talis in-

Digitized by Google

formatio data fuit, ut cessaretur; Vadit pars, ne comune nostrum recipiat per hoc tale damnum, Quod dictus Iohannes de Ventura reducatur in dictum officium, quod habebat, cum conditionibus quibus erat, sicut in gratia sibi facta continetur, si in illo intrare voluerit. Quando vero intrare nollet, tunc Castellanus noster Coroni eligat unum alium sufficientem et aptum in dicto officio, cum conditionibus solitis, qui non mittetur de anno in annum, sed sit in dicto offitio per modum et conditiones solitas.

de parte 96
de non 3
non sinceri 3

(Reg.° 51, 1415-1416, c 44 t.°).

667.

1415, 23 julii.

Quod scribatur Regimini Corphoy, et successoribus suis, quod observent gratiam factam Constantio de Franciscis, quod sit castellanus castri de Viluchi, ut ibi.

Consiliarii.

Capta. — Cum in MCCCCVIIII, indictione III die XII mensis Januarii, in nostris consiliis minori de XL et maiori, Captum fuerit et concessum de gratia Constantio de Francischis civi nostro, Quod esset castellanus in castro nostro de Viluchi, et sic scriptum fuerit viro nobili ser Micheli Maripetro, Baiulo et Capitaneo Corphoi, et successoribus suis, quod predictam gratiam observarent, Et subsequenter vir nobilis ser Dominicus Contareno olim Baiulus et Capitaneus Corphoi uti advocator nostri comunis intromiserit predictam gratiam factam dicto Constantio, ipsamque duxerit et placitaverit inter nos, et consiliarios nostros, tamquam ad illud consilium qui magis sibi libuit, secundum consuetudinem officii advocarie. Que quidem intromissio fuit per dominum et consiliarios predictos mersa, Et pro inde in MCCCCX inditione IV die XVI septembris scriptum fuerit ser Michaeli Maripetro olim Baiulo et Capitaneo Corphoy et successoribus suis, quod predictam primam gratiam deberent observare, Sed quia predicte litere non fuerunt scripte cum consiliis nostris, fiat dubium per Rectores Corphoi utrum debeant dictam literam observare. Propterea ad removendum omne dubium; Vadit pars, Quod auctoritate huius consilii, scribatur Baiulo et Capitaneo Corphoi consiliariis, et successoribus suis, licet hoc non foret expediens, quod predictam primam gratiam debeant observare, nam predicta intromissio fuit ducta ad aliud consilium, quod elegit dictus quondam ser Dominicus Contareno advocator, et per idem consilium mersa extitit, et penitus revocatus, ex quo dicta prima gratia facta cum consiliis ordinatis firma remaneat et illesa.

de parte. . . . . omnes

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 48 t.°)

Digitized by Google

668.

1415, 23 julii.

Scribatur Castellanis Coroni et Mothoni, quod dum requirantur per dominum Imperatorem de aliquo subsidio contra Turchos volentes destruere locum Eximilii, habeant libertatem subveniendi, ut ibi.

Ser Marcus Contareno, ser Nicolaus Memo, ser Victor Delphino, sapientes ordinum.

Capta. — Cum dominus Imperator Constantinopolis per suas litteras requisiverit amicabiliter nostrum dominium, ut nobis placeat pro casibus necessitatis, qui possent occurrere, dare Rectoribus Coroni et Mothoni, ac Neapolis Romanie amplam libertatem ad possendum providere ad occurrentia secundum quod requiretur, Et nos responderimus ipsi domino Imperatori, Quod mandaremus ipsis nostris Rectoribus, quod in casibus necessariis et occurrentibus provideatur et attendant ad ea que sint utilia et necessaria ad bonum et conservationem partium et locorum de inde, Sitque necessarium informare ipsos Rectores nostros, de voluntate et intentione nostri dominii; Vadit pars, Quod scribatur ipsis nostris Rectoribus informando eos de predictis, et mandando, Quod in casu quo requirentur in futurum per ipsum dominum Imperatorem, seu alium de aliquo subsidio contra Turchos, qui vellent destruere opus Eximilii, per ipsum constructum noviter, ipsi nostri Rectores possendo cum securitate, et sine periculo locorum nostrorum eis commissorum, dare eidem pro hoc facto aliquod subsidium de gentibus nostris, habeant libertatem secundum tempora, et necessitates, possendi dare ei subsidium, prout eis utilius et melius apparebit, habendo prius, ut est dictum, bonum respectum et consideratione ad comodum et securitatem locorum nostrorum eis commissorum.

de parte 43

Sapientes consilii et ser Andreas Juliano, sapiens ordinum.

Volunt, Quod scribatur ipsis nostris Rectoribus informando eos de predictis, et mandando, quod in casu quo requirerentur in futurum per ipsum dominum Imperatorem, seu alium de aliquo subsidio contra Turchos vel alios, debeant Castellani nostri respondere, quod ipsi non habent in ipsis locis nostris, nisi stipendiarios necessarios et deputatos ad custodiam ipsorum locorum, Et potestas et capitaneus Neapolis Romanie, Respondeat, Quod ipsam subventionem dare non posset, quia in casu quo foret necesse armare galeam nostram de inde, sicut multociens occurrit pro novis Turchorum, et aliter dicta galea armare non posset, quod posset esse cum incomodo et periculo ipsius loci, vel faciant ipsi nostri Castellani, et potestas, illas alias excusationes, que eidem videbuntur, secundum tempora, et nova occurrentia non dando sibi aliquam subventionem, sed cum bonis, quam melius poterunt se excusare, ita quod ipse dominus Imperator remaneat contentus.

de parte . . . . . 23 de non . . . . . 3 non sinceri 3

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 49)

Digitized by Google

669.

1415, 19 augusti.

Quod mandetur potestati et Capitaneo Neapolis Romanie, quod galeam ibi existentem aptari et reparari facere debeat.

Ser Marinus Contareno, ser Nicolaus Memo, ser Victor Delphino, ser Andreas Juliano, sapientes ordinum. 5

Capta. — Quia sicut habetur galea nostra Neapolis Romanie, est multum antiqua, et in termino, quod in occurrentibus necessitatibus, cum securitate utiliter operari non posset, super quo respectu, quantum bene stat ibi una bona galea, pro casibus occurrentibus est necessarium providere; Vadit pars, quod scribatur et mandetur potestati et Capitaneo nostro Neapolis Romanie, Quod debeat ipsam 10 galeam facere aptari et reparari, ita quod possit comode cum ipsa exequi presentem nostram intentionem. Capitaneo vero nostro Culphi mandetur, quod quando debebit reverti Venetias ad disarmandum, debeat mittere Neapolim, virum nobilem ser Nicolaum de Priolis, mandando eidem quod debeat cambiare galeam suam cum dicta galea Neapolis, faciendo ascendere zurmam galee Priole super dicta galea 15 Neapolis, et cum illa reverti Venetias ad disarmandum.

de parte . . . . . 68 de non . . . . . 0 non sinceri 1

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 55 t.°.)

670.

1415, 24 augusti.

Quod providus vir Telasinus Amigo constituatur in patronum juratum galee Neapolis Romanie. 20

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum sit necessarium providere de uno patrono iurato galee Neapolis multis respectibus, et vir nobilis Thomas Minoto, potestas et Capitaneus noster ipsius loci, scripserit et requisiverit efficaciter prudentem virum Telasino Amigo de 25 Neapolis, iam annis XXV habitator Venetiarum, qui est optimus marinarius, et valde instructus in talibus, similiter etiam ser Morbasanus Polani consiliarius, olim Rector ipsius loci ipsum Telasino quamplurimum de sufficientia recommendat; Vadit pars, Quod dictus Telasino constituatur in patronum iuratum galee nostre Neapolis, usque ad beneplacitum nostri dominii, cum salario librarum XV in mense, sicut sibi 30 provisum fuit per ipsum ser Thomam Minoto Rectorem ipsius loci.

de parte . . . . . 69 de non . . . . . 18 non sinceri 3

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 61).

Digitized by Google

671.

1415, 30 augusti.

Quid scriptum fuit Regimini Nigropontis, in casu quo per illos de Rodo, Chio, et Methelino requireretur de unione fienda, ut per mare resisti possit armate Turchorum.

5 Ser Nicolaus Memo, ser Victor Delphino, ser Andreas Juliano, sapientes ordinum.

Cum sicut habuimus, per literas Regiminis nostri Nigropontis, ipsum Regimen pro quiete et securitate partium de inde temptari fecerit per virum nobilem, ser Zanachium Pasqua nostrum supracomitum culphi, illos dominos circumstantes, 10 videlicet Rodi, Chii, et Methelini, de faciendo unionem et ligam, ad securitatem et conservationem statuum, et ad damna et destructionem Turchorum, qui a magno tempore citra, et nunc ultimate multo ferventius solito, molestant et damnificant ipsa loca, et secundum requisitionem habitam a dominis prefatis videtur quod ipsi non fuerint pro tunc dispositi ad intentionem prefatam, Similiter per unam aliam 15 manum Regimen nostrum Crete per ser Vitalem Paradiso supracomitum culphi destinatum de nostro mandato ad partes Nigropontis, fecerit dictammet intentionem et materiam queri et investigari, qui ser Vitalis sicut per suas literas habuimus, prefatos dominos pro nunc invenit non esse dispositos ad dictam unionem, Cumque Regimen nostrum Nigropontis conclusive requirat de intentione nostri dominii circa premissa, 20 in casu quo de cetero per prefatos dominos de tali liga et unione requireretur, Sitque propterea necessarium ipsum nostrum Regimen Nigropontis, et similiter Regimen Crete de nostra intentione reddere previsos, ut occurrente casu, sciant quid agere habeant; Vadit pars, Quod scribatur Regiminibus nostris prefatis, quod in casu quo per prefatos de Rodo, Chio, et Methelino requirerentur de unione fienda, ut per 25 mare resisti possit armate Turchorum, Essemus contenti et placeret nobis illis temporibus, quibus esset necesse habere et tenere duas galeas armatas, tenentibus ipsis de Rodo unam, de Chio unam, et illis de Methelino unam, aliam cum quibus attendi et vigilari deberet ad securitatem et defensionem locorum suorum et nostrorum et ad damnum et destructionem Teucrorum predictorum. Verum si occurreret casus 30 propter quos, tam dicta galea Nigropontis quam Egeopelagi forent necessarie, in dictis casibus dicte galee insimul cum aliis esse debeant ad securitatem partium contra Teucros predictos, per illud tempus quod habiliter stare posset extra, Sed si per ea que occurrerent maior potentia esset necessaria ad obstandum potentie maritime dictorum Teucrorum, essemus contenti alias duas galeas ponere penes alias, 35 ponentibus similiter illis de Rodo, de Chio, et de Methelino unam aliam pro quolibet predictorum, et istud duret per annos duos, Et de predictis informetur ser Petrus Geno pro omni bono respectu.

de parte 17

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 62).

Digitized by Google

672.

1415, 31 augusti.

Responsio facta nobili viro ser Petro Geno domino Andre, super facto unionis fiende cum illis de Rodo, Methelino et Chio.

Ser Leonardus Mocenigo, ser Albanus Baduario, ser Nicolaus Victuri, ser Antonius Contareno procurator, sapientes consilii. 5

Capta. — Cum sicut manifeste apparet potentiam Turcorum, tam a parte terre, quam a parte maris, multum ampliatur et crescit, et nisi remedium apponatur, posset multum nocere locis nostris Levantis, et securius sit, si possibile est, ad resistendum potentie Turchorum per mare, esse associatos, quam solos, tam pro minori gravitate nostra, quam pro maiori securitate dictarum partium, Et nobilis 10 vir ser Petrus Geno dominus Andre, significaverit nostro dominio, Quod illi de Rodo, Chio et Methelino, essent contenti venire ad certam unionem nobiscum de tenendo certum numerum galearum insimul ad obstandum Turchis predictis, Et sicut superius continetur, omnino necessarium est super hoc facere provisionem; Vadit pars, Quod respondeatur et dicatur dicto ser Petro Geno, Quod audivimus 15 ea omnia que nobis dixit, super facto unionis fiende, cum illis de Rodo, Methelino, et Chio, pro possendo per mare resistere armate Turchorum, et sumus contenti, et placet nobis, Quod tam cum illis de Rodo, quam Chio et Methelino intret ad praticam dicte unionis cum ista condicione, Quod illis temporibus, quibus erit necessarium, Sumus contenti habere et tenere duas galeas armatas, et illi de Rodo unam, 20 et illi de Chio unam, et illi de Methelino unam aliam, cum quibus attendi et vigilari debeat ad securitatem et deffensionem locorum suorum et nostrorum, et ad damnum et destructionem Teucrorum predictorum extra strictum. Verum sumus contenti tenere galeam nostram Nigropontis etiam in hac unione, Sed quia non posset stare, toto tempore anni extra, sumus contenti illam ponere pro illis mensibus, quibus 25 stare poterit extra, et galea Egeopelagi pro totidem mensibus, similiter stet extra, ita quod una earum, aut Nigropontis, aut Egeopelagi, sit insimul cum aliis in societate, Verum si occurrerent casus propter quos tam dicta galea Nigropontis, quam Egeopelagi essent necessarie, in dictis talibus casibus dicte galee insimul cum aliis esse debeant ad securitatem partium contra Teucros predictos, Sed si per 30 ea que occurrerent, maior potentia esset necessaria ad obstandum potentie marittime dictorum Teucrorum, Sumus contenti, alias duas galeas ponere penes alias, ponentibus similiter illis de Rodo, de Chio, et de Methelino unam aliam pro quolibet.

Insuper informetur dictus ser Petrus, quod essemus contenti, quod in ista 35 unione intraret dominus Imperator Constantinopolis contra dictos Teucros extra strictum, pro rata illarum galearum, quas tangerent dictum dominum Imperatorem.

Et scribantur omnia predicta Regimini nostro Crete, et detur eis in mandatis, quod si dictus ser Petrus Geno, dicto Regimini scribet, suprascriptos dominos esse

Digitized by Google

contentos veniendi ad unionem predictam, debeant dictam ligam firmare per modum suprascriptum, cum omnibus suprascriptis, faciendo dictam ligam per duos annos.

de parte 55
5 de non 1
non sinceri 1

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 62 t.°).

673.

1415, 17 septembris.

Quod pars alias capta pro factis navis Bartholomei de Benedicto sit cassa, et
10 *revocata, ita quod illa non obstante, Sapientes nostri consilii et ordinum, qui de predictis sunt optime informati, possint venire ad consilium rogatorum cum opinionibus et parere suis.*

Ser Nicolaus Memo, sapiens ordinum.

Capta. — Cum pro parte Magnifici domini Duche Zufalonie, ad excusandum se
15 de damno et derobatione facta, ob captionem navis Bartholomei de Benedicto civis nostri, comparuerit unus Ambaxiator, qui inter alia cum instantia requisivit, Quod nostra dominatio dignetur, pro declaratione veritatis, examinationem et cognitionem ipsius differentie et novitatis, de qua inculpatur, committere octo nostris nobilibus vel circa qui sint probi, et non attinentes damnificatorum ipsius navis, qui audiant
20 jura partium, et determinent sicut eis justum et debitum apparebit, et non eatur per viam partis capte alias in isto consilio, Et dominium audita requisitione ipsius Ambaxiatoris commiserit sapientibus consilii et ordinum, quod ipsam differentiam audire deberent, Et ipsi sapientes vigore dicte commissionis multotiens audiverint ipsum Ambaxiatorem et jura sua, que producere et allegare voluit et similiter
25 partem alteram et jura sua, et nonnullas testificationes productas, Ita quod ex predictis satis clare constet, qualiter res ipsas transiverit, Sitque honor nostri dominii et debitum quod huic differentie finis ponatur, nec res ipsa ulterius dilatetur, sicut dilataretur, si pars ipsa deberet observari; Vadit pars, attentis predictis considerata etiam dicta requisitione facta per ipsum Ambaxiatorem ut est dictum, et quod sem-
30 per hactenus in similibus est solitum provideri per istud consilium, quod dicta pars sit cassa et revocata, Ita quod illa non obstante sapientes nostri predicti, qui de predictis sunt optime informati, venire possint et debeant ad istud consilium cum opinionibus et parere suis, ut super inde fiat quod sit iustum et honoris nostri dominii, et sicut in similibus casibus est observatum.

35 de parte . . . . . 39, 51.

Ser Leonardus Mocenigo, ser Nicolaus Victuri, ser Marinus Caravello procurator, et ser Bartolomeus Nani, sapiens consilii.

Digitized by Google

Volunt, quod dominium committere debeat istud factum domino duche Zufalonie, pro damno illato Bartholomeo de Benedicto, illis suis iudicibus, qui dicto dominio videbuntur, qui iudices terminare debeant, sicut eisdem secundum deum et justitiam videbitur.

de parte 32, 35. 5
de non 9
non sinceri . . . . . 8, 5.

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 65).

674.

1415, 28 septembris.

Castellani Coroni et Mothoni possint expendere yperpera V centum, restantia expendere in laboreriis dictorum locorum. 10

Ser Marinus Contareno, ser Nicolaus Memo, sapientes ordinum.

Capta. — Cum alias provisum fuerit, quod de illis tribus millibus iperperis missis Coronum a Neapoli, pro lignaminibus et aliis necessariis pro laboreriis, tunc fiendis in locis nostris Coroni et Mothoni, possent expendi iperpera duomillia quin- 15 genta, que fuerunt expendita per modum et ordinem suprascriptum, et modo restent de ipsa pecunia iperpera quingenta, que sicut habetur a Castellanis dictorum locorum, necessarium est expendere pro laboreriis fiendis in ipsis locis; Vadit pars, Quod concedatur et mandetur dictis Castellanis, quod debeant dicta iperpera V centum restantia expendere in laboreriis dictorum locorum, que fiunt pro conser- 20 vatione et tutella ipsorum.

de parte. 70
de non 1
non sinceri 5

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 65 t.°). 25

675.

1415, 31 decembris.

Quod mitti debeat unus notarius curie Rodum, ad recuperandum bona et mercationes ser Moreti et ser Bernardi Bragadino, que dicuntur esse in manibus ser Luce Faledro.

Ser Bertutius Diedo, ser Jacobus Venerio, ser Franciscus Barbadico, con- 30 siliarii.

Capta. — Cum nobilis vir ser Luchas Faledro gener ser Moreti Bragadino, ad diversas partes profectus sit, cum denariis multis et havere ipsius ser Moreti quos habuit et exegit hinc et inde, et postmodum cautelose, et pro sui securitate se reduxerit Rodum, faciendo per Magistrum et Regimen de inde sibi fieri franchisias, 35

Digitized by Google

eo quod sentitur ipsum habere apud se ad summam XVIII in XX mille ducatos, quod vertitur ad grave damnum et detrimentum nostrorum civium et mercatorum habere debentium a ser Moreti et ser Bernardo Bragadino eius nepote, Et quia iste talis actus inhonestus et illicitus, ymo contra omnes equitates, omnibus displicere debet, propter malam consequentiam et exemplum, quod caperent omnes fugitivi, ac propter periculum et damnum, quod consequi possent cives et mercatores nostri, ideo ad removendum istas enormitates et dubia, penitus est providendum, pro securitate nostrorum civium; Vadit pars, et ex nunc captum sit, auctoritate huius consilii, Quod ad expensas montis bonorum ser Moreti et ser Bernardi Bragadino, que expense solvi debeant per nostros supraconsules, qui talia bona habent penes offitium suum, secundum quod taxabitur et ordinabitur per collegium domini, consiliariorum, capitum sapientum consilii, et ordinum, Mitti debeat Rodum unus ex notariis nostris, procuraturus de habendo et recuperando ab ipso ser Lucha omnem pecuniam, mercationes, bona, et havere, que et quas idem ser Lucas haberet de ratione predictorum ser Moreti et ser Bernardi Bragadino in Rodo, et alibi in partibus Levantis, quocumque modo vel forma, Committendo et requirendo ipsum ser Lucam, Quod ex parte nostri dominii, et auctoritate huius consilii debeat propalare et ostendere manifeste, omnia que habet de ratione et computo predictorum ser Moreti et ser Bernardi, tam in manibus et libertate sua, quam quo deposuisset et collocasset, seu occultasset in manibus alienis, et hoc facere debeat, pure et sincere, ac sine ulla fraude, aut deceptione, infra illum habilem terminum, qui notabitur in commissione, et qui sibi explicabitur per notarium nostrum, Et quando hoc faciat sine maiori difficultate, cognoscetur et reputabitur legalis et fide dignus, Quando autem denegaret, aut sub fictione franchisiarum se absolveret, vel cautelose et contra veritatem occultaret, vel collocasset aliquid taliter, quod nuntius noster, ex sui causa vel defectu non recuperaret, nec habere posset, ut est dictum, Tunc et eo casu notarius noster debeat latius sibi explicare mentem nostram, videlicet quod si nunc vel ullo tempore repperiret ipsum habuisse, tenuisse, collocasse, vel occultasse, ullo modo, ingenio seu forma, seu sub ficto colore, aut habere vel tenere, de pecuniis, mercantiis, aut bonis predictorum, que non propalaverit, aut presentaverit et dederint notitiam, Ipso facto habemus auctoritatem nostrorum consiliorum ipsum cecidisse ad penam et bannum contentum in ordinibus offitii supraconsulum, Et si opus fuerit possit et debeat nuntius noster comparere coram Regimine Rodi cum nostris literis credentie, agentibus aliquam mentionem de facto, et similiter coram aliis regiminibus et dominiis ubi foret opus, et ubi habebit litera similis in dictis casibus pro votiva executione nostre intentionis. Similiter debeat observari per nostrum notarium erga alios nobiles, vel cives nostros, in manibus quorum sentiret talia et similia bona fore, cum ipsa libertate consiliorum et penarum, cui nostro notario tamen debeat super ipsa materia formari commissio necessaria, cum suprascripto effectu, et aliis necessariis et opportunis, que requiruntur ad materiam, pro possendo melius et cicius, et habilius pervenire ad executionem agendorum predictorum.

de parte . . . . . 82 de non . . . . . 8 non sinceri 4

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 85).

Digitized by Google

676.

1415, 4 januarii.

Scriptum Castellanis Coroni et Mothoni, ac regimini Corphoy, quod si galee viagii Romanie et Trapesunde non applicuissent ad predicta loca, ante receptionem mandati presentis, mercationes conducte illuc de partibus Syrie et Egipti, et etiam de partibus Romanie basse, que sunt obligate ipsis galeis secundum formam incantus, possint conduci Venetias, cum quibuscumque nostris navigiis, ut ibi.

Ser Leonardus Victuri, ser Marinus Contareno, ser Nicolaus Memo, ser Zacharias Bembo, sapientes ordinum.

Capta. — Cum omnes speties et colli partium Sirie et Egypti, et similiter omnes sete et grane, et alie mercationes partium Romanie Basse, Nigropontis, Constantinopolis et maris maioris, qui et que sunt in Mothono et Corphoi, per formam incantus galearum Tane et Trapesunde, sint obligate ipsis galeis sicut est notorium, Et propter moram ipsarum galearum mercatores quorum sunt ipse mercationes, que sunt in ipsis locis recepturi, sit notabile damnum, nisi eis subveniatur per modum quod ipse mercationes possint huc conduci, non derogando tamen in aliquo iuribus ipsarum galearum, Et sit justum et conveniens prestare civibus et mercatoribus nostris, omnem subventionem et favorem possibilem, ne incurrant in iacturam et damnum maxime quando sunt evidentes necessitates, ad quas provideri potest absque damno seu incomodo aliorum; Vadit pars, Quod sit captum et ordinatum, quod si tempore applicationis et receptionis literarum nostrarum, que scribentur super hoc materia Castellanis nostris Coroni et Mothoni, ac regimini Corphoi, predicte galee nondum applicuissent ad loca prefata, ex tunc in antea sit licitum mercatoribus, quorum sunt mercationes ipse, facere illas conduci Venetias cum quibuscumque nostris navigiis, apportantibus tamen literas a dictis castellanis seu regimini, de quantitate et qualitate mercationum, quas unusquisque onerari fecerit, super dictis navigiis, pro conducendo Venetias, Et in hoc casu habeant et haberi faciant ipsi castellani nostri Coroni et Mothoni, et Regimen Corphoi bonam diligentiam et advertentiam, quod sub pretextu huius ordinis et concessionis nostre, nichil aliud ultra id quod secundum ordines nostros conduci posset cum dictis galeis Venetias aliqualiter conducatur. Verum ne ex hoc fiat aliquod obliquum ipsis galeis, ordinetur quod si ipse galee in ipsis locis ostendent plazam, mercationes suprascripte pro illa plaza quam ostendent teneatur per ratam ad naulum galearum, sicut conveniens est atque iustum.

de parte . . . . . omnes alii.
de non 2
non sinceri 4

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 85 t.°).

Digitized by Google

677.

1415, 4 februarii.

Elongatio termini nobilis viri ser Michaelis Trivisano, olim castellani Coroni et Mothoni de veniendo ad consilium rogatorum cum suis provisionibus.

Consiliarii.

5 Capta. — Quia terminus nobilis viri, ser Michaelis Trivisano olim castellani Coroni et Mothoni veniendi ad istud consilium pro suis provisionibus, venit spirare; Vadit pars, Quod elongetur terminus ei usque per totum mensem Martii proxime futuri, quia propter occupationes terre non potuit hucusque dare expeditionem multis provisionibus, quas bene et ordinate notari fecit.

10 Similiter concedatur et elongetur terminus viro nobili ser Petro Diedo, qui fuit Rector Canee, veniendi ad istud consilium cum suis provisionibus per totum mensem Martii proximi.

de parte 71
de non 2
15 non sinceri 2

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 92).

678.

1415, 4 februarii.

Scriptum Regimini Corphoy, quod debeat intromittere et sequestrare omnes possessiones et bona domini Rizardi de Hugoth, que sunt in Insula nostra
20 *Corphoy.*

Sapientes consilii.

Capta. — Quia sicut est notum, Nobilis vir Franciscus Barbaro, filius nobilis viri ser Antonii Barbaro existens in partibus Apulee, et faciens facta et mercationes suas, eundo versus Licium, captum fuit per Ludovicum de Sancto Severino, et per
25 Franciscum de Hugoth, filium domini Rizardi, quia dictus Ludovicus et Franciscus sunt invicem colligati, et petitur quod idem noster civis se redimat de pecuniis, Et licet hactenus scripte sint multe litere per nostrum dominium pro liberatione sua, et ultimate declaratum dicto Francisco de Hugoth et patri suo, quod nisi noster civis relaxetur libere, Nos faciemus solvi et emendari omnem expensam et damnum,
30 quod patietur, de possessionibus et bonis que habet dictus dominus Rizardus, sub nostro dominio, presertim in Insula Corphoi, Et tamen nichil profuit hactenus, quia tenetur captivus in ferris, contra omnem justitiam et humanitatem, Et utile sit et honor noster providere per modum, quod appareat per effectum, quod non velimus talem iniuriam tollerare, et quod nostre intentionis sit facere id quod scripsi-

Digitized by Google

mus; Vadit pars, quod mandetur Regimini nostro Corphoy, quod ex nunc debeant intromittere et sequestrare nomine nostri dominii omnes possessiones et bona dicti domini Rizardi de Hugoth, que sunt in Insula nostra Corphoy, ac eius redditus et proventus, ita quod nec ipse, aut alius pro eo ipsos possit exigere absque nostra licentia et expresso mandato. 5

de parte . . . . . omnes
de non 0
non sinceri. 0

(Reg.° 51, 1415-1116, c. 93 t.°).

679.

1415, 4 februarii. 10

Capitula porrecta dominio per Ambaxiatores comunitatis Nigropontis cum responsionibus super illis factis.

Sapientes consilii et ordinum.

Capta. — Quod ad capitula porrecta per prudentes viros, Jacomacium de Sancto, et Dimitrium Eugenicho, Ambaxiatores comunitatis Nigropontis, Respondeatur in hac forma: 15

Primo, che i soi fedeli citadini de Negroponte supplica a la Serenissima Dogal Signoria de Veniexia, che se degni haver queli recomendadi, como servitori fedeli e devoti de la soa Signoria.

Item, expone li diti fedeli a la prefata Signoria, che larmada di Turchi, como e manifesto a la soa Signoria, inimigevelmente e vegnuda a questa ixola, e a danificado l ixola de molti dani, zoe de piar e menar via aneme circa M V cento, de li luogi de Lepso, Litada, Ialutra, Similes, et altri luogi e caxali, i qual luogi anno brusadi e desfati in tuto, di quali Lepso e Liptada, che sùn principalissimi, sun de la prefata Signoria, per la destrucion solamente de li diti II luogi ne segue in spetialita de dano a la prefata Signoria, più de ducati M V cento al anno, non computando i dani daltri spetial persone, Cunzosia che i diti luogi erano de i piu avantazadi, e da i qual se aveva plui sovegno de vituarie che fosse in sta ixola. 20 25

Respondeatur, quod habentes ipsos cives et comunitatem pro carissimis fidelibus et subditis nostris, et cognoscentes eorum fidelitatem et optimam voluntatem. Dispositi sumus habere eos apud gratiam et benignitatem nostri dominii favorabiliter recommissos. De damnis autem et novitatibus dictis nostris fidelibus et insule noviter illatis per Turchos sumpsimus teste deo cordialissimam displicentiam, quia tales iniurias nobismet reputamus illatas. 30

Item, considerando la posanza e mal anemo de la dita armada, e dubitandosse che la dita armada non procedesse plui oltra, e non tragetasse gente de terraferma a l ixola, la qual cossa fazando, i era in tuto desfation de questa ixola, i prefati citadini, unde per segurtade e remedio de questo luogo, e per conservation de lo honor de la prefata Signoria, Require a lo Rezimento de Negroponte, che tegnisse muodo, 35

Digitized by Google

che misser lo capetanio de le galie de Romania Romagnisse in Negroponte per zorni VIII per conforto de li diti soi fedeli citadini, e chossi el prefato Rezimento cum auctoritade del consilio di XII, tene modo che lo dito capitaneo romaxe de qui, oblegandosse tuta fiada V citadini de Negroponte, per nome de la comunitade de pagar le spexe seguirave ai patroni de le galie predicte, In chaxo che la prefata signoria non consentisse pagar la dita spexa, confidandosse sempre i diti citadini, che la prefata signoria, benignamente considerando el caso predito e i dani seguidi, el pericolo in lo qual i sono stadi, e che continuo sotozaseno, se degnira che i diti soi citadini de la dita spexa de le dite galie non lasera pagare alguna cossa e cussi i prefati citadini e fedeli humelmente supplicano.

Dicimus, quod considerantes casum et causam propter quam deliberatum fuit, quod galee nostre Romanie ibi remanentur Et dispositi in his que habiliter possimus, ipsis fidelibus nostris subvenire, Contenti sumus solvere expensam que secuta est dictis galeis, pro illis diebus, quibus ibi retente fuerunt, de pecuniis nostri comunis, et ipsos fideles nostros de Nigroponte a dicta expensa liberare.

Item, che cunzosia, che l ixola de Nigroponte, per continuo sia subieta al continuo corso de Turchi, i qual ogni anno senza alguno falo, quando pochi, quando assai, non desiste de menar via per schiavi aneme de quella, e considerando la mortalita le qual sono abundate de qua, e mo novamente esse prexe tante aneme como e dicto de sovra, per le qual cosse la dita ixola de breve sera desabita e, andara in dessolation e per conseguente la cita manchandoge le soe membre, per forza vegnira in niente, e non se abitara se non per soldadi, e masimamente questo ocorera vezando el gran guadagno li hanno fati i diti Turchi, pertanto i prefati fedeli e suditi se getano ai pie de la prefata signoria, supplicando humelmente che quela se degna de voler proveder a le dite cosse per muodo, o de bona paxe, o de bona guerra, segondo che a quela meio apar e piaxe, azo che li diti citadini e fedeli non romagna de tutto desfati e schiavi de li infedeli, e se pur a quela prefata signoria non aparesse al presente per le predicte esser remedio de salvar la prefata ixola e i predicti suplicandi, degnisse de conciedere a li diti de gratia spetiale, che li diti se possano far tribotarii per lo plui habele muodo i porano del Turcho, perfin a tanto che a la prefata signoria plaxera de metere debito remedio, e oltra de questo considerada la impossibilita de diti citadini e suditi de poder rescoder li soi miseri prisoneri, che al presente sono menadi schiavi, dignasse la prefata signoria per cura de pieta e misericordia scoder, o far scoder de li danari de la prefata signoria i diti prixoni, per quela via aparera plui habele a quela avanti che li diti siano vendudi, chi de qua, e chi de la, e deventano finalmente Turchi, si veramente che queli tali che sera rescossi siano tegnudi de restituir a quela prefata Signoria, lo rescattamento dessi in certo tempo e plui, e men, segondo li metera el suo rezimento de Nigroponte, abiando respeto a le condition de le persone.

Respondemus, Quod sicut est notum, nos iam providimus armare quamplures galeas, et deliberavimus etiam eligere provisores, pro faciendo et tractando ea, que fuerunt opportuna tam per viam pacis, quam per viam guerre, sicut nostro dominio melius et utilius apparebit, Et faciemus omnes provisiones necessarias pro conservatione honoris nostri, et pro salvatione Insule nostre Nigropontis, et aliorum lo-

Digitized by Google

corum nostrorum, Et propter hoc eos hortamur, quod sint boni et civilis animi, et nullo modo dubitent, quia sumus dispositi eos defendere et conservare contra omnem potentiam, sub fidelitate et obedientia nostra, Et propter hoc dicimus quod ipsi nullo modo loquantur de faciendo se tributarios Turchi, quia hoc nunquam consentiremus. Ad factum autem captivorum, Dicimus, Quod possunt esse certissimi, et sic nos offerimus, Quod venientibus nobis ad aliquem tractatum compositionis vel pacis cum Turcho, nos procurabimus toto posse, quod illi nostri fideles et subditi, qui capti et abducti fuerunt libere relaxentur, Sed si isto interim ipsi vident quod per viam redemptionis, aut per alium habilem modum dicti nostri subditi rehaberi possent hoc in eorum libertate relinquimus, Sed veniente tempore suprascripto nos faciemus id boni, quod poterimus pro liberatione illorum.

Item che in caxo che la prefata signoria desponesse de non haver paxe cum et turcho, dignasse de mandar de qua formenti e biscoti, segondo a quela aparera, Avixando la prefata signoria che abiando nui guerra cum el turcho, tute le scale da terra ne mancheria, da le qual possesseno haver i diti sudditi alguno sovegno.

Dicimus, Quod veniente casu in capitulo contento, nos providebimus sufficienter ad omnia que fuerint opportuna.

Item supplicano i diti fedeli vostri, per refarse li luogi prediti brusadi, e li quali sono prexi, che tuti queli che se romasi in li luogi de Lipso, Gralutra e Litada, e queli che se recatera de li habitanti de li diti luogi, Queli sia exempti dal so capinicho e vigliatico, e dal datio de la spina e de la becharia per anni cinque, i qual capinicho et vigliatico sono iperperi III a lanno per fameia, el datio veramente de la spina e de la becharia monta segondo che li diti vendera in queli luogi. Item che tuti queli de la terra ferma che vora vegnir abitar in li diti III luogi siano exempti per anni X proximi che seguira da tute angarie et datii soraditi.

Respondeatur, Quod cupientes in omnibus, que habiliter possumus ad utilitatem, et reintegrationem et comodum illius Insule ac fidelium, et subditorum nostrorum utiliter providere. Contenti sumus et volumus, Quod omnes nostri subditi, qui remanserunt in locis nostris de Lipso et Gralutra et Litada, et alii qui redimentur, soliti habitare in dictis locis, sint exempti et absoluti per quinquennium ab angariis et datiis infrascriptis, videlicet a capinicho et vigliatico, et a datio spine et becharie, quod solvi et exigi solet in locis illis solum. Preterea quod omnes illi qui de alienis districtibus non subditis nostro dominio venient habitatum in predictis tribus locis, intelligendo de familiis et hominibus liberis qui non sunt sclavi, sint absoluti et exempti per annos decem continuos ab omnibus angariis et datiis suprascriptis.

Item supplicano i diti che per cason che i diti luogi se possano refare et refati conservar, che la signoria de scrivere a li Rectori de Negroponte, presenti e futuri, che quando li parera tempo opportuno e dextro debiano far meter lo Lipso in si fata forteza, como cum pocha spexa se pora far, che per lo avegnir se possano defender da l impeto de Turchi, e per lo simele de la Litada, i qual II luogi sono de la dogal signoria.

Contenti sumus scribere, et mandare sicut in capitulo continetur.

de parte . . . . omnes de non . . . . 0 non sinceri 0

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 94-95).

Digitized by Google

680.

1416, 6 marcii.

Eligatur unus Rector Nepanti, cum salario et conditionibus, ut ibi.

Ser Leonardus Victuri, ser Marinus Contareno, ser Nicolaus Memo, ser
5 Zacharias Bembo, sapientes ordinum.

Capta. — Cum locus noster Nepanti presertim propter situm et utilitatem ipsius, et ob multos alios respectus fuerit, et esse debeat carus nostro dominio, Et sicut nostro dominio plene notum est, ipse locus noster a multis annis iverit multum ad malum, ob recessum multarum familiarum, que se ab inde absentarunt, ob timorem
10 Turchorum, et pro aliis multis iniuriis et damnis factis erga ipsos nostros subditos diversimode per elapsum, et similiter in presenti, ulterius propter suam solicitudinem adhibitam circa reparationem ipsius loci, per Rectores nostros, ipse locus egeat notabili reparatione et reformatione, Et demum utilitatem pisceriarum, que esse solebat valde bona, et magna, nunc est effecta minima, super quibus pro honore no-
15 stri dominii, et ne perveniat ad manus Turchorum est utilissimum providere; Vadit pars, Quod eligi debeat in isto consilio, per duas manus electionum, et unam per scruptinium, inter dominum, consiliarios et capita et sapientes utriusque manus, unus noster nobilis, qui vadat, et sit rector ipsius loci, per duos annos, et tantum plus, quantum successor suus ire destulerit, probando electos ad unum ad unum, et qui
20 habuit plures ballotas aliis transeundo medietatem consilii sit firmus, habendo de salario in anno et ratione anni ducatos 400, ad soldos LXXXVI pro ducato, secundum formam partis capte super hoc, Tenendo suis salario et expensis, duos domicellos, unum ragatium, et tres equos, ac unum cancellarium, cui facere debeat expensas oris, et dare de salario iperperos Centumquinquaginta in anno, nec possit ipse rector
25 facere aut fieri facere de mercationibus ullo modo, vel ingenio, nec remanere de nocte extra dictum locum nostrum.

De commissione autem sua providebitur postea ante suum recessum, sicut collegio apparebit, Et similiter de expensa, que erit necessaria pro reparatione et fortificatione ipsius loci, et de quibuscumque aliis, que videbuntur utilia pro habitatione,
30 et reductu gentium ad ipsum locum nostrum.

de parte	101
de non	0
non sinceri	0

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 105 t.°).

Digitized by Google

681.

1416, 6 marcii.

Regimen Corphoy solvat ducatos trecentos, acceptos hic Venetiis ad cambium, pro emendo res necessarias pro munitione nostra Corphoy.

Sapientes ordinum.

Capta. — Quia est omnino necessarium emere multas res necessarias in munitione nostra Corphoi, loco illarum, que combusta sunt, ut est notum, que res habiliter transmitti poterunt illuc, cum marano quem mittimus Corphoy; Vadit pars, Quod hic Venetiis possint accipi ad cambium ducatos CCC pro emendo dictas res, Mandando Regimini nostro Corphoy, quod dictum cambium solvere debeant infallanter, de quacumque pecunia nostri comunis, quam in manibus suis habebunt, et etiam de datio vini a spina, ad terminum, et sicut eidem mandabitur per dominium.

de parte 102
de non 7
non sinceri. 4

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 107).

682.

1416, 6 marcii.

Capitula cum responsionibus super inde factis, porrecta ducali dominationi per Ambaxiatores comunitatis Nigropontis.

Sapientes consilii et ordinum.

Quod ad capitula nobis porrecta per Ambaxiatores comunitatis nostre Nigropontis, Respondeatur in hac forma:

Primo Suplicha i diti nostri citadini e fedeli, che per scansar spexa a la Signoria e per ben e dextro de lo luogo del Fitileo, che considerando che molte volte vano Rectori a quello, i quali non son ben experti e pratichi del paixe e di luogi circumvicini subditi a Turchi, E saria plui utile a mandar uno zitadino de questa terra, de anno in anno cum salario de iperperi IIII cento, tegnando doi cavali, per el qual se averano di plui sufficienti homeni de la terra, e pratici e che sano i costumi di Turchi, E saria caxon molte fiade per la lengua de remediare a molti scandali, Se degne la prefata Signoria, de qua innanzi vada uno Rethor zitadino de qui, cum salario dito, che debia esser ellecto per lo Rezimento de Nigroponte.

Respondemus, Quod fiat, Sed Rector sit Latinus et non Grecus, et sit ad obedientiam Regiminis Nigropontis, et subiaceat sindicatui dicti Regiminis et etiam sindicorum nostrorum.

de parte 24
de non 96, 9

Digitized by Google

Item, che alcun non possa esser electo Retor in algun luogo, del qual elo sia signor, hoveramente che labia a tore supposita a quelo luogo donde elo sara eleto.

Fiat, quia sic etiam consulit nostrum Regimen Nigropontis.

Item supplica i prefati subditi e fideli, che considerando i molti despeti fati per li homeni de le galie del Colpho in lixola, a li habitador de quelli molto e molto desonesti, Dignasse la Signoria vostra de comandare al Rezimento de Negroponte soto certa pena in li soi proprii beni, de non lassar le prefate galie stare, qui in Negroponte, plui che tre di, salvo che in caxo de grande necessitade, Si veramente, che i diti homeni non possan insir fuora de lo luogo de Negroponte soto certa pena, azo che non fazano i dani ano fati per lo passado, E questo se faza per lo muodo se observa a Corphu, Significando a la signoria vostra, che el stare de le galie qui e desertamento de le galie e desfa le zurme.

Fiat sicut petunt, Et addatur hoc in commissionibus Baiulorum, qui possunt imponere penam, que eis videbitur hominibus galearum.

Item supplicano i diti zitadini che per ben e segurtade de lixola e honore de la Signoria, che se degne quela de comandar a lo vostro baiulo e capitaneo de Negroponte, soto debita pena, che ogni anno e almen una volta al tempo del so Rezimento, de far far la mostra generale per la Citade e tuta lixola de Negroponte, per dar caxon e materia a li suditi de armarse, i quali darme sono mal in ponto.

Fiat sicut petunt, singulo anno, et addatur in commissione Baiulorum.

Item supplicano i diti, che cum zo sia che misser lo Baiulo presente, e conseieri, sia reduto, e reformada la canzelaria de Negroponte, la qual per lo tempo era, sta molto desordenada, si che i zitadini e subditi molte volte ne portavano grandissimo damno, siando le letere dogal, e li ordeni de la signoria uno in qua, e laltro in la, e mai non se podeva vegnir in debita luxe de tali ordeni e comandamenti, El prefato Rezimento a fato fare uno registro generale de tute letere dogale, le qual son prexe in conseii de la prefata signoria, e detegnudi tuti i rectori de observar quelle, e questo e gran luxe de li retori del dito luogo, Anchora tuti i statuti in uno volume zoe sovra dati, sovra le arte e mistieri, e sovra altri ordeni universali de la terra, Dignasse la prefata Signoria vostra de comandare a li rectori de Negroponte presenti e futuri, che debia observar el dito registro dugale e i diti statuti reduti in volume como he dito de sovra, segondo stano ad literam.

Respondeatur, Quod snmus contenti quod observentur partes et litere ducales capte in nostris consiliis. Sed statutis autem et ordinibus suis, si mittent ad nos, confirmabimus ea, in quantum nobis honesta et rationabilia videantur.

Item che cunzo sia che molte volte i diti zitadini vostri abiano voiudo mandare a la signoria soi ambaxiadori, per algune cosse opportune, alguni Rectori passadi non li hanno voiudo consentir, e per la dignita del presente rezimento non solamente non li ha voiudo denegar, ma oltra di questo li ha confortadi, Supplicano che la prefata signoria se degne de far de gratia ai diti subditi vostri, azo che per lo avegnir non sia retignudi de recorere ai piedi de la vostra signoria, possano mandar ambassiatori a la soa signoria monstrando continuamente a lo rezimento dito le soe domande e capituli manderano a la signoria.

Digitized by Google

Fiat sicut consulit Regimen nostrum Nigropontis.

Item cun zo sia che lixola de Negroponte, sia posta a le frontiere de tute le tere de questo Levante, la signoria vostra salvandosse quella se salva Napoli, la Canea, Modon e Coron, e non salvandosse scorre tute le altre tere a manifesto pericolo de li Turchi e de li inimixi de la signoria vostra, Degnasse la signoria vostra provedere che per segurta de questo luogo e de lixola tegnir a soldo so in questa terra stratioti cento da cavalo, i quali siando qua se pora haver de lixola altri doxento homeni da cavalo boni soto questi cento stratioti, i qual senza fallo in ogni caxon seria grande ostaculo a devedar che se a riva vegnisse, che la non fesse danno a la mior parte de lixola E saria teror a li circavexini, e saria honor de la prefata signoria.

Non videtur nostro dominio, quibusdam bonis respectibus, facere id quod in capitulo continetur, Sed ut civitas nostra Nigropontis sit semper fulcita bonis stipendiariis, peditibus, volumus et ex nunc sit, Quod semper de cetero Baiuli et Capitanei nostri Nigropontis, qui per tempora ibunt, teneantur, quando ibunt ad dictum Regimen ducere secum de Venetiis pedites quinquaginta forenses, sufficientes, et aptos, sub duobus comestabilibus, cum illo soldo, et conditionibus, quibus sunt alii stipendiarii, qui ibi sunt vel sicut dominatio nostra eos melius habere poterit, quos dicti baiuli debeant deputare et surrogare, loco aliorum quinquaginta, ex utilioribus vel minus sufficientibus, qui erunt ibi, ita quod non augeatur numerus nec expensa.

de parte 106
de non 7
non sinceri 9

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 107 t.° 108).

683.

1416, 9 marcii.

Scriptum regimini Nigropontis, quod in casu, quo Brigaia Scapinello de Nigroponte, qui accepit ad affictum loca Lipso et Litade, solverit affictum primi anni, Quod ibidem citra sit absolutus ab affictatione predicta.

Sapientes consilii et ordinum.

Capta. — Cum fuerit pro parte Brigaie Scapinello, civis et habitatoris Nigropontis expositum, Quod cum acceperit ad affictum loca Lipso et Litade, sita super insulam Nigropontis pro iperperis MVI centum in anno, solvendis Regimini Nigropontis, Et sicut est manifestum dicta loca fuerunt per Turchos combusta et derobata, ac omnibus personis super ipsis existentibus spoliata, in tantum quod non est persona, que laboret terras sive aliquam ex vineis dictorum locorum, Et cum ut est notum, propter predicta, dictus supplicans non possit ipsis territoriis gaudere, nec habere unde solvere ipsum affictum, eo quod omnia ut premittitur in illis deficiunt, Pro tanto consideratis predictis, que sunt propter novitates ipsorum Turchorum, et non deffectu ipsius supplicantis; Vadit pars, Quod scribatur Regimini

Digitized by Google

nostro Nigropontis consideratis predictis, Quod in casu quo dictus Brigaia solverit affictum primi anni, qui complevit de mense octobris proxime preteriti, sicut pro parte sua nobis declaratum est. Sumus contenti, quod ab inde citra sit aleviatus, et absolutus ab affictatione predicta, que recipiatur in nostrum comune, ac si nulla affictatio facta esset, Si vero restaret aliquid solvere pro affictu dicti primi anni preteriti, solvere debeat sicut tenetur, Et a residuo dicte affictationis libere ut predicitur absolvatur.

de parte 72
de non 1
non sinceri 2

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 108).

684.

1416, 15 martii.

Concessum Ambaxiatoribus Nigropontis, posse ascendere super unam ex galeis nostris Candide, si aliquam reperient in Mothono, pro eundo Nigropontem.

Consiliarii.

Capta. — Quod concedatur Ambaxiatoribus Nigropontis, quod si de quanto steterint in Mothono aliqua galearum nostrarum Culphi de Candida illuc venerit, pro eundo Nigropontem, possint super illa ascendere et conduci Nigropontem, cum uno famulo pro quolibet.

de parte . . . . . omnes

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 109 t.°).

685.

1416, 16 martii.

Quod pars de augmentatione misselarie locorum nostrorum Mothoni et Coroni, sit cassa et annullata.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum de anno presenti, per istud consilium aucta missetaria, in locis nostris Coroni et Mothoni, pro mercationibus que fuerint in ipsis locis nostris, sicut in parte capta difusius continetur, Et secundum informationem quas habuimus per multas et diversas literas nostrorum Castellanorum dictorum locorum, et per multos cives et fideles nostros, qui conversantur in partibus illis, et sicut etiam apparet per effectus, dicta pars, est et fuit valde dannosa, nostro dominio, et ipsis locis nostris, in tantum, quod nisi provideretur, dicta loca nostra de brevi susciperent notabilia damna, cum deviatione trafici mercationum in ipsis locis, quod velle non debemus ullo modo, ymo sit utilissimum providere causis et respectibus

Digitized by Google

supratactis, et aliis multis, qui possent explicari; Vadit pars, Quod dicta pars cum omnibus in illa contentis, et cum omni declaratione que facta fuisset hactenus vigore dicte partis, tam de pannis qui venduntur ad retalium, quam aliter per omnem modum, elapso termino anni, quo affictata est, qui complet de mense iulii proximo, sit cassa et annullata et nullius vigoris. Ita quod solutio dicte missetarie reducatur et esse reducta intelligatur in totum, ad conditionem solitam, que observabatur antequam dicta pars nunc ultimate capta, ut est dictum capta fuisset.

de parte 94
de non 2
non sinceri 0

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 110).

686.

1416, 16 martii.

Quod providus vir Iohannes Paliaga, admiratus noster Corphoy habeat regaliam timonazii, et regalias admirati, sicut per elapsum habebant precessores sui.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum sicut exposuit nostro dominio prudens vir Iohannes Paliaga, fidelissimus civis noster, Admiratus Corphoi, fuerint accepte eidem nonnulle regalie, quas consueverant habere admirati preteriti, que vocantur regalia timonazii et regalie admirati, que affictantur iperperis XX in anno vel circa, Et sicut est notum propter parvum salarium et utilitates quas habet nullo modo possit substentare familiam suam, que magna est, sicut sciunt Rectores nostri qui fuerunt ad Regimen ipsius loci nostri, coram quibus multissime se conquestus fuit, sperans de tempore in tempore quod sibi provideretur, respectu fidelitatis, et multorum laborum quos patitur in ipso loco, sicut est manifestum, Et propterea devotissime supplicaverit, quod saltem eidem restituantur regalie predicte, ut possit perseverare in bona voluntate, et dispositione sua, et substentare dictam suam familiam, Et propterea considerato, quantum eius persona est utilissima in ipso loco nostro, et quod est virtuosus et legalis homo, nec etiam potest vivere, de salario quod habet, sicut per Rectores nostros fuimus informati; Vadit pars, Quod ut habeat causam perseverandi de bono in melius, quod dicta regalia timonazii, et regalie admirati, eidem restituantur, et assignentur, sicut per elapsum habere solebant precessores sui, ne pro ista minima re, que de natura sui spectare debent ipsi admirato, prout colligitur ex impositione nominis eius, compellatur inde recedere, quod sicut firmiter sensimus, esset cum preiuditio et incomodo negotiorum nostri dominii.

de parte 72
de non 5
non sinceri 5

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 110).

Digitized by Google

687.

1416, 19 martii.

Scriptum provido viro, Ordelaffo Faledro de Candida, quod sumus contenti, quod ascendat super galeis nostris Culphi.

Ser Leonardus Mocenigo, ser Albanus Baduario, ser Nicolaus Victuri, ser Marinus Karavello procurator, ser Antonius Contareno procurator, ser Franciscus Foscari procurator, sapientes consilii.

Capta. — Cum providus vir Ordelaffus Faletro de Candida, sicut est notum, ad presens sit ad servitia principis Amoree, Et alias fuerit eidem Ordelaffo scriptum, Quod veniret Venetias, quia de eo provideremus per modum, quod cum honore suo vivere posset, Et idem Ordelaffus per literas scriptas ser Marco Dandulo, Castellano nostro Coroni et Mothoni, offerat velle ire cum galeis nostris Culphi, quas asserit intellexisse debere ire ad partes Galipolis, pro faciendo honorem nostrum, et petit consilium dicti ser Marci, utrum debeat venire Venetias, vel ire cum dictis galeis; Vadit pars, Quod scribatur dicto Ordelaffo, quod vidimus literas suas, quas scripsit ser Marco Dandulo Castellano nostro Coroni et Mothoni, per quas comprehendimus bonam intentionem suam, et ut cognoscat benignitatem nostram erga eum, sumus contenti et placet nobis, quod cum tribus famulis apud eum vadat et ascendat super galeis nostris Culphi, quarum est Capitaneus nobilis vir ser Petrus Lauredano, et ordinavimus dicto capitaneo, quod eidem Ordelaffo et famulis donec erit super dictis galeis faciat expensas oris, Et ultra hoc ordinavimus, quod habebit a dicto capitaneo pro suo soldo ducatos centum auri, Et ex nunc committatur dicto nostro Capitaneo Culphi, quod eidem Ordelaffo, et tribus famulis, faciat fieri expensas, donec erit super dictis galeis nostris de denariis nostri comunis, cui capitaneo dari et consignari debeant ducati Centum, dandi et consignandi eidem Ordelaffo, pro fulciendo se rebus necessariis.

Verum quia idem Ordelaffus est fidelissimus nostri dominii et probus et expertus in exercitio maritimo, et bonum sit, eundem habere penes nos, ne necessitate coactus vadat ad servitia aliorum dominorum, Ordinetur. et ex nunc sit captum, Quod cum redierit cum galeis nostris predictis, habere debeat singulo mense de denariis camere nostre Crete, pro suo soldo, iperpera sexaginta, et teneatur in casibus occurrentibus, ire quo eidem mandabitur per Regimen nostrum Crete, et si ibit in serviciis nostris extra districtum Candide, ultra soldum suum predictum, habere debeat expensas oris, et eidem Ordelaffo scribatur, ut per effectum videat, et cognoscat nostrum dominium erga eum esse benignum et gratiosum, de eo quod sibi providimus pro dextro et comodo suo.

de parte 79
de non 26
non sinceri 4

(Reg.° 51, 1415-1416, c 110 t.°).

Digitized by Google

688.

1416, 26 marcii.

Prorogatio termini nobilis viri ser Michaelis Trivisano, olim Castellani Coroni et Mothoni de veniendo ad consilium rogatorum, cum suis provisionibus.

Consiliarii.

Capta. — Quod elongetur terminus viro ser Michaeli Trivisano, qui fuit castellanus Coroni et Mothoni, veniendi ad consilium Rogatorum, cum suis provisionibus, usque per totum mensem Maii proximi, cum sit in ordine ponendi suas provisiones, sed propter occupationes terre, non possunt sibi dari consilia opportuna.

de parte . . . . . omnes.

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 115).

689.

1416, 14 maii.

Commissum regimini Corphoy, quod solvere debeat ducatos ducentos, acceptos Venetias ad cambium pro expeditione ser Bartolomei de Anselmis, ituri Rectoris Nepanti, et ulterius quod det eidem ser Bartolomeo ducatos CCCC in tornesiis de pecunia datii vini a spina.

Ser Luchas de Canali, ser Nicolaus Miani, ser Antonius Venerio, ser Georgius Valaresso, sapientes ordinum.

Capta. — Quia pro expeditione viri nobilis ser Bartholomei de Anselmis, ituri Rectoris nostri Nepanti, et pro reparationibus et fortificationibus omnino necessariis, est penitus opus reperire pecuniam; Vadit pars, Quod hic Venetiis accipi possit ad cambium ducatos ducentos pro Corphoi, qui dentur ipsi ser Bartholomeo pro parte sui salarii, Mandando Regimini nostro Corphoi, quod dictos ducatos CC solvere debeat integraliter, sicut sibi mandabitur, de pecunia datii vini a spina, Ulterius etiam mandetur efficaciter ipsi regimini, quod de pecunia datii predicti, dare et assignare debeant ipsi ser Bartholomeo ducatos CCCC in tornexiis, ut possit cum illis dare principium operibus et laboreriis ordinatis debere fieri, pro fortificatione et reparatione ipsius loci nostri.

de parte 88
de non 1
non sinceri 2

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 125).

Digitized by Google

690.

1416, 14 maii.

Provisiones pro custodia loci nostri Nepanti.

Ser Lucas de Canali, ser Nicolaus Miani, ser Antonius Venerio, ser Georgius Valaresso, sapientes ordinum.

5 Quod vigore libertatis attribute huic collegio, per consilium Rogatorum provideatur de custodia loci nostri Nepanti in hac forma:

Primo quod deputetur unus commestabilis in castro, qui cum uno famulo habitat *(sic)* in mense yperpera 45 ad rationem soldorum XX tornexiorum per iperperum.

10 Item deputetur unus alius commestabilis ad aliam zintam de extra, qui cum uno famulo habeat in mense iperpera 35 ad rationem predictam.

Item mittatur unus murarius cum uno famulo, qui habeat in mense iperpera 39 ad rationem predictam.

Item unus marangonus cum uno famulo qui habeat in mense iperpera 39 ad 15 rationem predictam.

Item pro custodia deputentur ballistarii 20 quibus dari possit de soldo iperpera 16 in 17 pro quolibet ad rationem predictam.

Item accipiantur sive firmentur ad soldum de inde, decem stratioti cum soldo iperperorum decem pro quolibet in mense ad rationem predictam.

20 Item ordinetur quod completis duobus turribus a marina, Deputari debeant persone quatuor pro custodia ipsorum, videlicet due pro quolibet, cum soldo iperperorum decem in mense, pro quolibet ut supra.

Item fiat unus magister calcarie de inde occaxione laboreriorum fiendorum, qui habeat iperpera 25 in mense, sive plura vel pauciora, sicut videbitur Regimini 25 nostro Corphoi, cui committatur quod ipsum magistrum accipere debeat.

Pro reparatione vero et fortificatione ipsius castri indigentis fortificatione et reparatione maxima sicut est manifestum, ordinetur, Quod pro reducendo castrum in fortitudine, reparatione murorum, et constructione seu reparatione duarum turrium, que sunt ad portum, cum illa parte muri, que ruit, pro aptatione cisterne et 30 domus Rectoris, et loci munitionum, et aliis expensis valde necessariis, possit rector noster iturus expendere iperpera quinquemillia de introitibus nostris de inde, et de aliis pecuniis que sibi assignabuntur, tenendo particulariter computum de omnibus, et singulis expensis de per se, et similiter de introitibus et utilitatibus ipsius loci nostri, secundum formam sue commissionis, et incipiendo a reparationibus et forti- 35 ficationibus magis opportunis, pro maiori securitate ipsius loci.

Pro habitatione vero et reductu gentium in ipso loco, ordinetur, Quod ipse noster Rector dare et contribuere possit de territoriis nostris de inde, tam de intus quam de extra ipsum locum illis personis que eidem videbuntur, que de novo illuc iverint habitatum, Dando illa cum angariis et oneribus, que habere solebant ipsa

Digitized by Google

territoria, quando erat habitata et cultivata, Verum in isto principio possit ipse noster Rector ipsas tales personas absolvere et exemptare ab angariis quibuscumque pro annis quinque et non ultra, quibus quidem annis quinque elapsis, teneantur ipse tales persone ad angarias et onera consuetas antiquitus, et tantum plus quantum ipse rector cum ipsis personis fuerit in concordio, Et ut de compositionibus predictis possit omni tempore haberi plena noticia debeat ipse Rector noster super uno libro ad hoc specialiter deputato facere scribi et notari omnia territoria nostri comunis de inde, et per singulum nomina personarum quibus data fuerint, et quantum unicuique, et cum quibus conditionibus, specificando etiam quantum annuatim solvere debebit unus quisque, pro possessionibus et territoriis sibi datis, pro videndo de reducendo in ipsum locum quamplures Grecos poterit, pro bono ipsius loci.

Ceterum ordinetur, quod sal nostri comunis, qui est in Patrasio, debeat assignari ipsi nostro Rectori Nepanti, qui debeat illum vendi facere per illum quam meliorem modum poterit, ponendo pecuniam que extrahetur de ipso sale ad rationem et computum nostri comunis.

de parte 15
de non 0
non sinceri 0

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 131).

691.

1416, 23 maii.

Commissum Rectori Neapolis Romanie, quod mittere debeat ad levandum, et conducendum de Mothono ad regimen suum, ser Nicolaum Coppo, iturum potestatem et Capitaneum Neapolis Romanie.

Ser Paulus Truno consiliarius.

Capta. — Cum galea nostra Neapolis Romanie sit solita venire ad levandum rectores nostros ipsius loci, propter dubietatem Turchorum; Vadit pars, Quod ipsa galeota mittatur ad levandum et conducendum de Mothono ad dictum Regimen nobilem virum ser Nicolaum Cuppo iturum potestatem et Capitaneum Neapolis, cum non habeat aliud passagium, ut possit ire ad dictum Regimen, in termino sibi limitato et cum securitate.

de parte 82
de non 0
non sinceri 1

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 130).

Digitized by Google

692.

1416, 19 junii.

Nobilis vir ser Nicolaus Georgio, baiulus et capitaneus Nigropontis cum eius familia et rebus possit conduci usque Mothonum cum galea nostra Nigropontis.

Ser Petrus Mudatio, ser Natalis Donato, ser Christoforus Superantio, ser
5 Georgius Capello, consiliarii.

Capta. — Cum justum et conveniens sit providere, Quod nobilis vir ser Nicolaus Georgio Baiulus et Capitaneus noster Nigropontis cum securitate conducatur Mothonum, cum familia sua; Vadit pars, Quod concedatur dicto ser Nicolao, quod cum galea nostra Nigropontis cum eius familia, et rebus conducatur Mothonum,
10 postquam illuc applicuerit successor suus. Verum ultra illos homines galee predicte qui sunt soldati ad annum currentem, teneatur dictus ser Nicolaus suis expensis soldare illos homines, qui erunt necessarii pro veniendo Mothonum et redeundo Nigropontem cum galea predicta, et facere eis expensas de panatica secundum usum, Declarando quod ultra homines soldatos ad annum curruntem comune no-
15 strum non habeat aliquam aliam expensam, et ista concessio habeat locum in casu quo dicta galea non esset necessaria pro aliis agendis nostri comunis.

de parte . . . . . omnes alii
de non 10
non sinceri. 2

20 (Reg.° 51, 1415–1416, c. 141).

693.

1416, 5 julii.

Scriptum regimini Nigropontis, quod debeat cassare stratiotos existentes ad stipendium nostrum.

Sapientes consilii.

25 Capta. — Cum Regimen nostrum Nigropontis, pro custodia civitatis Nigropontis, acceperint ad stipendium aliquos stratiotos, et propter victoriam mediante gratia dei obtentam contra armatam Turcorum, expensa dictorum stratiotorum non sit amplius necessaria, et considerato etiam, quod illuc misimus duas banderias peditum, et quod dictus locus Nigropontis est in maxima necessitate denariorum;
30 Vadit pars, Quod scribatur et mandetur Regimini nostro Nigropontis, quod debeat cassare stratiotos predictos, pro evitanda expensa predicta, cum non sint amplius necessarii.

de parte . . . . . omnes alii
de non 2
35 non sinceri. 3

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 144).

Digitized by Google

694.

1416, 6 julii.

Quoddam sequestrum de bonis domini Rizardi del Goto factum per regimen nostrum Corphoy removeatur, et scribatur ipsi regimini, quod dicta bona et eorum redditus faciat predicto domino Rizardo, sive eius nuncio libere restituere. 5

Sapientes consilii.

Capta. — Cum de mense februarii elapsi, propter captionem nobilis viri Francisci Barbaro, qui captus fuit in partibus Apulee per Lodovicum de Sancto Severino de cuius captione inculpabatur Franciscus del Gotho, filius domini Rizardi, Captum fuerit in isto consilio, Quod bona omnia et redditus eorum dicti domini Rizardi 10 existentia in Insula nostra Corphoi, sequestrarentur per nostros Rectores, et fuit sic observatum, propter quod comparuit ad presentiam nostri dominii dictus dominus Rizardus, denotans nostro dominio, quod quando dictus ser Franciscus fuit captus, dictus dominus Rizardus erat detentus in quodam castro ad peticionem domini Regis Iacobi; Et supplicavit, quod dignemur considerata sua fidelitate dictum se- 15 questrum removere, Et sapientes nostri audiverint dictum dominum Rizardum et similiter nobilem virum ser Antonium Barbaro, et cognoverint eundem dominum Rizardum non esse culpabilem de hoc, cum tunc temporis erat carceratus, nec apparet similiter quod filius suus fuerit de hoc culpabilis; Vadit pars, Quod sequestrum factum de bonis dicti domini Rizardi in Insula nostra Corphoi, removeatur, Et 20 scribatur regimini nostro Corphoi, quod dicta bona et eorum redditus, faciat dicto domino Rizardo, sive nuntio suo libere restituire et consignare.

Et quia uxor et filii dicti Ludovici sunt Brixie, collegium habeat libertatem scribendi domino Pandulfo et nostris Ambaxiatoribus pro recuperatione talee quam solvit dictus ser Franciscus Barbaro, videlicet ducatos centum et sexaginta in illa 25 forma que videbitur collegio.

de parte 48
de non 13
non sinceri 19

(Reg.° 51. 1415-1416, c. 145). 30

Digitized by Google

695.

1416, 14 augusti.

Quid responsum fuit Ambaxiatoribus duche Zufalonie circa terminum revertendi Venetias.

Dominus et Consiliarii, ser Albanus Baduario, ser Marinus Caravello, pro-
5 curator, sapientes consilii.

Capta. — Quod dicatur et respondeatur isti Ambaxiatori Zufalonie, Quod sicut videri potest propter conditiones temporis presentis, quia cives nostri sunt extra Venetias, non possumus convocare consilium pro dando expeditionem negotio suo pro quo hic est, Et videmus quod nisi cesset ista novitas presentis pestilentie num-
10 quam congregari poterit, Et propterea ne hic frustra moretur, Sumus contenti, si sibi placet ut revertatur ad domum suam, Et assignamus sibi terminum veniendi Venetias, vel alteri loco eius pro ista causa, usque per totum mensem Aprilis proximi venturi, Remanentibus partibus in eadem conditione et statu, quibus est ad presens, cum conditione, quod si ipse vel alius pro eo non veniret ad terminum
15 suprascriptum, procedetur in casu predicto, sicut vobis videbitur iustum esse.

de parte . . . . . alii
de non 14
non sinceri. 6

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 149 t.°).

696.

20 1416, 14 septembris.

Quod Victor Verde, et Johannes de Nicolao, patroni duorum maranorum Corphoy habere debeant yperpera ducenta pro quolibet in anno, et ratione anni cum conditione ibi notata.

Ser Ermolaus Dalmario caput de XL, ser Dardi Delphino, sapiens ordinum.
25 Capta. — Cum captum fuerit alias in isto consilio, quod in collegio domini, Consiliariorum et capitum de XL ac sapientum utriusque manus eligi deberent duo patroni duorum maranorum Corphoi, qui fierent cum salario et conditionibus, quibus esse solebant alii patroni maranorum qui per antea fuerant in Corphoi, quod quidem salarium dicebatur esse iperperorum CC in anno pro quolibet ad annum
30 curentem, que solvuntur per comunitatem de inde, Et vigore dicte partis facta fuerit proba in dicto collegio de duobus patronis et remanserit Victor Verde et Iohannes de Nicolao, qui sunt homines utilissimi, et apti quantum plus esse possent, qui quidem Victor Verde ivit illuc Sed alius recuset, quia asserit intellexisse, quod solvitur talibus patronis solumodo pro tempore quo vadunt extra cum dicto ma-

Digitized by Google

rano in servitiis comunis, Unde considerato quod veniret stare per totum annum occupatus, tam si navigaret quam non, et haberet tantummodo salarium pro tempore quo navigaret quod posset esse minimum quid, ita quod vivere non posset cum eius familia, Petierit devotissime, quod declaremus eidem voluntatem nostri dominii super hoc, quia nullo modo vivere posset cum sua familia per modum predictum; Cumque sit necessarium pro casibus qui occurrere possent habere illic homines fidos et aptos, sicut est ipse Johannes, qui est optimus marinarius et boni intellectus et valens de persona; Vadit pars, Quod secundum intentionem huius consilii que fuit, quod quilibet eorum haberet iperpera ducenta in anno declaretur, quod suprascriptus Iohannes et alius patronus habere debeant iperpera ducenta pro quolibet in anno et ratione anni, Cum hac conditione, quod illo tempore quo non irent cum maranis, debeant attendere ad conservationem et regimen maranorum, arnexiarum illarum et illas facere consignari et regulari per modum, quod continue sint in bono puncto, et termino ne devastentur, et ulterius debeant secundum mandata regiminis nostri de inde operari personas suas in operibus et aliis occurrentibus de inde, per modum quod non veniant ad habendum frustra salarium suum predictum, sed continue sint occupati in nostris servitiis, ut est justum et debitum.

de parte . . . . . omnes alii
de non 1
non sinceri 2

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 163 t.°).

697.

1416, 14 septembris.

Cum poneretur de scribendo regimini Corphoy, Quod si aliquis Turchorum missorum ad Insulam Corphoy voluerit aufugere, et caperetur, debeat suspendi per gulam etc. Captum fuit de non.

Ser Ermolaus Dalmario caput de XL.

Cum fuerit ordinatum, quod quinquaginta de illis captivis armate Turchorum, qui debent conduci in Candidam, mitti debeant Corphoi pro operibus et aliis servitiis nostri comunis, qui quidem captivi debeant ibi in Corphoi teneri et conservari, sicut in parte continetur, verum ne habeant modum aufugiendi, Mandetur ultra id quod captum est, Regimini nostro Corphoi, quod si aliquis predictorum voluerit aufugere et caperetur, debeat suspendi per gulam, et si aliquis patronus, seu aliquis alius deviaverit aliquem de predictis, et illum conduxerit extra Insulam debeat stare uno anno in carceribus, et perpetuo esse bannitus de Insula predicta, Et hoc faciat per Insulam publicare ad terrorem omnium, Providendo ipsis captivis de eorum victu, sicut dicto Regimini videbitur.

de parte . . . . . 22 de non . . . . . 29 non sinceri 11

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 164).

Digitized by Google

698.

1416, 29 octobris.

Commissum baiulo et capitaneo, et.... consiliariis Corphoi, et.... successoribus suis, quod sub pena ducatorum V centum in suis propriis bonis, debeant effectualiter observare partem alias captam de murari faciendo burgum Corphoi.

Ser Quintinus Taiapietra, ser Hermolaus Dalmario, ser Nicolaus de Musto, capita de XL.

Capta. — Cum alias in 1414, die X.° Martii captum fuerit in isto consilio, quod burgus Corphoi deberet murari, incipiendo a turri portus, ubi stat consiliarius eundo seu tirando versus montem Iudeorum per marinam Fatiendo ipsum murum altum cum merlis, passibus quatuor cum dimidio, et grossum pedibus quinque Dimittendo unum callem inter domos et murum, qui fieret de passibus duobus accipiendoque ipsum montem Iudeorum intus etc., prout in ipsa parte continetur, Que pars non observatur, et bonum sit providere pro fortificatione dicte civitatis, quod dictus burgus debeat murari; Vadit pars, Quod mandetur baiulo et capitaneo Corphoi, et consiliariis suis, et successoribus suis, quod sub pena ducatorum V centum in suis propriis bonis debeant effectualiter dictam partem, prout iacet, observare, cuius pene tertium sit accusatoris si fuerit, tertium sit comunis, et reliquum tertium sit advocatorum comunis, quibus hec comittantur. De qua pena non possit Rectoribus contrafacientibus fieri gratia, donum, remissio, vel aliqua declaratio, sub eadem pena, et sic procedatur de pena in penam usque in infinitum.

de parte 57
de non 5
non sinceri 1

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 167).

699.

1416, 29 octobris.

Scriptum Regimini Corphoy, quod incantari faciat pischerias Nepanti cum conditionibus ibi notatis.

Ser Quintinus Taiapietra, ser Hermolaus Dalmario, ser Nicolaus de Musto, capita de XL.

Capta. — Quia utilissimum est pro nostro dominio, Quod pischerie loci nostri Nepanti, potius affictentur de tempore in tempus, quam retineantur nomine nostri dominii, quia isto modo cessabunt multe expense, et nostrum dominium integraliter habebit debitum suum: Vadit pars, Quod scribatur et mandetur Regimini nostro

Digitized by Google

Corphoi presenti, Quod debeat in locis solitis in Corphoi facere publice proclamari, quod quicumque voluerit accipere dictas pischerias ad affictum pro duobus annis proxime incohandis die primo mensis Martii proximi de 1417, cum illismet utilitatibus, et conditionibus in totum quas habet nostrum dominium in dictis pischeriis pro parte tangente nostro dominio, et cum utilitate salinarum, que sunt in ipsis pischeriis debeat ad terminum, qui videbitur dicto nostro Regimini comparere ad incantum, quia ipse pischerie deliberabuntur plus offerenti cum conditionibus presentibus, Et ulterius teneatur emptor predictus dare idoneam plexariam, que placeat nostro prefato Regimini de solvendo affictum predictum, de sex mensibus in sex mensibus, que quidem plezaria sit nichilominus obligata, pro tota summa, et quantitate incantus, ita quod comune nostrum sit bene securum, Et debeat dictum nostrum Regimen Corphoi de hoc reddere provisum ser Bartholomeum de Anselmis, notificando eidem, quod debeat ista nostra intentione facere publicari in Patrasio, et illis partibus circumstantibus pro maiori avantagio nostri dominii. In fine vero dictorum duorum annorum debeant ipse pischerie iterato per Regimen nostrum Corphoi affictari, pro aliis duobus annis, cum conditionibus suprascriptis, Et sic de duobus in duos annos debeat observari, Et non possit ipsum Regimen in isto principio deliberare dictas pischerias pro pautioribus iperperis VIIII mille in anno.

de parte 36
de non 23
non sinceri 5

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 167 t.°).

700.

1416, 19 januarii.

Quod nobilis vir ser Vitalis Miani baiulus et capitaneus Nigropontis, pro reparatione domus habitationis sue, et pro certis aliis reparationibus et laboreriis necessario fiendis de inde, possit expendere usque ad summam ducatorum IIII centum.

Consiliarii.

Capta, — Cum alias tempore quondam nobilis viri ser Bernardi Fuscareno, baiuli et capitanei Nigropontis provisum et captum foret per hoc consilium, quatenus pro certis operibus, videlicet pro reparatione et cohopertura arsenatus, pro repparatione domus, et hereditatis baiuli, hac concerio sale magne et lobie, similibus laboreriis possit expendere, iuxta concessionem in duabus vicibus factam, usque ad summam ducatorum CCCC de pecunia nostri comunis, Et sicut sumus informati idem ser Bernardus cui pervenit mors non potuerit facere dictas reparationes et laboreria; Vadit pars, quod auctoritate huius consilii Concedatur libertas nobili viro ser Vitali Miani baiulo presenti, quatenus in repparatione domus habitationis sue, ac in illis operibus et laboreriis que quomodolibet cognoverint fore magis necesse et opportunum in terra nostra Nigropontis, possit expendere usque ad sum-

Digitized by Google

mam ducatorum IIII centum de pecunia nostri comuni persomonizando, quando poterit pecuniam nostram secundum quod in fidelitate sua plene confidimus.

de parte 74
de non 6
5 non sinceri 3

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 180 t.°).

701.

1416, 19 januarii.

Quid provisum est et debet observari de Insulis Tinarum et Miconarum post complementum regiminis ser Iohannis Quirino.

10 Ser Nicolaus Georgio, qui fuit Baiulus et Capitaneus Nigropontis.

Capta.— Cum ab aliquibus annis citra, observatus fuerit certus modus de insulis Tinarum et Michonarum, juxta provisiones et partes captas in hoc consilio videlicet, quod ille deberent dari pro MVIII centum iperperis in anno solvendis comuni nostro, nobili nostro qui facta proba in consilio Rogatorum haberet plures balotas 15 transeundo medietatem consilii, et quod darentur pro tempore annorum quatuor, quod factum fuit per informationem datam dominio nostro ac credendo, quod modus predictus deberet melius succedere quam primo, et cum experientia sit magistra omnium rerum, et iam annis novem, quibus Insule predicte date fuerunt et steterunt in terminis predictis cognitum sit et cognoscatur manifeste ad quantum danum et 20 detrimentum nostri comunis redundat, eo quod solebant reddere de utilitate quolibet anno iperpera IIII mille, antequam darentur hoc modo, et nunc reddiderunt in octo annis et aliquo tempore pluri iperpera VI mille que est maxima differentia, Preterea cedat ad deffectum et manchamentum nitrarum equorum et aliarum multarum rerum, de quibus rectores sibi assumunt utilitatem et merito propter onus 25 solutionis quam faciunt de iperperis MVIII centum quod vertitur ad destructionem Insularum adhuc redundat ad maximam displicentiam incolarum, qui summe gravantur de modo predicto, sed potius vellent observari debere modos antiquos solitos observari, Ad quod est penitus providendum predictis respectibus, et multis aliis rationibus, que allegari possunt; Vadit pars, Quod postquam nobilis vir, ser Io- 30 hannes Quirino, complevit terminum suorum IIII annorum de cetero non debeant plus teneri nec dari modo predicto, de IIII in IIII annis pro pretio suprascripto, sed debeat scribi et committi Regimini Nigropontis, quatenus debeat deinde eligere et mittere de anno in annum unum rectorem civem Nigropontis latinum et non grecum, eligendo per maiorem partem ipsius regiminis eo modo quo eligitur 35 rector Lorei, qui attendat et gubernet insulas predictas, et quod debeat dessignare introitus et rationes regimini Nigropontis, cum illis modis, conditionibus, et formis solitis fieri et observari antequam darentur per modum presentem. Verum debeat

Digitized by Google

tales rectores qui eligentur modo predicto dare plezariam regimini Nigropontis de iperperis II mille, pro rebus que habebunt administrare, ut sint magis prompti ad faciendum honorem nostrum et debitum suum.

de parte 59

Ser Iohannes Viadro, sapiens ordinum. 5

Vult Quod procedi debeat ad electionem unius rectoris insularum Thinarum, et Michonarum per modum et cum omnibus conditionibus solitis, sicut captum est in isto consilio, Verum pro omni bono respectu ordinetur quod ille qui remanserit rector in isto consilio, teneatur dare duos bonos et sufficientes plezios, qui acceptari debeant per collegium domini, consiliariorum, capitum, et sapientum consilii et ordi- 10 num, ad bussulos et balotas sive per maiorem partem ipsius collegii, qui quidem plezii simul cum ipso rectore sint obligati in parte et toto nostro dominio, usque ad integram satisfationem, eius quod dare deberet nostro dominio vigore affictationis predicte, Ceterum ordinetur, quod si dictus rector non solverit de anno in annum affictum nostro dominio, ad terminos suos cadat ad penam quarti, Cuius 15 medietas sit regiminis nostri Nigropontis et alia medietas nostri comunis, Et non possit de pena et capitale predictis, ipsi rectori et eorum pleziis fieri aliqua gratia, donum, remissio, recompensatio, termini ellongatio, ullo modo, vel ingenio, nec presens pars in hac parte suspendi, revocari, seu aliter declarari, sub pena ducatorum V centum pro quolibet ponente, vel consentiente partem in contrarium, De qua 20 non possit fieri aliqua gratia sub eadem pena, et sic procedatur de pena in penam usque in infinitum.

de parte 28

Ser Marcus Mauroceno, sapiens ordinum.

Vult Quod eligatur unus noster nobilis per rectorem Insularum, in nostro maiori 25 consilio per duas manus electionum in maiori consilio, probando electos ad unum ad unum, et qui habuerit plures balotas, transeundo medietatem consilii sit firmus, et habeat illudmet salarium, familiam et onus, quod et quam habet rector noster Phitilei, Per commissionem vero suam providebitur per collegium de regulando introitus et expensas nostras de inde, sicut melius et utilius apparebit. 30

de parte. 12
de non 2
non sinceri 3

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 181 t.°).

Digitized by Google

702.

1416, 26 januarii.

Ordo datus Regimini Nigropontis de recuperando frumentum, tam a parte terre firme, quam ab Insula, et de illo fieri facere de biscoto, ita et taliter quod continue habeat in munitione staria II millia biscoti.

Ser Nicolaus Georgio, qui fuit Baiulus et capitaneus Nigropontis.

Capta. — Cum sicut est notum quolibet anno comune nostrum, sive provisores bladorum, cum maxima expensa et gravedine habeant laborem providendi de biscoto, pro mittendo ad partes Nigropontis, pro subventione galearum nostrarum in casibus opportunis, et pur anno presenti provisores nostri miserint staria III mille biscoti, cuius quodlibet starium venit ducato uno sine nabulo conductum Nigropontem, Et tamen nisi provisum fuisset de inde, de faciendo biscotum galee passe fuissent maximum sinistrum, ubi fuit facta maxima quantitas biscoti, quod non venit ultra medium ducatum starii, Sed si deberemus omni anno habere laborem de mittendo, esset expensa excessiva, Et ulterius posset occurrere, quod navis aliqua, que conduceret biscotum, cum salvamento non iret, et ex inde posset sequi maximum detrimentum et galeis Insule predicte; Vadit pars, Quod pro omni bono respectu, ex nunc captum sit, quod scribatur Regimini Nigropontis, quatenus temporibus condecentibus provideat recuperare et habere de frumento, tam a parte terre firme, quam ab Insula, quia habiliter hoc facere poterit, pro faciendo biscotum, Ita et taliter quod continue ibi in munitione habeat et teneat staria II millia biscoti, et quandocumque occurret, quod sit neccesse dare biscotum galeis vel alia de causa necessaria, provideat tot staria fieri facere et reponi in munitione, quot acceperit de munitione. Ita quod continuo sit quantitas suprascripta stariorum, II mille, pro respectibus suprascriptis, Et ob hanc causam provideri debeat per regimen de inde, de faciendo construi tres furnos in illo loco habili, qui videbitur regimini, pro faciendo panem et biscotum predictum, accipiendo unum pistorem, qui ibi est, et sufficiens, et in casu ibi non esset, quod provideatur mittere unum de hinc, quia ipse cum Turchis comunis, quos instruet ad tale mesterium, bene poterit attendere ad biscotum predictum. Et ulterius pro isto principio debeant mitti per provisores bladorum ducatos M Regimini Nigropontis, pro emendo frumentum, ut non habeant laborem deinceps mittendi biscotum pro utili nostri comunis, et deffectu pecunie ista provisio tantum utilis et necessaria, possit habere meliorem executionem.

de parte . . . . . alii
de non 3
non sinceri 0

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 182).

Digitized by Google

703.

1416, 26 januarii.

Quod de cetero, de toto eo, quod exigetur de datiis capinici, sancti Andree, piscarie et salis, debeat teneri bonum computum per regimen seu camerarios nostros Nigropontis, et denarii qui exigentur non possint expendi, nisi in armamento galee Nigropontis, Et armetur ipsa galea cum modis et conditionibus ibi notatis. 5

Ser Nicolaus Georgio.

Capta. — Cum per elapsum multe provisiones facte fuerint, pro armamento galee Nigropontis que est tantum necessaria ad securitatem et conservationem Insule et hortamen fidelium nostrorum de inde, quantum plus esse potest, ob respectum 10 Turchorum, qui nisi foret galea predicta non cessarent comprimere et damnificare subditos nostros Nigropontis, Tinarum et Michonarum, ac Neapolis Romanie, Insuper non armando galeam disperdaretur marinaritia dictorum locorum, et loca relinquerentur, eo quod subditi non possent trafficare nisi cum manifesto periculo, Et licet provisiones facte fuerint sufficientes, tamen habere non potuerunt execu- 15 tionem, nec fuit armata galea, nec armatur cum modis et conditionibus qui requiruntur, Et hoc principaliter, quoniam de certis datiis videlicet Capinici, datio ser Andree, datio piscarie, et datio salis de quibus exiguntur in anno iperperos 13 mille in XIIII mille, que datia cives Nigropontis voluntarie posuerunt in civitatem et Insulam occaxione armandi galeam, et de ipsis tenebatur bonus computus 20 per cives de inde, et armabitur galea menses quinque in anno, temporibus magis necessariis, et secundum quod per regimen ordinabitur, Provisum fuit tempore nobilis viri quondam ser Johannes Alberto, quod dictorum datiorum denarii ponerentur in comune, cum intentione, quod ipsi denarii pur expendi deberent in dicta causa, et quod id plus, quo constare galea, solveretur de pecunia nostri comunis, Et 25 de hoc cives Nigropontis remansere multum contenti, Sed tamen secutum est oppositum, quoniam dicta pecunia per tempora elapsa conversa est in alias expensas, contra continentiam partis cum damno Insule et displicentia civium de inde, Et ad remedium omnium predictorum sit necessarium providere, tam pro salute Insule, quam pro bono marinaritie et subditorum nostrorum; Vadit pars, Quod de toto 30 eo, quod de cetero exigetur et habebitur de datiis suprascriptis debeat teneri per nostros rectores, sive per camerarios de inde bonus computus separatus, et quod isti tales denarii non possint expendi, prestari, nec alio modo alienari nisi in armamento predicte galee Nigropontis ad custodiam dicte Insule, sicut fuit intentionis prefatorum civium in positione datiorum dicta de causa, sub pena de baiulo et cui- 35 libet consiliario de ducatis CC pro quolibet ipsorum qui consentirent expendere, comprestare vel alio modo alienare aliquid de dicta pecunia, nisi in armamento galee et hominum ad annum currentem deputato pro illa, Et si fuerit accusator

Digitized by Google

habeat tertium dicte pene, advocatoribus tertium, et aliud tertium sit nostri comunis, Et de pena predicta non possit fieri ulla gratia, donum, remissio, suspensio, termini ellongatio, aut presentis partis revocatio, sub eadem pena, Et sic procedatur de pena in penam usque in infinitum cuilibet ponenti, vel consentienti partem, seu gratiam in contrarium. Ordo autem armandi dictam galeam esse debeat in hac forma et modo, videlicet, quod sicut Regimen Nigropontis poterat tenere usque ad numerum hominum C ad annum currentem, Sic debeat habere et tenere solum homines LXX ad annum currentem, cum salario quando servient in mari iperpera VIII in mense et in terra yperperi VI in mense, computato mense diebus XXXIII, sicut servatur ad presens, non possendo scribi aliquem nativum de Nigroponte, nec de Insula ad dictum soldum, sub pena baiulo iperperorum C, et similiter consiliariis qui scriberent, vel facerent scribi aliquem contra predicta, De qua pena non possit fieri gratia sub stricturis predictis, intelligendo expresse, quod sub penis et stricturis predictis aliquis predictorum LXX deputatorum ad galeam licet existentibus in terra, livret etiam soldum, tamen non possint ullo modo gravari, nec angarizari per baiulum et capitaneum, aut per consiliarios, nec per supracomitum galee in aliquo facto pertinente ad specialitatem ipsorum. Insuper pro aleviatione marinaritie Nigropontis, ordinetur quod baiulus et capitaneus cum Consilio X civium qui sibi videbuntur, debeant eligere LX homines de casalibus, turribus, et fortiliciis dicte Insule, qui sibi videbuntur magis apti et experti, qui homines LX debeant scribi pro hominibus de remo in dicta galea, Et sint divisi in duabus modis, videlicet 30 pro muda, et ob hoc debeant esse exempti et absoluti a datio de Capinico e del vigliatico, et ab omni angaria personali, que poneretur in dicta Insula, Debendo habere pro tempore quo servient in dicta galea iperpera VIII in mense, sicut habent omnes alii marinarii Nigropontis. Residuum vero dicte zurme debeat solidari eo modo, quo solebat fieri primo, ad tempus quo comunitas armabat, videlicet quod debeat poni banderia baiuli et capitanei in platea, et solidare voluntarie quamplures homines fieri poterit, Et si restarent ad supplendum ad armamentum galee debeat solvi et servari ordo desenarum in tali manerie, quod de tempore in tempus omnes faciant partem et voltam suam, Salvo quod sit licitum patronis gripariarum et tractarum ponere sui loco homines qui sint sufficientes et hoc pro comodo terre et mercatorum, Et quia tempore quo comunitas Nigropontis armabat dictam galeam mense computabatur diebus XXIII, sic debeat nunc servari, et similiter de diebus in quibus starent in terra in Nigroponte, tempore quo galea est armata, non debeat livrare soldum sicut fiebat tempore predicto, Verum ut quilibet habeat causam eundi libentius cum dicta galea, Debeat Regimen predictum bis in anno armare dictam galeam in illis temporibus quibus videbitur regimini fore magis necessarium, variando tempora predicta, Dando pagam duorum mensium pro qualibet vice et stando extra duobus mensibus, pro qualibet vice, et plus quantum fuerit necessarium. De ballistariis autem et naucleriis debeat etiam servari, sicut dictum est de hominibus a remo, videlicet quod ultra illos, qui volunt venire de spontanea voluntate, alii debeant cogi, si fuerit necesse per ordinem desenarum, Et hoc modo Insula continue erit optime custodita et conservata ab incursibus et damnis Turchorum.

Digitized by Google

Verum quia superius fit mentio de certis datiis que debeant deputari pro armamento galee predicte et forte pecunia ipsorum datiorum non supplebit, ex nunc captum sit, quod de introitibus Tinarum et Michonarum, debeat suppleri ad armamentum galee, pecunia cuius introitus non possit ullo modo in alio expendi, sed sit obligata ad supplementum pro illa parte, que foret necessaria ad armamentum galee.

de parte . . . . . alii
de non 1
non sinceri. 0

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 182 t.° e 183).

704.

1416, 26 januarii.

Commissum baiulo et capitaneo Nigropontis, quod de omnibus comestabilibus existentibus de inde, debeat eligere IIII.or magis probos, qui habeant pagas XX pro quolibet ipsorum, et non tenere caporales, cum soldo ibi notato.

Ser Nicolaus Georgio suprascriptus.

Capta. — Cum anno preterito tempore nobilis viri ser Nicolai Georgio qui fuit baiulus et Capitaneus Nigropontis, provisum foret ad hortamen regiminis, Quod ille IIII banderie peditum de XXV pagis pro qualibet redùci deberent in quinque banderias sub quinque comestabilibus, cum XX pagis pro banderia, et quod loco duarum banderiarum de Grecis accipi et solidari deberent tot stratioti, qui intrarent ad equalem expensam, que fiebat in duabus banderiis Grecorum, que provisio certe multum fuit utilis et secura, maxime quia ille banderie Grecorum nullius erant utilitatis, Sed ultra hoc post conflictum Turchorum adhuc dominatio nostra providerit mittere Nigropontem duas alias banderias XXV pagarum pro qualibet, que iam non erant, nec sunt necessarie, nec etiam introitus de inde tales sunt, quod possit suppleri ad tales expensas; Vadìt pars, pro utili comunis nostri, ac pro removendo expensas superfluas, Quod scribatur et mandetur baiulo et Capitaneo Nigropontis, ad quem spectat factum stipendiariorum, quatenus de omnibus comestabilibus existentibus de inde, debeat eligere IIII.or magis probos et sufficientiores, qui habeant XX pagas pro quolibet ipsorum, et non debeant tenere caporales, quia non sunt necessarii, Et sicut ipsi comestabiles habent libras XLV in mense de soldo, quod est nimis in ipsis partibus habere debeant solum libras XXXV in mense de soldo. Aliis autem peditibus, qui omnes debent esse ballistarii tamquam utiliores dari debeant libras XIV in mense de soldo pro quolibet, Verum ex nunc captum sit, quod ordo et provisio que facta fuit de tenendo Stratiotos loco duarum banderiarum Grecorum, observari debeat et remaneat firma, ita quod ipsi scacioti *(sic)* teneri debeant eo modo et forma, quibus tenebantur tempore ser Nicolai

Digitized by Google

Georgio, nam provisio et expensa predicta fuit cognita esse utilima et proficua statui nostri dominii in Insula suprascripta.

de parte 54
de non 18
non sinceri 7

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 183 e 183 t.°).

705.

1416, 26 januarii.

Commissum Regimini Nigropontis, quod certa casalia nostri comunis debeat incantari facere ad publicum incantum cum condicionibus ibi notatis.

Ser Nicolaus Georgio, qui fuit Baiulus et Capitaneus Nigropontis.

Capta. — Cumzosia che altra volta fosse deliberado per dextro del nostro comun, e per mioramento de le nostre intrade, che le possession del nostro comun del isola de Negroponte dovesse esser per el rezimento de Negroponte affictade al publico incanto a anni XXVIIII a renovar carta, e cussi fosse observado, e fra le altre possession el casal de Lipso e de la Litada fosse delivradi a uno Brigaia Scapanello per iperperi M600 a l anno, i qual do casali per l armada de li Turchi fosse presi, brusadi, e derobadi, e quasi le aneme tute tolte, per la qual cason el dito Brigaia suplico che i diti luogi i fosse tolti da dosso, e che lui fosse deliberado dal dito incargo, e cussi fo prexo segondo la continentia di la sua supplication, si che i diti luogi sono al presente in la nostra signoria, e del sia ben trovar muodo che la nostra signoria consegua de i diti luogi qualche utilita; Andera parte, chel sia scrito e comandado al rezimento de Negroponte, che i diti luogi debia afitar a publico incanto ad anni XXVIII, a renovar con le condition cum le qual prima i eranno afitadi, salvo chel sia in libertade del dito rezimento, de poderli afitar cadaun da per si plui dextro del nostro comun, e per che el serave necessario chel luogo de la Litada se abitasse per segurta de lisola, Sia comandado ai diti rectori che in lo incanto de la dita forteza de la Litada sia zonto che tuti che vignera de fuor de l ixola ad habitar in la dita forteza sia absoluti da ogni angaria real, e personal per anni 10, azo che plui pertinentemente zascadun se disponi a vegnir ad abitar in lo dito luogo.

de parte 76
de non 1
non sinceri 2

(Reg.° 51, 1415-1416, c 183 t.°).

Digitized by Google

706.

1416, 26 januarii.

Mandatum regimini suprascripto, quod complectis fossis Nigropontis, mittat captivos et alios Turchos sclavos nostri comunis sub bona custodia ad castrum Lorei, pro cavando fossas dicti burgi.

Ser Nicolaus Georgio suprascriptus. 5

Capta. — Cum castrum Lorei, quod est super Insula nostra Nigropontis, sit principalius fortilitium ipsius Insule, et quia est super capite, Et in loco pulcherimi situs, in tantum bene habitatum est, quod vix possent plures habitationes fieri in castro, Et est certum, quod propter destructionem paesii in terra firma, et timiditatem Turchorum, multi venirent habitatum ad ipsum locum, si viderent posse ibidem 10 collocare, Et quia aperte ante castrum est quoddam planum, super quo erant alique habitationes sicut in uno burgo, que combuste fuerunt ob timiditatem Turchorum, Et quod ipse burgus non erat clausus nec fortificatus idcirco in ipsum non potuerunt se reducere nec salvari multe persone, que hac de caussa fuerunt capte, unde cum sit utile et necessarium providere; Vadit pars, quod scribatur et mandetur Regimini 15 Nigropontis, quatenus completis fossis terre Nigropontis, debeant mittere illos captivos, et alios Turchos sclavos comunis sub bona custodia ad dictum castrum Lorei, et teneri facere modum, quod predicti captivi et servi, cum illis etiam habitatoribus Lorei, qui libenter hoc facient, attendant ad cavandum et faciendum fossas circum dictum burgum usque ad muros castri, et ulterius provideant de faciendo fieri bel- 20 treschas et palaneatas ad ipsum burgum, ita quod sit in bona fortitudine et securitate, eo quod terrenum est mole, et habiliter cavari poterit et multa nemora sunt ibi prope, de quibus poterunt habere lignamina, et fieri opera predicta, claudendo taliter ipsum planum et burgum, quod in illo possint se reducere et habitare omnes qui volunt de subditis nostris, Nam in processu temporis videbitur manifeste, quod 25 locus erit plene habitatus cum utili et comodo nostro et subditorum nostrorum, Et insuper in casibus opportunis, multi de nostris subditis circa vicinis poterunt se reducere et salvari cum suis familiis et bonis ab insultibus et incursionibus Turchorum vel aliorum inimicorum, existente ipso burgo in fortitudine, secundum quod superius est expressum. 30

de parte 74
de non 1
non sinceri 2

(Reg.° 51, 1415–1416, c. 183 t.°).

Digitized by Google

707.

1416, 26 januarii.

Quod banderia missa de Nigroponte ad castrum Phitiley debeat cassari, et quod de cetero non mittatur illuc Rector de Venetiis, Sed regimen Nigropontis mittat pro rectore illius loci unum ex fidelibus nostris de inde, cum salario et conditionibus ibi notatis.

Ser Nicolaus Georgio, ultrascriptus.

Capta. — Cum inter alias principales provisiones, ad quas interest haberi solertia diligens, in qualibet terrarum et locorum nostrorum pro salute et conservatione status nostri, sit quod expense non superhabundent introitus, Ne dominatio nostra causam habeat in casibus opportunis et necessitatis dandi subventionem, cum sinistro et detrimento, Et quia sepe provisum est, de imponendo datia, pro augendo introitus, magis conveniens et laudabile est, quod expense superflue ammoveantur vel diminuantur, precipue, quando sine illis habiliter fieri potest, Et ad hanc similem conditionem sit Insula nostra Nigropontis, ad subsidium cuius dominationem nostram semper opportuerit supplere in expensis, ita quod necessarium est, taliter corigere expensas, quod Insula nostra habiliter valeat ipsas supportare; Vadit pars, et ex nunc captum sit, Quod banderia stipendiariorum, que est ad Phitileum missa de Nigroponte, debeat cassari et sic scribatur regimini predicto, committendo sibi, quod de cetero non debeat plus mitti banderiam suprascriptam, Et similiter ex nunc sunc sit captum, quod non debeat ad dictum locum plus mitti Rector de Venetiis, eo quod non est necessarium et est expensa superflua, que, tam de Rectore, quam de banderiis, ascendit summam iperperorum V mille in anno, Sed debeat scribi, et mandari Regimini predicto Nigropontis, quatenus debeat providere de Rectore sufficiente, illuc mittendo de Nigroponte pro gubernatione loci, cum salario iperperorum CCC in anno, et cum regaliis solitis et consuetis haberi per nostros rectores, et cum aliis conditionibus quibus erant rectores, qui mittebantur de Venetiis, salvo quod non possit facere sanguinem, quia nolumus quod habeat mirum et mixtum imperium, Sed in casibus occurrentibus teneatur mittere culpabiles nostro regimini Nigropontis, quod disponere debeat secundum deum, honorem nostri dominii, et debitum iuris et iustitie, Et quia pur requiritur provideri ad custodiam castri, Ordinetur, quod quando per regimen predictum Nigropontis mittetur Rector et Baiulus et Capitaneus, ad quem spectat provisio stipendiariorum, Debeat quolibet anno, quando rector ibit solidare XV balistarios, cum salario iperperorum octo in mense pro quolibet, cum firma unius anni, videlicet pro tempore rectoris, qui balistarii erunt sufficientes pro custodia loci predicti tempore pacis. Tempore autem guerre sive suspectus, Regimen Nigropontis possit et debeat providere secundum quod sibi videbitur, et sicut continue facit, quando opus est, Et hoc modo scansabitur expensa iperperorum III mille II centum in dicto castro quolibet

Digitized by Google

anno, que expensa solet solvi, et opportet solvi de Nigroponte eo quod locus nullum habet introitum.

de parte 42
de non 27
non sinceri. 5 5

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 184).

708.

1416, 26 januarii.

Quid commissum fuit regimini Nigropontis, super facto paparum et presbiterorum grecorum.

Ser Nicolaus Georgio, ultrascriptus. 10

Capta. — Cum ab aliquo tempore citra multiplicati sint et pape, et presbiteri greci in Nigroponte, quod mirabile quid est et quotidie non restat, quod alii adhuc officiuntur et faciunt se presbiteros, maxime propter esse exemptos ab angariis galee Nigropontis, et ab aliis si que occurrerent, et insuper non bene stat quod sint tot Greci presbiteri pro bono status nostri, et quod dietenus multiplicent, sicut omnes possunt considerare, Nam sunt ultra numerum necessarium ultra modum; 15 Vadit pars, quod per regimen Nigropontis, convocando apud se usque X, aut XII ex illis bonis civibus de inde, debeat examinari et videri quantus numerus presbiterorum et papa sint sufficientes pro divinis offitiis celebrandis in terra predicta, et deputato numero, non debeant nec possint elligi plures, nec in maiori numero quam fuerit deputatum, Et loco defficientium possint fieri de tempore in tempus de aliis 20 non excedendo numerum. — Verum si presbiteri presentes excederent numerum deputatum, non possit aliquis fieri presbiter, quousque non veniant ad numerum limitatum, et postea observetur ut dictum est superius.

de parte. 72
de non 1 25
non sinceri 3

(Reg.° 51, 1415-1416, c. 184).

709.

1416, 26 januarii.

Quod cancellarii Rectorum Nigropontis, qui erunt per tempora, debeant tenere protocolos suos in pergameno. 30

Ser Nicolaus Giorgio, qui fuit baiulus et capitaneus Nigropontis.

Capta. — Cum cancellarii Baiuli nostri Nigropontis, qui vadunt per tempora,

Digitized by Google

cum Rectoribus predictis, faciant multos actus notarie, de quibus rogati sunt, sicut sunt testamenta, noticie possessionum, venditiones, et alia instrumenta publica, et de ipsis testamentis, cartis et instrumentis teneant protocollos, ut faciunt notarii, in quibus tenent exempla, que reputantur auctentica, sed ipsos protocollos teneant multi ipsorum cancellariorum in bombinico, taliter quod in processu temporis in cancellaria Nigropontis, quaterni reperiuntur lacerati et frustati, propter debilitatem carte bombicine, quod vertitur ad maximum damnum et detrimentum multociens civium de inde; Vadit pars, quod de cetero observari debeat, quod omnes ipsi cancellarii, qui erunt per tempora debeant tenere protocollos suos in pergameno, ubi scribent testamenta, noticias, conditiones possessionum, et alios actus more Venetorum, sicut observant hic omnes notarii Venetiarum.

de parte 75
de non 0
non sinceri 1

(Reg. 51, 1415-1416, c. 184 t.°).

710.

1417, 5 aprilis.

Quid commissum fuit Castellanis Coroni et Mothoni pro galea de Priolis, itura ad partes Levantis.

Consiliarii.

Capta. — Cum propter nova que sentiuntur, de isto Nicolao Sampier disposito ire ad piraticam, presertim contra nostros, sit dubitandum et habendus bonus respectus ad galeam Priolam peregrinorum que vadit ad partes Levantis, que est valoris ultra C mille ducatorum; Vadit pars, Quod mandetur Castellanis Coroni et Mothoni, quod cum dicta galea illuc applicuerint debeant facere circam eius ordinate, Et si reperirent aliquid deficere ad numerum ordinatum, debeant subito providere ad supplendum omnes homines, qui deficient ad expensas galee, Et ulterius, quod secundum nova, que sentient de dictis piratis, si videbunt quod possit esse aliquod dubium dicte galee, possint addere dicte galee alios decem bonos balistarios ad expensas galee et mercationum in ea existentium, Et mandetur patrono, quod vadat primo in Candidam, et postea cum quam maiori securitate poterit, sequatur viam suam directe in Siriam.

de parte 102
de non 2
non sinceri 0

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 7 t.°).

Digitized by Google

711.

1417, 26 aprilis.

Scriptum Regimini Corphoy, quod permittat extrahere frumentum, et bladum de partibus et locis subiectis suo regimini pro conducendo illud Venetias, sub pena ibi notata.

Ser Fantinus Michael, ser Marcus Trivisano, ser Bertucius Quirino, ser Bartholomeus Nani, ser Iohannes Aimo, ser Zacharias Barbaro, consiliarii.

Capta. — Cum propter condicionem bladorum, quam omnes sciunt manifeste, providerimus scribere, multis rectoribus nostris, in diversis partibus, ut permittant extrahi blada de suis regiminibus, pro conducendo ad civitatem nostram, quorum aliqui recusant observare mandata nostra, non habendo respectum ad penas ad quas cadunt, ad quod est penitus providendum pro bono civitatis nostre, et aliarum terrarum nostrarum, quibus nos opportet dare subventionem; Vadit pars, Quod auctoritate huius consilii, scribatur et mandetur omnibus rectoribus nostris Insule Crete, Regimini Corphoy, et Regimini Nigropontis, quatenus debeant de partibus et locis subiectis suo Regimini permittere quoscumque fideles et subditos nostros qui volent, et ab eis requirent, extrahere sine aliquo obstaculo vel impedimento omnem quantitatem frumenti et bladorum, pro conducendo ad civitatem nostram Venetiarum, Et hoc sub pena cuilibet Rectorum predictorum, qui denegaret licentiam predictam et non permitteret extrahi ducatos mille in suis propriis bonis, et ulterius in pena non livrandi ullum salarium, a die quo recusaverit dare licentiam antedictam in antea, Et teneantur ipsi Rectores quando navigia caricabunt, committere patronis ut dirrecte veniant Venetias, sub pena contrabannorum, scribendo, et notificando ordinate, per contraliteras suas provisoribus nostris bladorum de quantitate carici et bladorum, et de nominibus patronorum, et super quibus navigiis fuerint caricata blada, ut non contrafiat intentioni nostre. Et committantur pene contrafacientium provisoribus bladorum exigende et exequende, habentibus partem, ut habent de aliis penis sui officii, Et habeat hec pars vigorem, a die receptionis presentis nostri mandati et literarum usque ad unum annum proxime sequentem.

de parte 98
de non 8
non sinceri 0

Scriptum fuit infrascriptis Rectoribus.

Duche et Consiliariis Crete — Rectori Canee et successori suo — Rectori Rethimi et successori suo — Rectori Sithie et successori suo — Baiulo et Capitaneo Nigropontis et successori — Baiulo et Capitaneo Corphoi et successori.

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 9).

Digitized by Google

712.

1417, 13 maii.

Quod declaretur regimen Corphoi, quod non possit deliberare pischerias Nepanti pro pautioribus VIIII mille yperperis de Patrassio.

Ser Victor Pisani, ser Orius Pasqualigo, ser Ludovicus Venerio, sapientes ordinum.

Capta. — Cum captum fuerit alias in isto consilio, quod pischerie Nepanti cum utilitate salinarum, que sunt in ipsis pischeriis, debeant affictari per regimen nostrum Corphoi, pro duobus annis, et sic successive de duobus in duos annos, Et quod in isto principio non possint deliberare illas pro paucioribus iperperis VIIII mille, sicut in parte continetur, Et dubium fiat utrum debeat intelligi de iperperis de Corphoi, que valent soldos XXX pro quolibet, aut de Patrasio que valent soldos XX, Et ex hoc regimen nostrum nullum precium adhuc reperierit de ipsis pischeriis; Vadit pars, Quod declaretur ipsi Regimini, quod intentio nostri dominii est, quod non possit deliberare eas pro paucioribus VIIII mille iperperis de Patrasio, que secundum formam partis, debeant tamen de tempore in tempus exigi per rectorem nostrum Nepanti, ut de illis possit facere expensas occurrentes, secundum formam commissionis sue. In omnibus aliis vero, pars capta super affictatione pischeriarum predictarum remaneat firma prout captum est.

de parte	105
de non	1
non sinceri	0

(Reg.° 52, 1417–1419, c. 13 t.°).

713.

1417, 17 junii.

Quod differentia sive lis existens inter ducham Zefalonie, et participes navis ser Bartholomei de Benedicto de novo committi debeat sapientibus consilii, et sapientibus ordinum.

Ser Bertucius Quirino Consiliarius.

Capta. — Cum alias pro parte domini duche Zefalonie, venisset ad nostrum dominium quidam Ambaxiator ad excusandum se de damno et derobatione facta, ob captionem navis Bartholomei de Benedicto civis nostri, et inter alia supplicaverit, ut examinatio et cognitio differentie et novitatis predicte, de qua inculpatur, committeretur certis nostris nobilibus, Et audita requisitione sua, captum foret quod factum predictum committeretur sapientibus nostris consiliis et ordinum, qui cum oppinionibus suis deberent venire ad consilium rogatorum etc., Et quia tunc non fuit

Digitized by Google

datum complementum facto differentie et novitatis predicte, Sed de novo rediit ambaxiator ipsius domini duche, qui cum instantia requirit expeditionem, et similiter requirit alia pars, videlicet Bartholomeus de Benedicto et alii participes navis, que capta fuit, cum mercationibus et rebus in ea existentibus; Vadit pars attentis predictis, et considerata requisitione facta per Ambaxiatorem dicti domini duche Zefalonie, quod sicut alias commissum fuit Sapientibus consilii et Sapientibus ordinum, sic ut factum predictum capiat finem et debitam conclusionem, de novo committi debeat hoc factum Sapientibus consilii, et ordinum, qui quia sunt optime informati, debeant examinare omnia predicta, et postea venire ad hoc consilium, cum consilio et oppinionibus suis, ut hic deliberetur et fiat conclusio in facto predicto, Et similiter intelligatur si forent aliqui alii, existentes ad similem conditionem, qui vellent conqueri pro damnis sibi illatis ab illis, et sub causa illorum de quibus suprascripti conqueruntur.

de parte 91
de non 3
non sinceri 1

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 28).

714.

1417, 1 julii.

Quod pro complemento moli Corphoi ematur illa navis vetus, que fuit Bartholomei de Benedicto.

Ser Michael Gabriel, ser Ludovicus Venerio, sapientes ordinum.

Capta. — Cum pro complemento moli Corphoi, sit necessaria una magna navis, pro afundando ibi, Et Regimen nostrum Corphoi multociens per suas literas scripserit et solicitaverit nostrum dominium, quod illuc mittatur una magna navis; Vadit pars considerata necessitate predicta, quod navis illa vetus, que fuit Bartholomei de Benedicto possit accipi, et emi pro nostro comuni, causa suprascripta pro extimatione facta de ipsa, videlicet pro libris XXIIII soldis X grossorum cum corpore navis, timone, una barca et uno schiffo, Et ex nunc sit captum, quod dicta pecunia et id quod erit necesse, pro expeditione ipsius navis de Venetiis possit hic accipi ad cambium et mitti ad solvendum per Regimen nostrum Corphoi, de quacumque pena nostri comunis, et etiam de datio vini a spina si erit necesse, ut ipsa pecunia infallibiliter persolvatur.

de parte 132
de non 3
non sinceri 0

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 31 t.°).

Digitized by Google

715.

1417, 9 julii.

Quid scriptum fuit Regimini Nigropontis et successoribus suis pro possessionibus Litade et Lipso.

Quod scribatur Baiulo et Capitaneo Nigropontis, et suis consiliariis
5 ac eorum successoribus.

Sapientes consilii et ordinum.

Capta. — Literas vestras duplicatas datas sub die XVIII mensis Maii nuper elapsi recepimus, et omnia in illis descripta intelleximus diligenter, vestram solicitudinem ex inde commendantes. Verum ad illam partem, ubi petitis declarari
10 utrum nobis placeat, quod possessiones Litade et Lipso, quas ante receptionem mandati nostri, iam affictaveratis pro annis duobus pro iperperis MCCC in anno remaneant affictate pro ipso tempore, aut debeant de novo per vos affictari ad annos XXVIIII ad renovandum formam predicti nostri mandati, vobis respondemus quod sumus contenti, quod affictatio facta per vos pro ipso tempore annorum duo-
15 rum sit firma, et valide, in fine quorum ipsas possessiones affictare debeatis ad annos XXVIIII ad renovandum secundum formam et continentiam mandati nostri suprascripti. Volumus tamen, quod nobis denotare debeatis, quantum affictari solebant ipse possessiones in anno, ante novitatem noviter factam per Turchos pro avisatione nostri dominii. Ulterius audito eo quod scribitis de recepto dato Turchis
20 in Andre, deliberavimus scribere per literas nostras presentibus alligatas ser Petro Geno nos gravando de dicto recepto, cum verbis pertinentibus et opportunis, quas quidem literas, eidem debeatis quam prestius poteritis destinare, committendo nuntio vestro, quod solicitet, et expectet responsionem suam, quam postmodum nobis debeatis prestissime destinare.

25 *Quid scriptum fuit ser Petro Geno, domino Andres, pro favore et receptu, qui datur Turchis in Andre.*

Ser Petro Geno domino Andres civi dilecto.

Sensimus non absque displicentia mentis nostre per personas veridicas, quibus est tribuenda plena fides, quod in Andre Turchis, qui descendunt ad offendendum, et
30 damnificandum Insulas, et partes illas circumstantes, datur favor et receptus, ac amicabiliter inibi pertractantur, quod quantum nostro dominio sit displicibile, ac molestum, ac cum infamia, et onere vestro, respectu malorum que sequi possent, non dubitamus vestram nobilitatem clarissime, si verum intueri velit agnoscere, Et quia istud est nostro dominio molestum quamplurimum ut prediximus, vestram
35 nobilitatem requirimus, quatenus a predictis vos penitus amovere debeatis, quia collocare non intendimus, quod Turchis per vos seu alios detur huiusmodi favor et

Digitized by Google

receptus, causis et respectibus suprascriptis, rescribendo nobis intentum vestrum, pro informatione nostri dominii per presentem nostrum nuntium, cui commissimus, quod expectet responsionem a vobis.

de parte 83
de non 15 5
non sinceri 0

(Reg.° 52, 1417-1419, c 33 t.°).

716.

1417, 16 julii.

Quod nobilis vir ser Vitalis Miani, Baiulus Nigropontis, possit emere unam galeotam, sive construi facere de inde pro suo reditu, completo termino 10 *sui regiminis.*

Ser Carosus da Pesaro, ser Andreas Contareno, consiliarii.

Capta. — Quia nobilis vir ser Vitalis Miani, Baiulus noster Nigropontis in tempore complementis regiminis sui non haberet transitum sive passagium pro possendo venire Venetias et libenter vellet anticipare tempus, Ita quod non remaneret 15 cum expensa usque reditum galearum Romanie; Vadit pars, Quod concedatur eidem ser Vitali Miani quod occaxione sui redditus possit emere unam galeotam, sive facere construi, vel fieri de inde, cum qua possit venire Venetias completo termino sui regiminis et applicato, suo successore ad regimen Nigropontis, sicut aliis multis rectoribus, similiter concessum est. 20

de parte . . . . . alii
de non 2
non sinceri. 3

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 35).

717.

1417, 19 julii. 25

Quid scriptum fuit Regimini Corphoy super facto domine Avalone.

Quod scribatur Baiulo et Capitaneo Corphoy et Consiliariis in hac forma videlicet:

Sapientes consilii et sapientes ordinum.

Capta. — Accepimus literas vestras, datas XXVII et XVIIII junii preteriti, per quas vidimus omnia, que secuta sunt de Magnifica domina Avalone, et statu suo, 30 qui pervenit ad manus Teucrorum, ac de provisione per vos facta, in armando galeotam nostram ibi existentem, pro conservatione Insule, et fidelium nostrorum, per illa maria navigantium, et de ballistariis XII, quos misistis Durachium, Et in-

Digitized by Google

super vidimus requisitionem, quam facit dicta domina, habendi de galeis nostris suis expensis, et subsidium galeote nostre, et barcharum quas vult armare de suis propriis denariis, pro procurando introitum dominii sui etc., sicut in vestris literis continetur, Unde vobis rescribimus, cum nostris consiliis rogatorum et additione, quod modi quos observastis, et provisiones, quas fecistis, tam in armando galeotam, quam in mittendo Durachium illos XII balistarios nobis valde placuerunt, et placent, et pro inde sapientiam, et solicitudinem vestram merito commendamus, Mandantes vobis, quod ad tutellam, et conservationem, locorum vobis commissorum et subditorum et fidelium nostrorum vigilare et providere totis spiritibus debeatis, sicut de virtute vestra confidimus. Ad facta autem domine Avalone volumus quod sibi dicatis parte nostra, quod tam per literas suas, quam per vestras remansimus informati de infelici casu amissionis dominii sui per Teucros occupati, et quod tali casu recepimus cordialissimam displicentiam, propter benivolentiam quam habemus ad suam Magnificam personam, et multis aliis respectibus, quos non expedit declarare. Et ad requisitionem quam facit, dicatis sibi, quod ut possit recuperare dominium suum, contenti sumus, quod possit armare galeotam et de barchis nostris suis expensis, et ire ad conferendum cum illis Albanensibus circa vicinis dominio suo, et aliis qui sibi videbuntur pro recuperatione terrarum et locorum suorum, et facere illas provisiones que sibi utiles videbuntur, quia de omni sua prosperitate et bono statu valde letabimur, Sed quia sicut ipsamet cognoscit homines, et subditi nostri ex quibus armantur galeota et barche nostre, non sunt apti nec sufficientes ad defendendum in terram contra gentes equites, et armigeras, nec ad expugnandum fortilicia, nolumus quod dicti nostri homines descendant in terram ad pugnandum, nec aliquid simile faciendum, Sed bene contenti sumus, quod conducant eam quocumque sibi placuerit, et faciant sibi omne commodum, quod poterunt, cum dictis galeota et barchis, dummodo non descendant in terram quia certi sumus, quod ipsamet considerabit, quod id quod dicimus est honestum, Et propterea in casu quo dicta domina sit contenta per modum predictum, Sumus contenti et damus vobis, cum dictis consiliis libertatem armandi dictam galeotam et barchas suis expensis, et subveniendi sibi per modos superius declaratos, portando suas insignias et non nostras, Et in hoc casu mandare debeatis capitaneo galeote et barcharum, quod nullo modo descendant in terram, nec permittant descendere homines nostros, sicut superius dictum est.

Preterea si videbitis, quod esset necesse habere subventionem civitati nostre Durachii, aut quod requireremini a Rectore nostro Durachii de subsidio, Mandamus vobis, quod detis sibi omnem subventionem, et comodum possibilem pro honore, et conservatione status nostri, sicut hactenus fecistis.

de parte 95
de non 10
non sinceri 0

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 36 t.°).

Digitized by Google

718.

1417, 7 augusti.

Capitula porrecta dominio per illos de Corono, cum responsionibus super inde factis.

Ser Nicolaus Gabriel, ser Victor Pisani, sapientes ordinum.

Capta. — Quod ad capitula presentata per nuntios fidelium nostrorum Coroni, Respondeatur, Et primo ad primum capitulum, videlicet:

Primo, Cun zo sia che per lo primo collegio fato in tempo de Messer Felipo Pisani, castellan vostro de Coron e de Modon fosse messo e fato de pagar certi incargi inusitadi per i nostri, ne per nui, del qual collegio se tegnissimo molto agrevadi, non possando pagar i diti incargi messi, E per questo mandassemo a la signoria vostra, e demandar gratia per la grande povertade nostra, e per i danni fatine per i Turchi, quello segui ora de zo non savemo, ma pur non vegnivemo agrestadi, Da puo veramente, da puochi anni in qua da nuovo vegnivemo constreti a pagar, E da nuovo mandassemo ad agrevarse del dito fato, E la vostra signoria per so clementia ne fexe gratia, comandando a l egregio homo Misser Marco Dandolo alora castellan de queli luogi che nui pagesemo el zovadego segondo uxanza, ma che quello eremo debitori da quattro anni in la ne devesse esser remesso, unde avisemo la Signoria vostra, come gratia alcuna non devien ad esser fata del dito zovadego del pagar segondo uxanza, ma lui ne ha anchora cargado plui a pagar plui zovadego de quello fo messo per lo collegio primo, ne non havemo gratia salvo per lo tempo de li quatro anni in la, per lo qual tempo semo stadi asolti, Et per tanto siando el dito incargo importabelle humelemente pregemo la vostra Serenitade se degni farne gratia de pagar segondo uxanza, la qual sta in questa forma che zaschadun che vuol tegnir buo, pagava de zovadego a la vostra signoria moza VIIII formento ogni anno, e chi non voleva tegnir buo, e tegnir vache, pagava moza IIII e $^1/_2$, Et alguni de noi che non havemo buo ne vache, ne campi da semenar, nui vegnimo messi a pagar, como quelli che ha animali, E de questo domandemo raxon a la vostra signoria, che non abiando non debiamo fir astreti a pagar.

Respondeatur, quod sumus certi quod ipse ser Marcus Dandulo fecerit bene, et legaliter debitum suum secundum suam conscientiam, Tamen ut habeant causam remanendi bene contenti, et ut nullus eorum ultra possibilitatem et facultatem suam aliqualiter pergraventur, sumus contenti in casu quo aliquis eorum se reperiret pergravatum, quod habeat de novo recursum ad castellanum nostrum Coroni, Cui scribemus et mandabimus, quod examinata possibilitate et conditione sua debeant providere ad subventionem et sublevationem dicti conquerentis, sicut justum et debitum fuerit secundum formam et continentiam mandatorum nostrorum, que sunt de inde, capta alias in isto consilio super presenti materia.

Anchor sono agrevadi de cose che mai non fo uxitade, et per lo dito Misser Marco Dandolo semo sta agravadi che i fioli de i preti, siando fioli de fameia in

Digitized by Google

casa del padre, debia far angaria personal per cason el padre non po far per la so dignitade, como sempre e uxi, ma separandosse i fioli ancora e raxon de far le fation.

Respondeatur, quod respectu quod papates et filii eorum de Mothono, astringuntur, et tenentur ad angariam personalem, sicut sciunt, nobis videtur equum, et debitum, quod dicti eorum filii cum eis in eorum domibus habitantes dictam angariam personalem facere teneantur, quia eis bene sufficit, quod eorum persone sint exempte, et habeant istam prerogativam, ultra id quod habent illi de Mothono. Verum quia ipsi nuntii asserunt habere certam gratiam a nostro dominio per quam ipsi papates et eorum filii sunt absoluti ab angariis predictis. In hoc casu ostendentibus ipsis ipsam gratiam debeat eis observari predicta, secundum continentiam illius.

Anchora un altra cossa, che ma non fo usitada, che una donna siando vilana de comun, non possa ordenar la so dota non habiando fioli, ma debia andar al so plui conzonto parentado, non dixemo de staxii de comun, se non se comprede, ho mobilia, che de quelle tal cosse, possa far quello i plaxe, como sempre le se ha ordenado.

Respondeatur, quod simus contenti eis complacere, quod ipse mulieres vilice comunis, dummodo habeant heredes et successores qui possint acquirere bona sua per successionem, possint decedentes sine filiis ordinare dotas suas bonorum mobilium, et illas dimittere quibus eis placebit, dummodo dimittant vilicis comunis, sicut observabatur in elapsum, usque ad tempus regiminis ipsius ser Marci Dandulo.

Anchora simele de i omeni de comun, che non habiando fioli, non se possa ordenar de suo comprede e mobilia, Domandemo gratia che se possemo ordenar de tuto, da staxii de commun fuora e darende caxon de aquistar roba, a sui che l altro muodo vedandosse non posser ordenarse non vegnimo aver caxon de aquistar che ampuo i testamenti nostri non da i suoi beni ad alguni forestier, ma tuto demo a parenti e amixi, i qual tuti son homeni de comun, e non perde niente la signoria, che tuto e ampuo de comun, e abiando nui questa libertade de ordenarse, nui condusemo homeni, e femene forestieri, i qual fasemo benefitio e conduxe indi vilani de comun, e per questa caxon la signoria vostra, vignera a aquistare villani assai.

Respondeatur, quod volumus quod super predictis observetur id quod est consuetum observari in elapsum.

Anchora ne tuo i nostri rectori cavali, e muli nostri, per i qual femo le fation de comun, e dagandoli nui semo angarizadi molto, avisando la Serenitade vostra, che pagemo zaschun de nui, se tegnino cavalo ho mulo ho somier iperperi II, soldi 14 a l anno, e citra de zo non de par raxonavele siemo plui angarizadi ad imprestar i anemali prediti.

Ad istud provisum fuit alias de 1414, Et propterea replicetur id quod captum fuit alias, et scribatur castellanis, quod debeat observare.

Anchora domandemo de gratia de poder aver una becharia de fuora, la chaxon e, che l e molto senestro a vegnir comprar carne in castello per lo uxo nostro, e per concier de le nostre possession, veramente cum condition che la terra de

Digitized by Google

Coron sia prima ben fornida, e non siando fornida, non habia luogo, mo al presente, che se serado l Eximilia la carne e superflua, che avanza da ogno canto, e si non fo mai tanta carne, quanta se fa al presente.

Respondeatur quod scribemus Castellanis nostris, et successoribus suis, quod secundum tempora, et necessitates occurrentes, habeant libertatem concedendi eis id quod petunt, sicut eis videbitur, non possendo eis, quod possint facere ultra unum macelum extra terram, quod fiat in illo loco, qui sit magis comodus ipsis nostris fidelibus, secundum dispositionem et mandatum rectoris nostri qui ibi erit.

Anchora nui avemo per uxanza da li nostri progenitori che cadaun pare de fameia pagava a li castelani ogni do anni gargeza, de paia pexa lire 132 un anno, e l altro seguente anno non se pagava niente, da prio fo fato che se pagasse ogni anno la mitade, che se lire LXVI, e se non pagava la paia, pagasse soldi X per le date livre 66, e al presente nui pagemo libbre 101 de paia, a chi non ha da pagar li vien tolto soldi 17, suplichemo adoncha ve digne redurne al primo stado, zoe de pagar libre 66 de paia over soldi X per la dita non la dagando.

Respondeatur, quod mandabimus Castellanis nostris, quod debeant accipere ipsas paleas secundum quod tenentur per formam sue commissionis, non aggravando, neque aggravari permittendo eos ullo modo ultra quantitatem contentam in suis commissionibus predictis.

Anchora una uxanza che li barcharuoli se adovra personalmente in li servixi de la calcinera in uno anno, e l altro anno i era asolti, E mo da puocho in qua, e messo che un anno se debia adovrar personalmente a la calcinera, e l altro anno in cadaun altro servixo, si che i xe continuo angarizadi, E per tanto supplichemo de esser reducti al primo stadio, zoe chi serve a la calcinera un anno, l altro anno seguente non sia angarizado in la parapismo.

Ad istud removetur mandatum factum alias castellanis nostris Coroni et Mothoni in 1414, per quod est provisum et ordinatum, quod debeant illi qui steterint uno anno ad calcinariam, pro alio sequenti anno aggravare in aliis laboreriis et servitiis quam minus poterint.

Anchora se per uxanza che tre vetrani de la terra, i era deputadi a presso misser lo castellan i qual nomeva vetrani de citade, et e per stimar i dani che vien fati in lo teren de spetial persone, E da la signoria non ha salario algun, e sono debitori de comun per lo so zovadego, e per la dita fadiga li vegniva remesso la mitade del so zovadego per so provision e l altra mitade pagava a comun, Mo per Misser Marcho Dandolo i se tolta la dita provision, e vien constreti a pagar tuto el zovadego como i altri, che non e coxa raxonevelle per l afano che lor ano senza algun premio, E perho degnasse la vostra signoria cercha de questo como li par zusto e conveniente proveder.

Respondeatur quod sumus contenti, quod ipsi veterani sint absoluti a solutione medietatis dicti zovatici, sicut petunt et sicut observari solebat, ante ordinem datum, per ser Marcum Dandulo, ut meliores homines sint, et eligantur in offitio suprascripto.

de parte . . . . . 80 de non . . . . . 5 non sinceri 2

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 39-40)

Digitized by Google

719.

1417. 21 augusti.

Commissio nobilis viri ser Luce Truno, destinati ad regimen Rodi, in Ambaxiatorem, pro damnificatis a Nicolao Sampier catellano pirata, in partibus Accon, et in aliis partibus.

5 Ser Leonardus Mocenigo, ser Albanus Baduario, ser Nicolaus Victuri, ser Franciscus Fuscari procurator, sapientes consilii.

Capta. — Cum sicut notum est, per quendam Nicolaum Sampier catelanum piratam, cum quadam sua cocha armata in Rodo, multa damna data et illata fuerint multis civibus et fidelibus nostris in partibus Accon, et alibi propter que damna 10 fuit, et terminatum de scribendo regimini Rodi, et requirendo, ut providere deberet ad indemnitatem nostrorum, quia si dictus pirata damnificaret nostros cives et fideles, haberemus ipsa damna eorum causa et deffectu fuisse illata, Et de mense julii proximo preterito comparuerunt ad presentiam nostram duo ambaxiatores pro parte regiminis Rodi, qui Ambaxiatores multas excusationes fecerunt ex parte 15 regiminis Rodi exponentes qualiter voluerunt habere securitatem, quod dictus Nicolaus non danificaret Venetos, Quibus Ambaxiatoribus responsio facta fuit, quod habebamus et tenebamus regimen Rodi teneri et obligatum esse ad emendam et satisfationem damnorum illatorum per dictum Nicolaum piratam civibus et fidelibus nostris, et rogavimus dictos Ambaxiatores, ut vellent cum effectu providere, 20 quod dicta damna per eos emendarentur, quia intentio nostra erat, quod civibus nostris integre satisfieret etc., Qui ambaxiatores cum dicta nostra responsione recesserunt, Et necessarium sit super hoc facere provisionem, ut dicti cognoscant nos esse dispositos, quod civibus nostris per eos satisfiat; Vadit pars, Quod committatur nobili viro Luce Truno, ituro consuli nostro Damasci, Quod comparere debeat ad 25 presentiam dicti regiminis cum commissione infrascripta.

Nos Thomas Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum etc.—Committimus tibi nobili viro Luce Truno dilecto civi et fideli nostro, ituro de nostro mandato Consuli Damasci, quod cum applicueris in partibus Rodi, comparere, debeas cum nostris literis credulitatis quas in tuam personam, tamquam in nostrum Ambaxiatorem fieri fecimus coram 30 regimine Rodi, Cui presentatis literis predictis credentialibus, et facta amicabili salutatione et oblatione, cum verbis pertinentibus et necessariis, debeas dicere, et exponere, Quod sicut dicto regimini notum est in hieme elapso quidam Nicholaus Sampier cathellanus pirata, cum quadam sua navi, armata in Rodo multa damna intulit civibus et fidelibus nostris in partibus Accon et in aliis partibus occasione, quorum 35 dannorum circa finem mensis Julii elapsi fuerunt ad presentiam nostram venerabilis et religiosus vir frater Tomas Schipuit, turchipulerius conventus Rodi, et sapiens vir Guifredus Calvi Ambaxiatores sui, qui pro parte sue Reverende paternitatis nostro dominio excusationes suas fecerunt super facto predicti pirate, et

Digitized by Google

quod voluerunt habere securitatem, quod dictus Nicolaus non danificaret cives et fideles nostros, Quibus ambaxiatoribus responsionem fecimus, quam non dubitamus sue paternitati denotaverint, Sed nichilominus volumus quod Reverendo patri domino et locuntenenti et Regimini Rodi dicere debeas, quod informati sumus a Rectoribus nostris Crete, quod sua paternitas et Regimen Rodi, habuerunt, quod 5 dictus Nicolaus Sampier pirata iturus erat ad cursum contra Venetos, et hoc rationabiliter dictum regimen credere debebat, quia sciebant eumdem Nicolaum primo cepisse, quandam nostram navim, cuius erat patronus Nicolaus Lambardo, et postea capitaneus nostrarum galearum Baruti cepisse navim Nicolai Sampier predicti, postque dictum nostrum Regimen Crete, de omnibus sicut eis notum est, informavit pa- 10 ternitatem suam, ut vellet ad hoc providere, Et nos etiam informati de hoc, multum condoluimus et displicentiam sensimus, quod religio sua, qui positi sunt ad obstandum infidelibus, tamquam veri christiani, promiserint dictum Nicolaum piratam suam navim armare in Rodo, pro eundo ad piraticam contra christianos, et potissime contra nostros, et scripsimus dicto regimini Rodi condolentes de hoc, quia notissimum est 15 toti mundo, quot labores et expensas iamdiu passi fuimus, et singulis annis patimur, ad reprimendam rabiem et potentiam infidelium contra christianos, et ad securitatem et conservationem libertatis maris, et declaravimus eis per literas nostras predictas, quod si dictus Nicolaus processisset aut procederet ad damna nostrorum, reputaremus dicta damna ab eis procedere, Et sicut sue paternitati notum est, idem 20 Nicolaus Sampier pirata, cum dicta sua navi armata in Rodo ubi habuit receptum, et victualia necessaria, damnificavit cives et subditos nostros, accipiendo multas mercationes et bona nostrorum civium et fidelium, et unam nostram cocham vias conduxit, sicut eis plenissime notum est, Et quia propter receptum datum dicto Nicolao pirate et subsidia habita in Rodo, de victualibus et aliis rebus necessariis, 25 et in permittendo eundem dictam suam navem in Rodo armare, habemus et tenemus dictum regimen Rodi teneri et obligatum esse, ad emendam et satisfationem dannorum illatorum per dictum Nicolaum piratam, civibus et fidelibus nostris predictis, que damna ascendunt ad summam ducatorum XIIII mille III centum XXXIII, secundum veram examinationem factam per provisores nostri comunis, qui ad 30 talia secundum ordines nostros sunt deputati, Et rogamus dictum Reverendum patrem dominum locumtenentem et regimen predictum Rodi, ut vellint cum effectu providere, pro conservatione amoris et amicitie inter partes, quod dicti ducati XIIII mille III centum XXXIII eisdem nostris civibus persolvantur, quia si sic facient, facient debitum suum, et nostrum dominium habebit causam remanendi contentum, 35 Et cum istis et aliis verbis et rationibus que tue sapientie videbuntur, debeas instare et solicitare de habendo satisfationem predictam.

Et si dictus dominus locumtenens, et regimen Rodi, tibi responderent, audita requisitione tua, considerato quod voluerunt habere plezariam a Nicolao predicto, quod providebunt ad satisfationem nostrorum, sed dictam satisfationem ita cito 40 facere non possent, quia opporteret eos esse cum pleziis per eos acceptis, in isto casu, respondere debeas, quod sumus contenti differre, usque reditum galearum nostrarum Baruti, in quarum reditu in Rodo sumus contenti, quod dictos denarios dare et consignare debeant nostro nomine capitaneo galearum nostrarum predicta-

Digitized by Google

rum Baruti, et circa hoc dare debeas ordinem necessarium, cum capitaneo nostro predicto, ut dictos denarios in reditu suo habere possit.

Et si dictus locuntenens et Regimen predictum tibi diceret, quod in quantitate damnorum predictorum computari debent sachi 46 gothoni, qui sunt in partibus Sicilie, consignati in manibus nostrorum per sotium dicti Nicolai Sampier, Respondere debeas, quod veritas est, quod dicti sachi consignati fuerunt in manibus nostrorum, qui erant in partibus Sicilie, per sotium dicti Nicolai Sampier, quos noluimus inde extrahi facere, pro non derogando iuribus civium nostrum damnificatorum, sed postquam sunt contenti emendare dana predicta, placet nobis quod dicti sachi per nostros danificatos acceptentur, et quod ponantur ad computum dannorum suorum, et defalcetur de dicta quantitate ducatorum XIIII mille III centum XXXIII ad que ascendunt damna predicta, illa quantitas, que intrat in sachis predictis ad rationem ducatorum XXVI pro sacho quolibet, sicut posuimus alios, Et si dictum regimen tibi non faceret mentionem de sachis predictis, et venires ad concordium cum eis volumus, et illos cum sachis eis facias mentionem, et quod ponantur ad computum predictum quod dictis voluntate sua mittemus acceptum.

Verum si peterent maiorem terminum ad faciendum, et satisfactionem damnorum predictorum, Sumus contenti quod condescendere debeas ad faciendum eis illum terminum, de quo poteris esse in concordio, dummodo non transeas terminum duorum annorum, sed a duobus annis infra, sicut melius poteris.

Si vero dictus dominus locuntenens et Regimen Rodi tibi responderent non esse obligatos, nec teneri ad emendam et satisfationem dictorum dannorum vel alias excusationes facerent, per quas videres ipsos non esse dispositos facere dictam emendam et satisfationem, Dicere et respondere debeas, Quod de tali responsione sua nostra dominatio remanebit male contenta, quia ipsi vident clare teneri ad dictam emendam et satisfactionem faciendam propter plezariam per eos acceptam. Sed quod non vis talem responsionem acceptare, et vis quod habeant respectum, usque redditum galearum nostrarum Baruti et respondere capitaneo nostrarum galearum, qui capitaneus illuc accedet, pro dicta responsione habenda.

Insuper habita responsione a dicto Regimine per quam videres, quod se excusarent, et non essent dispositi dictam emendam et satisfationem facere, debeas cum illo dextro modo, qui tibi videbitur, informare mercatores nostros ibi existentes, Quod si in reditu capitanei nostri galearum Baruti dictum regimen non erit secum in concordio habet in mandatis faciendi infra certum terminum de inde levare mercatores cum mercationibus et bonis suis.

Fecimus tibi dari copiam omnium damnificatorum, et dannorum particulariter, pro tua informatione, ut videre possis quibus et quibus causis facta sunt damna predicta, Sed tamen volumus quod dicto Regimini Rodi requiras solum sumam dictorum damnorum que est sicut predicitur ducatorum XIIII mille III centum XXXIII, grossorum XIII, et soldorum VIII ad aurum, quia si veniretur ad illas particularitates esset causa altercationis et longitudinis, Sed tamen si pur videre vellent dicta damna particulariter, sumus contenti quod illa eis ostendas, sicut in infrascripta copia continetur.

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 41).

Digitized by Google

720.

1417, 1 septembris.

Commissum Baiulo et Capitaneo Corphoy, et consiliariis suis, quod debeant solutionem facere de denariis acceptis ad cambium hic Venetiis a ser Nicolao Coppo, et ser Daniele Zono nomine nostri comunis, ad terminum notatum in litera cambii ad rationem soldorum CXX de tornesiis pro ducato.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum sapientes nostri ordinum, nomine nostri comunis, acceperint ad cambium a nobili viro ser Nicolao Coppo, sive a suo commisso hic Venetiis, et a ser Daniele Zono ducatos VII mille, debendo mittere ad solvendum, et ad faciendum solutionem in Corphoy de ipsa pecunia, ad rationem soldorum CXX de tornexiis pro ducato, que ascenderent libras IIII mille XX, et baiulus noster cum consiliariis, recuset facere solutionem, ad dictam rationem, et per modum contentum in litera cambii; Vadit pars, Quod committatur auctoritate huius consilii Baiulo et Capitaneo Corphoy et consiliariis, quatenus debeant facere ad terminum notatum in litera cambii bonam solutionem de dicta pecunia ad rationem soldorum CXX de tornexiis pro ducato illis personis et sicut continetur in litera suprascrita.

de parte	123
de non	0
non sinceri	1

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 44).

721.

1417, 26 octobris.

Scriptum Regimini Corphoy, quod restituat frumentum retentum de inde, mercatoribus quorum est, et quod de cetero non retineat quicquid de frumento, quod illuc conduci facient mercatores nostri, conversantes in partibus illis.

Consiliarii.

Cum comparuerint ad presentiam nostri dominii mercatores conversantes in partibus Corphoy, exponentes quod Regimen nostrum Corphoy, de frumento quod de partibus terre firme conduci fecerant Corphoi, pro faciendo postmodum illud

Digitized by Google

conduci Venetias accepit certam partem, dicendo velle illud per uxum terre nostre Corphoy, Et propterea supplicarunt ut dignemur mandare dicto Regimini, quod restituat eis frumentum suum, ut de illo facere possint voluntatem et dispositionem suam et de cetero se abstineat a similibus novitatibus; Vadit pars, Quod mandetur Regimini nostro Corphoi, quod debeat frumentum retentum hucusque seu illam partem, que est ibi et pecuniam extractam de frumento vendito restituere predictis nostris civibus, ut de illo facere possint secundum voluntatem, et dispositionem suam, Non retinendo de cetero quicquam de frumento, quod illuc conduci facient ullo modo: Si vero pro usu et subventione civitatis Corphoi ipsum Regimen habeat necessitatem frumenti, provideat sibi sicut sibi videbitur, non impediendo ullo modo mercatores nostros neque frumentum quod debebit conduci Venetias.

de parte . . . . . alii
de non 2
non sinceri. 1

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 51 t.°).

722.

1417, 13 januarii.

Scriptum ser Bernaboni Lauredano militi provisori et oratori in partibus Achaye, quod debeat reverti Venetias.

Ser Nicolaus Pisani, ser Hermolaus Dalmario, ser Franciscus de Garzonibus, ser Secundus de Pesaro, sapientes ordinum.

Capta. — Quia amodo non est necesse, quod vir nobilis ser Bernabos Lauredano miles provisor noster in partibus Amoree, stet ibi cum illa expensa, de qua est bonum alleviare nostrum comune aliis infinitis expensis gravatum; Vadit pars, quod scribatur et mandetur dicto ser Bernaboni, quod debeat reverti Venetias, cum primo sufficienti passagio, quod habere poterit, de novis et conditionibus illarum partium plenarie informato, Non possendo ibi differre ad longius, nisi usque ad reditum galee Venerie presentialiter iture Barutum, Sed veniendo ante si poterit habere passagium sufficiens, Et si ulterius distulerit non debeat livrare aliquod salarium.

de parte . . . . . alii
de non 5
non sinceri. 4

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 67).

Digitized by Google

723.

1417, 13 januarii.

Elargatum quod sete et grane de Patrassio, et illarum partium conducte Corphoy possint conduci Venetias, tam cum navigiis armatis, quam disarmatis, cum condicionibus ibi notatis. Captum fuit de non.

Ser Blaxius Venerio, caput de XL, ser Nicolaus Victuri, sapiens consilii, ser Nicolaus Piani, ser Hermolaus Dalmario, sapientes ordinum.

Capta. — Quia multe sete de Patrassio facte sunt pro Venetiis anno presenti, et etiam grane, que propter dubia coche catellanorum, que se nutrierunt in aquis Amoree, et etiam propter mala et fortunalia tempora, conduci non potuerunt tali tempore ad scallas, quod conduci potuerint Venetias cum nostris galeis, Et est pium dare subventionem nostris mercatoribus, quod dictas setas et granas Venetias conduci facere possint; Vadit pars, quod elargetur et concedatur, quod omnes sete, et grane de Patrasio, sive illarum partium, Que conducte fuerint Corphoum usque diem decimum mensis decembris elapsi, possint conduci Venetias, tam cum navigiis armatis, quam disarmatis, portando literas nostri regiminis Corphoi, quod dicte sete et grane portate fuerint Corphoum ad terminum suprascriptum debendo dictas setas et granas si conducte fuerint cum galea armata, solvere illud nabulum quod solvissent galeis mudarum, cum quibus venissent, cuius nabuli medietas sit comunis et reliqua dicte galee, Et si conducerentur, cum navigiis disarmatis debeant solvere illud nabulum totum quod solvissent galeis armatarum, cuius nabuli duo tertia esse debeant nostri comunis, et residuum dictorum navigiorum, Et si sete Venetias fuerint delate contra ordinem supradictum debeant haberi et tractari pro contrabanno.

de parte 33
de non 49
non sinceri 2

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 67).

724.

1417, 29 januarii.

Cum poneretur, de elargando, quod omnes sete et grane de Patrassio, sive illarum partium, conducte Venetias, possent cum navigiis armatis et disarmatis. Captum fuit de non.

Ser Nicolaus Victuri, sapiens consilii, ser Nicolaus Pisani, sapiens ordinum.

Cum pridie posita fuerit quedam pars in isto consilio, quod fieret gratia aliquibus civibus nostris possendi facere conduci Venetias aliquas setas de Patrasio

Digitized by Google

et granas, que propter dubia coche Catellanorum que se nutrivit in aquis Amoree et etiam propter malia et fortunalia tempora conduci non potuerunt tali tempore ad scallas, quod conduci potuerint cum galeis nostris etc., ut in ipsa parte continetur, Que quidem pars capta non fuit, Et modo nuper dicti cives nostri coram nostro dominio comparuerint, exponentes quod suscipiunt in maximum damnum, et iacturam in non parva pecunie quantitate nisi eisdem subveniatur, propter quod hnmiliter supplicaverint ut nostrum dominium dignetur providere, et ipsis subvenire, ne tantum damnum et iacturam patiantur in preiuditium, non solum eorum, sed etiam eorum familie, et multarum aliarum personarum viventium sub ipsis, Et pium et humanum sit civibus et fidelibus nostris subvenire, et presertim his, qui iustam causam fovent, ut in tanto eorum preiuditio non remaneant; Vadit pars, quod elargetur et concedatur quod omnes sete et grane de Patrassio sive illarum partium, que conducte fuerunt Corphoum, usque dies octo mensis decembris elapsi, possint conduci Venetias, tam cum navigiis armatis quam disarmatis, portando literas nostri regiminis Corphoi, quod dicte sete et grane portate fuerint Corphoum ad terminum suprascriptum, Debendo dictas setas et granas si conducte fuerit cum galea armata solvere illud nabulum, quod solvissent galeis mudarum, cuius nabuli medietas sit comunis, et reliqua medietas sit dicte galee, Et si conduceretur cum navigiis disarmatis, debeant solvere illud nabulum totum, quod solvissent galeis armatarum cuius nabuli duo tertia esse debeant nostri comunis, et aliud tertinm dictorum navigiorum.

de parte 38
de non 61
non sinceri 12

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 74 t.°).

725.

1417, 17 februarii.

Scriptum Regimini Corphoy, quod observet partem alias captam circa factum frumenti mercatorum conducti Corphoy, et quod non debeat dare pretium aliquod frumento ipsorum mercatorum, Sed permittat, quod mercatores quorum erunt frumentum vendant, et faciant pretium ipsius frumenti.

Quod scribatur Regimini Corphoy in hac forma:

Consiliarii.

Capta. — Cum comparuerit ad presentiam nostram vir nobilis ser Andreas Gabriel cum querela exponens, quod cum misisset ad emendum infra terram certam quantitatem frumenti, pro conduci faciendo ad civitatem nostram Venetiarum, quod frumentum cum conductum fuisset Corphoi, vos certam partem ipsius frumenti retineri fecistis, asserens quod ipsum volebatis pro usu terre nostre Corphoi, et quod vendi facitis et fecistis illud pro soldis LXVI, quod emit soldis Centum et inde

Digitized by Google

supra, de quo valde miramur, quoniam, est contra formam et tenorem cuiusdam partis capte in nostris consiliis Rogatorum et additionis die XXVI mensis octobris proximi elapsi, Quam inferius vobis mittimus presentibus annotatam, fidelitati vestre mandantes cum predictis nostris consiliis, quatenus ipsam partem prout iacet executioni mittere, et observare debeatis. Verum si ipsa terra nostra Corphoi eget frumento providere debeatis per viam terre firme, aut aliter per modum, quod ipsa terra nostra non patiatur penuriam frumenti, Sed si pur non haberetis modum de habendo frumentum aliunde, quam de frumento conducto Corphoy, quod esset mercatorum nostrorum, volumus et sic est nostre intentionis, quod permittatis, quod nostri mercatores, quorum erunt frumentum, vendant et faciant pretium frumenti, de illa quantitate quam voletis pro necessitate terre nostre Corphoi, prout dictis mercatoribus videbitur, et placebit, non impediendo vos, de faciendo, et constituendo aliquod pretium circa venditionem dicti frumenti.

de parte 67
de non 0
non sinceri 1

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 78).

726.

1418, 4 aprilis.

Nobilis vir ser Nicolaus Coppo potestas et Capitaneus Neapolis Romanie possit investire pecuniam sibi superabundantem de suis equis salario et aliis rebus suis.

Consiliarii.

Capta. — Quod concedatur nobili viro ser Nicolao Coppo potestati, et Capitaneo Neapolis Romanie, sicut alias concessum fuit nobilibus ser Octaviano Bono ser Francho Caucho, et aliis qui fuerunt in dicto regimine, quod per unum mensem ante complementum sui regiminis ipse possit investire, et investitam Venetias conducere illam pecuniam, que sibi superabundavit de suo salario ab expensa et equis sui regiminis.

de parte 118
de non 14
non sinceri 14

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 85).

Digitized by Google

727.

1418, 7 aprilis.

Quod devetum factum alias mercatoribus habitantibus et trafficantibus in Rodo revocetur ac possent ibi morari et trafficari.

Sapientes consilii.

5 Capta. — Cum de anno proxime preterito, sicut omnibus notum est, mandari fecerimus per Capitaneum nostrum galearum Baruti omnibus mercatoribus nostris existentibus Rodi, quod cum personis et rebus suis usque per totum mensem aprilis recessisse de Rodo in casu quo nobilis vir ser Lucas Truno tunc iturus Consul Damasci non obtineret nostram intentionem secundum formam sue commissionis, 10 quam sibi dederamus super facto emende et satisfactionis requirende a Reverendo patre domino locumtenente et Regimine Rodi, de et super damnis datis et illatis mercatoribus civibus, et fidelibus nostris in partibus Accon, et alibi per Nicolaum Sampier catellanum piratam, et ita predictum mandatum nostrum secutum est, sed de inde venerunt ad presentiam nostram oratores conventus Rodi pro dicta causa, 15 et tandem remanserunt nobiscum in compositione et concordio, et sit bonum et pium providere, quod pretextu prelibati mandati et devoti mercatores nostri predicti non sinistrent sua negotia pro recedendo de Rodo, ut eis mandatum est, et quod tam ipsi, quam alii nostri praticantes ibi non perdant traffica sua in dicto loco; Vadit pars, quod dictum mandatum et devetum alias, ut predicitur tercium 20 nostris mercatoribus, et omnibus aliis nostris ibidem trafficantibus et commorantibus, revocetur sic quod possint illuc ire ac ibi morari, trafficare et facere sicut faciebant ante devetum suprascriptum reddendo ipsos de revocatione huiusmodi et intentione nostra et concordio previsos per quirinam galeam presentialiter ituram versus illas partes, ut ipsi sciant, quid facere debeant.

25 de parte. . . . . omnes

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 86 t.°.)

728.

1418, 12 aprilis.

Quod in complacentiam Castellanorum Coroni et Mothoni, mittatur illuc magister Iacobus de Adria cirugicus cum salario et conditionibus solitis, loco 30 *cuiusdam magistri cirugici ibidem nuperrime defuncti.*

Consiliarii.

Capta. — Cum Castellani Coroni et Mothoni et similiter Orator ac Provisor ibidem significaverint nostro dominio, quod cum Ciroicus Mothoni migraverit ab

Digitized by Google

hoc seculo, ille locus stat non bene sine Ciroico, propter casus quotidie occurrentes, et Supplicent parte illorum civium, ut dignemur eis de uno Ciroico providere, ac secundum eorum scribere, videatur quod haberent valde gratum si possent habere quemdam magistrum Jacobum de Adria qui alias stetit ibi, Et idem magister Jacobus presentialiter sit Venetiis, et reverteretur libenter ad serviendum predictis civibus nostris; Vadit pars, quod in eorum complacentiam idem magister Iacobus mittatur illuc, cum salario et conditionibus consuetis.

de parte . . . . . alii
de non 0
non sinceri 4

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 88).

729.

1418, 21 aprilis.

Provisio facta, pro conservatione castri Nepanti, et quid scriptum fuit regimini Corphoy, circa dictam provisionem fiendam.

Ser Hermolaus Dalmario, ser Secundus de Pesaro, ser Marcus Mauroceno, ser Michael Barbadico, sapientes ordinum.

Capta. — Quia turris noviter constructa ad portum Nepanti, est magna conservatio illius loci, si sit bene custodita, et stando sine custodia non posset stare peius; Vadit pars, quod scribatur et Mandetur regimini nostro Corphoi, quod debeant de fidelibus nostris eligere, et facere unum capitaneum, qui sibi melior appareat, cum soldo librarum XXIIII in mense, pro sua persona, et ballistarios quatuor sufficientes et bonos cum soldo librarum XVI in mense pro quolibet, sicut habent alii ballistarii, qui sunt in Nepanto, et dare eisdem pagas trium mensium, mittendo eos ad obedientiam nostri rectoris et provisoris Nepanti. Et quando dicti capitanei et ballistarii illuc fuerint, habere debeat capitaneus libras XXIIII de Nepanto, et ballistarii libras XVI pro quolibet in mense, et ratione mensis, stando in turri predicta ad custodiam eiusdem, et habendo solutionem suam a camera Nepanti.

de parte . . . . . alii
de non 6
non sinceri 3

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 89).

Digitized by Google

730.

1418, 24 maii.

Quod scribatur in recommendationem Ambaxiatoris domini duche Zeffalonie domino Pape, sicut a nostro dominio requisiverit.

Consiliarii.

5 Capta. — Cum Magnificus dominus Ducha Cefalonie, qui se intitulat Karolum dispotum Romeorum nos rogari fecerit per quendam Ambassatorem ut cum ipsum mittat ad presentiam summi Pontificis pro recommittendo se sue Serenitati, Dignaremur eundem dominum per nostras literas recommendare apostolice Sanctitati; Vadit pars, quod cum idem dominus sit civis noster scribatur in recommendationem 10 suam prelibato summo pontifici, in illa levi forma, que videbitur convenire, tamquam pro amico et cive nostro.

de parte . . . . . omnes

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 92 t.°).

731.

1418, 11 junii.

15 *Capitula cum responsionibus porrecta dominio per Ambassatorem domini Imperatoris Iuvenis et domini despoti.*

Ser Leonardus Mocenigo, ser Albanus Baduario, ser Nicolaus Victuri, ser Rossus Marino, ser Franciscus de Bernardo, ser Bartholomeus Nani, sapientes consilii.

20 Quod ad capitula porrecta per Ambassatorem domini Imperatoris Iuveni, et domini Despoti, Respondeatur in hac forma, videlicet:

In prima per lo grando amor e stado, e sera sempre da lo Impero cum la signoria de Veniexia, avanti che nui vossemo far corer el paexe del principo nostro inimigo, se deliberassemo de farlo asaver a i castellani de Coron e de Modon, A zo 25 che eli provedesse ai so luogi, per caxon che i nostri homeni d arme non fesse dano ai luogi di nostri Amixi, E questo fo quatro di avanti, E questo fessemo per caxon, chi caxalli sono mese dadi, E per farli saver i nostri fati, i nimixi nostri se ne accorsse, e si loga lo haver e le persone, la qual cossa fo in grandissimo dano de lo haver e de le persone a la nostra zente, E questo occorse a nui per lo grando 30 amor ve aviamo, e oltra questo per lo ben che nui havevemo fato, non se volsse logar anzi stete fermi al campo a tanxar anche lo haver di nostri inimixi de man de homeni darme, e zurava che le cosse iera soe cum boxie e de quello fo trovado la verita, che i nostri homeni menava i vilani del principo, e li cognoseva le so cosse, e coloro le denegava, e cosi fo cognosudi per sperzuri, e oltra zo, Sempre

Digitized by Google

che li vegniva lo imperador, et da missier lo despoti a dir, che queste son nostre sempre i aveva tuto a complimento.

Respondeatur, quod volumus informari, de contentis in dicto capitulo, et salva reverentia dicto ambaxiatori res se habet, aliter quam exposuerit, quia castellani nostri miserunt ambassatam suam ad requirendum, quod Serenissimus dominus 5 Imperator et dominus Despoti in transitu suo cum gentibus suis, pro eundo contra inimicum suum vellet taliter et ita amicabiliter ire, quod subditi nostri, et loca non damnificarentur, qui sic facere promiserunt, et quod hoc per octo dies ante notificarent nostri castellanis promittentes nullum damnum subditis, et locis nostris inferre, et qualiter hoc fuerit observatum, ipsi domini Imperator, et dispotus sciunt 10 quia ultra derobationes et violentias factas subditis et fidelibus nostris, posuerunt in ruinam unum ex nostris casalibus vocatum Spanacori districtus nostri Coroni, et quantum hoc debeat nostro dominio displicere et gravare, dicti domini bene considerare possunt, maxime habito respectu, quod ipsi subditi, et fideles nostri, hucusque de damnis illatis ullam satisfationem habere non potuerunt. 15

Per lo fato di Albanexi, la veritade si e che a Coron fo prexi 4 albanesi i qual se andar a vender una vedella, e la si se trova uno homo, e si disse al Castellan de Coron, Questi son i albanexi che me roba, e me maza i mie porchi, e quelli fo aferadi, e impichadi subitamente, trovandosse messier lo despoti in Adrussa e lui non se degna de farli assaver alguna cossa, perho che li era so homeni, E per 20 questa caxon vene lo Imperado e missier lo despoti in grandissimo pericolo per caxon che li Albanexi fo da cerca VI mille armadi, e i era in ordene de andar a combater Chiarenza, e siando in ordine de partirse vene la nuova de Coron, chomo queli de Coron haveva fato impichar quatro albanesi, E tuti queli s ave tanto a mal, chel se messe per anemo de andar a prender tuti quelli el podesse e amazarli, 25 E lo Imperador el despoti el senti, e si messe cum tuta la soa possanza a far che li uon fesse alguna cossa, sapiando che se eli fosse andadi, serave seguido grandissimo mal, E l Imperador non volse veder l oltrazo fo fato a li suo homeni, Anzi i manda a dir de cavo, che li mettesse mente che li albanesi non li fesse dano, Ma che loro se guardasse da loro; E questo fexe per reverentia de la vostra signoria. 30

Respondetur, quod volumus habere informationem et habuimus veridice, quod illos quatuor Albanenses in capitulo suo contentos, Castellani nostri non fecerunt suspendere, occasione unius vacce, sed occasione frumenti, ordei, gothoni, pannorum de dorso, vini et aliarum rerum, per eos siccarios et raubatores manifestos ablatarum in territoriis nostris et subditis nostris, sicut clare et manifesto apparet, per 35 depositionem querelle nostrorum subditorum damnificatorum, et etiam hoc non fuit factum, quando dicti domini in actu equitandi versus Clarentiam, imo dictus Imperator erat Mucli apud Neapolim per milliaria quinque.

Per lo caso occorso a Modon contra la nostra volontade si fo, che li Albanesi non andava a Modon studiosamente per far mal, mo li andava a robar quelli del 40 principado, E si ariva largo da Modon mia otto e eli non feze alguna novitade a li nostri, E la apresso i era III cento homeni c algun soldadi, e eli se messe andar a saltar a diti albanesi segondo el comandamento, eli haveva, E i albanexi cossi tosto como li vede i diti homeni subito se leva per andar a far i so fati, E questi vostri

Digitized by Google

li anda driedo, e feri molti cavali e morto un albanexe, E vezando questo albanexi torna indriedo, e feze quelo mal non lo voiando far.

Respondeatur, quod secundum informationem quam habemus dicti Albanenses in capitulo contenti venerant ad quoddam casale dictum el Chinego districtus Mothoni, ad quod castellani nostri per aliquos dies ante, pro custodia dicti casalis, miserant certos stipendiarios nostros, qui nostri stipendiarii, videntes insultum factum per dictos Albanenses, occasione sue defensionis, se opposuerunt contra Albanenses predictos, et secutum fuit inter eos illud quod est manifestum, non deffectu nostrorum, sed deffectu dictorum albanensium, qui illuc venerant occasione damnificandi et derobandi casale predictum, quorum Albanensium fuit conductor, quidam suus grecus vocatus Coracha, Et quantum dicta novitas debeat nostro dominio displicere dicti domini sui Imperator et dispotus, satis ample considerare possunt.

Anchora li un nostro homo che abita in Modon, e si ha moier e fioli, lo qual ha nome Piero Catelan, e elo se ha fato grande amigo del principo, la qual si fo cason de la morte de molti nostri homeni, per i ferri de veretoni atosegava e per le arme dogni raxon portava a li nostri inimixi, Et anchora portava tute cosse abesognava ai zenovexi a Belveder, como, e pan e vin e tute cosse necessarie, E non solamente a loro, ma a tuti quelli savea fosse nostri inimixi, E questo Piero si ando a Chiarenza e tene muodo, e si have di nostri homeni grexi, e si li mena in ferri a Modon e se li messe in prixon, E sapudo questo da i parenti di diti prixoni, se ne ando a Modon cum el comandamento de lo Imperador cum lo so rechato, che i diti griexi fosse rechatadi, El dito Piero vezando che i dicti era vegnudi per rechatarli, el i vende subito a una nave de catellani iera la, per la qual cossa lavemo habudo in grandissimo desprexio, che intro li vostri luogi debia esser vendudi i griexi da si fato homo.

Ad hoc respondeatur super facto illius Petri Catellani habitatoris Mothoni, quod nostrum dominium de contentis in dicto capitulo nullam habet informationem, nec ullo modo credendum est, quod de locis nostris extraherentur veretoni venenati, quia non permitteremus, quod talia fierent in locis nec in terris nostris, Super facto autem grecorum, quos dicit eundem Petrum vendidisse catellanis, Similiter nullam informationem habemus, Et reddimur certi, quod si de hoc facta fuisset noticia castellanis Coroni et Mothoni, ipsi Castellani non permississent dictos grecos vendi, quia non est intentionis nostri dominii, quod talia fiant et attententur in locis nostris.

Un di nostri rebelli, lo qual a nome Lamburcho scampa de le nostre prixon, e redussesse a Napoli, e la si i fo dado recepto, e mo si e reduto a Coron, e questo si e contro la pase fesse missier lo despoti vechio.

Respondemus, Quod de factis dicti Lamburchi, nullam habemus informationem, Sed volumus informari de factis suis, et habita informatione, postea faciemus illam responsionem, que nobis videbitur, rationabilis, et honesta.

I vostri vuol edificar forteza su i nostri terreni per la qual cossa se meraveiemo, e semo certi che la Signoria vostra non lo sa, ne vora sia fato perche la raxon nol vuol.

Respondeatur, quod nostrum dominium nullam habet informationem, quod ca-

Digitized by Google

stellani nostri, aut alii nostri velint edificare aliquod fortilicium super territoriis suis, Nec est credendum, quod hoc facerent ullo modo, Sed sumus certi, quod si deliberabunt aliquod fortilicium facere pro securitate subditorum et fidelium nostrorum, illud facient super territoriis nostris, Quia aliter non facerent ullo modo, et sic dabimus eis in mandatis. 5

Nui havemo serado Eximilii cum grandissimo affano e spexa, e si volemo che tuti i nostri pizoli e grandi senta le angarie per ben de quelli che se trova dentro dal Seraio del Eximili, E a li nostri villani agrievia o scampa, e vien a li vostri luogi, e si vien acceptadi, per la qual cossa non de par sia honesto per che la guarda del Eximili e cossi utelle a vui como a nui, E li vostri villani paga a l ano 10 iperperi XXX per cadaun e li nostri paga iperperi IIII; E pero tegni muodo che nui non habiemo caxon de accetar i vostri.

Respondeatur, Quod terre, et loca nostra, sunt omnibus libera, et ad illa omnes volentes bene vivere, possunt secure venire, propterea si ad loca nostra venient subditi dictorum dominorum suorum qui sunt servi, si coram castellanis nostris 15 aliquis comparebit pro rehabendo servos suos predictos domini sui debent esse certissimi quod nostri castellani semper facient illud quod requirit iusticia, et sic a Nobis habent in mandatis, ipsis dominis suis eodem modo observantibus et facientibus de subditis nostris, qui ad loca sua se reducerent.

Per i damni dixe i vostri fo fati, dixemo che nui non volemo se non raxon, e 20 non se de creder a colui che domanda per che colui che perde un dixe che l e X Ma mete vui do, o ver tre, e nui meteremo altri tanti che conza el fato quelo sia raxon, over mande una persona sufficiente che meta mezo in ogni cossa.

Super isto capitulo respondemus, quod sicut dicto Ambasiatori notum esse potest, instantibus nostris castellanis Coroni et Mothoni, quod damna et derobatio- 25 nes date et illate per gentes dominorum suorum subditis et fidelibus nostris reficerentur et emendarentur, prout est justum, dicti domini sui miserunt unum ex suis vocatum Chiermanoli Soffiano, ut simul cum nostris castellanis videret et examinaret qualitates, et quantitates damnorum illatorum subditis et fidelibus nostris per suos Grecos et Albanenses. Qui Chiermanoli dum esset in pratica cum castel- 30 lano nostro Coroni, et cum nobili viro Bernabone Lauredano milite, provisore, et Ambasiatore nostro, superveniente novo, quod Clarentia accepta fuerat per Oliverium Francho, statim inde recessit, et post recessum dicti Chiermanoli statim in eodem die applicuit unus alter, ex parte dominorum suorum cum litera credulitatis nominatus David, Occasione videndi, et examinandi damna predicta, Qui David 35 post magna disputationem habitam de modo servando in videndo bene, et examinando damna predicta, ultimate vidit singulatim legendo, et minute examinando, tam in qualitate quam in quantitate, quam etiam in extimatione, omnia damna predicta, Que omnia approbavit et ei apparuerunt verissima, Et cum hoc recessit, et redivit ad dominos suos, propter quod non est necessarium, quod de novo dicta 40 damna videantur et examinentur, nec aliquem alium nostrum illuc mittamus, Sed rogamus dominos suos ut pro conservatione bone amicitie inter partes velint cum effectu providere quod damna predicta secundum quod scripta et notata sunt, et per dictum David approbata integraliter emendentur, sicut est justum, et facere tenentur.

Digitized by Google

Uno nostro zentilomo, lo qual a nome Soffiano meteva del so sempre in deposito a Modon e a Coron, E mo si haveva del so a Modon alguni so denari, e queli si e stadi intromessi, plaquave de comandar el dito habia el so.

Respondemus, quod nullam informationem habemus de deposito Soffiani nominati in dicto capitulo, et similiter nullam informationem habemus, quod nostri Castellani aliquam intromissionem fecerint de deposito predicto, Sed reddimur certi, quod dicti nostri castellani si aliquam intromissionem fecerunt de deposito Soffiani predicti illam fecerunt aliqua causa iusta mediante.

Anchora se meraveiemo grandemente che de tute cosse necessarie faxe bexogno per ben de tuti christiani se trova dentro del Seraio de Eximili, non havemo possudo mai haver alguna cossa da i vostri de qua, cum i nostri deneri, e a man a man, non e cossa che sia in damno de l imperio, che i nostri inimixi non l abia a complimento, Nui semo certi, chel non e vostro consentimento per che non seria ato de bon amor.

Respondemus, Quod in terris et locis nostris, omnes possunt ire, emere, mercari, et extrahere de rebus eis necessariis, quia sunt unicuique libere, et ob hoc non possumus credere, quod si voluissent emere de rebus eis necessariis, Castellani nostri eis aliquam prohibitionem fecissent, exceptis rebus necessariis pro munitione castrorum nostrorum, que nullo modo extrahere permitteremus, Nam secundum informationem nobis datam emerunt multas res, et illas extraxerunt ad libitum suum, Sed possumus bene conqueri quod hoc observatur contra nostros, Quia volentibus castellanis nostris extrahere modia IIII centum frumenti de locis dominorum suorum circavicinis loco nostro Neapolis, ad quod frumentum emendum miserant Petrum Oriol civem nostrum Coroni in quibus locis suis erat magna habundantia, et copia bladorum, nunquam potuerunt habere licentiam extrahendi frumentum predictum, Et quantum hoc eveniat in signum bone amicitie et vicinantie ipsi bene considerare possunt.

Anchora, cosi come Signoria domanda el damno fo fatto ai so homeni, cosi domandemo el simele ali nostri anche nui, che li sia refati del damno eli habudo queli sia raxon.

Dicimus, quod admirationem habemus de tali requisitione sua, quia bene sciunt, quia si per nostros aliqua damna fuissent illata subditis suis illa postulassent emendari, et refici, de quibus nullam requisitionem fecerunt Ambassatori et provisori nostro, qui multociens fuit ad presentiam dominorum suorum, nec etiam castellanis nostris, nec fuerunt requisita per David quando vidit, et examinavit damna nostrorum, propter quod satis clare comprehendi potest subditis suis nulla damna illata fuisse per nostros, quia in dictis partibus gentes armigeras non habebamus, quo possent subditos suos damnificare.

Anchora de le usanze iera da la Signoria cum el principo vechio del fato di homeni, che sel venetiani trovava el so homo al principado elo sel toleva, et e converso, de su i luogi de la Signoria senza algun contrasto volemo sia cusi.

Respondeatur sicut in capitulo septimo continetur.

Anchora vui fe comandamento a li vostri Rectori se trova in le parte de la Morea ch eli observa le condition di boni pacti fexe missier lo despoti el vechio

Digitized by Google

cum la signoria de Veniexia, a zo che la bona paxe persevera dentro l imperador vechio e fioli.

Ad hoc respondemus, quod intentio nostri dominii est cum omnibus pacifice vivere, et ideo si domini sui observabunt pacem in dicto capitulo contentam, Castellani nostri ex parte nostra illam observabunt, quia a nobis sic habent in 5 mandatis.

Anchora che sia fato comandamento a i castellani de Modon e Coron e de Napoli, che tute cosse se trova haver i Griexi ai diti luogi, e quello a i Veniciani ai nostri luogi che sia salvi, e seguri cussi per una parte como per l altra, e se ninte occorresse da Segnoria a Segnoria, che le dite cosse sia salve e segure senza 10 algun impazo, e faza le signorie como li plaxe.

Respondeatur, quod, sicut supradicimus, intentio nostra est pacifice, et quiete vivere ex parte nostra cum dominis suis, Et ita reddimur certi, quod domini sui sunt dispositi, Et propterea non est necessarium aliquid aliud promittere, quia sumus dispositi secum amicabiliter vicinare. 15

Anchora sia fato comandamento ai Rectori se trova in la Morea, che se fosse caxo, che alguna generation volesse far alguna novitade al Eximili, che tuti debia dar favor, e sovvegno cum missier lo despoti, a zo che non se perda la speranza di Christiani se trova dentro del Serraio de Eximili, E sera ben cussi per vuy, como per nui. 20

Respondemus, quod sicut domini sui scire possunt nostra dominatio, pro obstando infidelibus et Turchis, singulo anno, tam in hieme quam in estate, magnam et notabilem expensam facimus pro universali bono et comodo totius christianitatis, et sine auxilio alicuius alterius domini vel dominii, Et considerata tanta et ita notabili expensa nostra, non videtur nobis nec rationabile contribuere ad alienam 25 aliam expensam, pro custodia Eximili, nec subditos nostros gravare ad hoc, quia etiam domini sui sunt potentes per terram ad custodiam Eximili predicti.

Anchora se in caxo de novitade alguna fosse da misser lo dispoto cum el principo, o ver cum zenovexi, o cum frieri, over cum altre generation che se volesse impazar col principado, che i vostri rectori se trova in queste parte non 30 debia dar subvention alguna, ad algun de lor, de cossa sia in nostro danno et in aida de lor.

Respondemus, quod nostrum dominium nunquam fuit causa quod Ianuenses et fratres Rodi, vel alie matrones venirent ad partes Amoree, nec venientibus ad loca predicta, Castellani nostri dederunt auxilium, nec favorem, Et in quantum 35 domini sui bene se habebunt et vicinabunt cum nostro dominio debent esse certissimi, quod nostrum dominium eisdem bonam amicitiam et vicinantiam observabunt.

Anchora se in caxo che algun di nostri fesse algun fallo, che meritasse alguna pena, che tra nui Signorie i femo quello sia bene E per lo simel, el venician, che 40 sia intro i luogi nostri, como e dito.

Respondeatur, Quod nobis videtur iustum, quod si nostri subditi, aliquod delictum committent in terris, et locis dominorum suorum propter quod mereantur aliquam penam, puniri debeant secundum demerita sua, Quia si subditi sui in locis

Digitized by Google

nostris aliquid committent, propter quod penam mereantur, faciemus eos debitam penam pati, secundum quod iustitia postulabit.

Anchora uno di nostri homeni fo al tempo de missier Marco Corer siando Castellan de Modon condusse oyo et romaxe l oyo a Modon non lo possando cargar, e si paga lo commerchio de Coron iperperi LXII e fo sforzado anche a Modon e foli tolto anche altri iperperi LXII, de la qual cossa misser Marco sia domandado.

Respondemus, quod scribemus castellanis nostris, quod si ille subditus dominorum suorum solvit comerclum oleis bis, prout in ipso capitulo continetur, Providere debeant, quod illi qui fuerunt causa talis solutionis, debeant emendare dicto subdito suo damnum quod occasione dicte solutionis habuerit.

Vegnando l Imperador in la Morea cum le so galie volse andar a Negroponte e haveva su la so galia uno lo qual a nome Favalabi de Candia, che aveva fato fallo a Misser Vidal Miani bailo de Negroponte, e per non li far despeto al bailo lo Imperador lo fece gitar in terra per andar per terra a la Morea, El bailo lo sape, e subito manda di so homeni e prexello, lo Imperador lo manda a domandar molte fiade, El bailo non l a voiudo dar, de questo lo Imperador se ne agrieva molto. E per tanto vel fa assaver, a zo che vuy meta remedio per che lo Imperador romagna contento.

Scribemus baiulo nostro Nigropontis, quod si illum Favalabi de Candida capi fecerit super territorio dominorum suorum ipsum debeat dictis dominis suis restituere.

Per lo fato dixemo de le arme che a nome Adam, haveva comprado a Modon una balestra per iperperi XX, El castellan non volse la fosse cavada fuora e sta la fina al di d anchuo, e Mi la lassie la.

Super ultimo respondemus, quod mandabimus castellanis nostris, quod Adde debeant dare, et permittere extrahere unam balistam de qua in dicto capitulo continetur.

Ceterum ex parte dominii dici debeat dicto Ambasiatori, quod sunt multi cives et fideles nostri qui in partibus Misistre, et in multis aliis locis dominorum suorum habere debent a subditis suis multos denarios quos habere non possunt, et ducuntur in longum, cum eorum magnis expensis et damnis, Et quod placeat rogare parte nostra dominos suos predictos, ut eis mandare et ordinare placeat, quod dicti cives nostri non ducantur in longum, sed quod eis ministretur cum expeditione complementum justicie contra debitores suos.

de parte	omnes
de non	0
non sinceri.	0

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 95 t.° - 97).

Digitized by Google

732.

1418, 13 junii.

Mittatur Corphoy una galea subtilis, fulcita omnibus necessariis, Et mandetur regimini Corphoy et successoribus suis, quod dictam galeam, quandocumque ei videbitur expediens, debeat armare per decem, aut duodecim dies.

Ser Hermolaus Dalmario, sapiens ordinum. 5

Capta. — Cum sit omnino necesse providere ad obstandum per mare pravis voluntatibus Turchorum, qui propter locum Avalone quem habuerunt multum confinant cum locis nostris Corphoy et Albanie, et eis principiaverunt malam vicinantiam per terram, et etiam est utile pro conforto subditorum et fidelium nostrorum predictorum, et aliorum nostrorum fidelium, et maximo onere nostri dominii; 10 Vadit pars, Quod subito mitti debeat Regimini nostro Corphoy una galea subtilis sufficiens et bona, ac bene fulcita omnibus neccessariis, Mandando dicto regimini et successoribus suis, quod dictam galeam, quandocumque eidem regimini videbitur expediens, debeat armare dictam galeam et ipsam mittere per decem, aut XII dies ad plus versus aquas Durachii et Avalone, vel alibi, sicut dicto Regimini videbitur 15 expedire pro honore nostri dominii et securitate locorum et fidelium nostrorum navigantium per aquas illas, nec aliquam lesionem accipiant a Turchis predictis, cum conditione quod aliquis noster qui sit deputatus ad regimen Corphoi nullo modo esse patronus possit, sive supracomitus, nec ascendere super ipsa galea.

de parte 55 20
de non 23
non sinceri 7

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 98).

733.

1418, 18 junii.

Quod Insule Thinarum et Miconarum dentur prudenti viro Ordelafo Faledro 25 *cum illis modis et conditionibus cum quibus habuit vir nobilis ser Marcus Bembo.*

Ser Franciscus Foscareno, ser Fantinus Dandulo, consiliarii.

Capta. — Cum sapiens vir Ordelafus Faledro civis et fidelis noster, sicut omnibus notum est, semper fuerit fidelissimus nostri dominii, qui in multis agendis 30 nostris, tam laudabiliter tamque prudenter, tamque viriliter pro honore et statu

Digitized by Google

nostro se gessit, postpositis multis periculis persone sue, quod eius laudabilia opera apud nos debent esse merito commendanda, et ipse apud nos merito recommissus et cum eius opera que tanta assiduitate et tanta obedientia pro honoris et status nostri exaltatione demonstravit, adeo omnibus manifesta sunt, quod illa dinumerare 5 ac narrare opus non est, Cumque inter cetera dum existeret ad servitia aliquorum, videlicet domini Regis Cipri, et domini principis Achaye a quibus maximas utilitates, immunitates, et honores, et alias multas preheminentias anuales accipiebat, sic quod splendide et honorifice vivebat pro obediendo mandatis nostri dominii, que sibi iniuncta fuerunt ab eorumdem serviciis recessit, preterea pro satisfaciendo 10 mandatis nostris multas alias magnas promissiones, provisiones, et honores tenuit, quia potius voluit discrimen et damnum pati, quam nostris mandatis contravenire, Et quia nostra dominatio semper clementissima sit assueta suos veros fideles sicut est iste Ordelaphus largifluus favoribus ac gratiis protegere et illis, ut merita sua deposcunt digna premia et gratias impartiri, Et pro bono exemplo fidelium et subditorum 15 nostrorum, ut ad honorem et statum nostrum ferventius et solertius se disponant et pro honore nostro, in recompensationem bonorum operum dicti Ordelaphi sit bonum, justum, et conveniens providere substentationi vite dicti Ordelaphi et eius familie, qui a nostro dominio humiliter requisivit, ut dignaremur sibi concedere Insulas Tinarum et Michonarum in quibus propter longam practicam, quam habet 20 in ipsis locis advisabit nostrum dominium de apparatibus et progressibus Teucrorum; Vadit pars, quod in bona gratia ad beneplacitum nostri dominii dentur dicte Insule ipsi Ordelapho cum illis modis, conditionibus, utilitatibus et aliis preeminentiis cum quibus vir nobilis ser Marcus Bembo illas habuerit, hoc tamen declarato quod quia dicte Insule venerunt ad deteriorem conditionem, quam primo erant tempore 25 dicti ser Marci plurimas familias deficientes pro quibus utilitates diminute sunt, sicut dictus ser Marcus solvebat annuatim yperpera MVIII centum sic dictus Ordelaphus solvat yperpera Mille, et hoc sibi fiat, ut cognoscat nos a gratia et benignitate nostra, quam reverenter impetravit eum minime deseruisse.

Declarando ex nunc quod capta presenti parte, provisio quam idem Ordelafus 30 habet a nostro dominio, quam habere debet a Regimine Crete sit revocata et pro revocata habeatur, donec tenuerit Insulas predictas.

de parte 74
de non 40
non sinceri 9

35 (Reg.° 52, 1417-1419, c. 98 t.°)

Digitized by Google

734.

1418, 4 julii.

Quid responsum fuit Ambaxatori domini Imperatoris Iuvenis et domini Despoti super facto illius fortilicii, quod dicebat Castellanos Coroni et Mothoni velle edificari facere super territoriis suis.

Sapientes consilii.

Capta. — Cum pridie fuerit responsum ipsi Ambaxatori domini Imperatoris Iuvenis Constantinopolis, et domini Despoti Amoree, qui dicebat, quod Castellani nostri Coroni et Mothoni volebant hedificare certum fortilicium super territoriis suorum dominorum, et quod provideremus, quod hoc non fieret, Quod super hoc nullam informationem habebamus, quod castellani nostri vellint hedificare aliquod fortilicium super territoriis suis, nec erat credendum, quod hoc ullo modo facerent et quia eramus certi, quod si deliberabunt aliquod fortilicium facere pro securitate subditorum et fidelium nostrorum illum facerent super territoriis nostris, Et nuper fuerimus informati per castellanos nostros Coroni et Mothoni, quod ipsi pro securitate vilicorum et subditorum nostrorum, viso quodam nostro mandato, per quod dominium nostrum mandaverat nostris castellanis, ut deberent facere unum fortilicium ad casale nostrum Auramii in quodam monte dicto Cristani dicti castellani nostri ordinaverant fieri unum fossatum circum circa dictum castrum, Et quod capitaneus Drusi multum minatus fuit dictis castellanis, quod non debeant aliquod fortilicium ibi facere, quia si illud facient providebit etc, sicut in dictis literis continetur. Et talia nullo modo tolleranda sunt; Vadit pars, quod mitti debeat pro isto Ambaxiatore dictorum dominorum Imperatoris Iuvenis et Despoti et sibi dicatur, quod pridie sibi respondimus super facto illius fortilicii, quod dicebat castellanos nostros velle hedificari facere super territoriis suis, quod nullam informationem habebamus, quod castellani nostri vellent hedificare aliquod fortilicium suum super territoriis suis, et quod eramus certi, quod si deliberabunt aliquod fortilicium facere pro securitate subditorum et fidelium nostrorum, illud facient super territoriis nostris, Sed nunc per literas castellanorum Coroni, et Mothoni fuimus informati, quod ipsi volebant fortificare casale nostrum Auramii, et capitaneus Drusi eis minatus fuit, quod non permittet eos in dicto casali aliquid edificari facere, quod displicenter audivimus, nec imaginare possumus, unde hoc procedat, quod capitaneus predictus dicat quod super territorio nostro non permittat castellanos nostros fortificare nec aliquod fortilicium edificari, et ideo sibi dicimus, quod si dictus capitaneus Drusi novitatem aliquam faciet per quam dicti castellani nostri non fortificent et edificent super territoriis nostris, dictam vero novitatem nullo modo paciemur et providebimus sicut videbimus fore nostri honoris.

de parte . . . . . de non . . . . . non sinceri . . . . .

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 108 t.°).

Digitized by Google

735.

1418, 30 augusti.

Scriptum potestati et Capitaneo Neapolis Romanie, quod mittat galeotam Neapolis Mothonum ad levandum virum nobilem ser Petrum Diedo iturum potestatem et Capitaneum Neapolis Romanie.

5 Sapientes ordinum.

Capta. — Cum galea nostra Neapolis Romanie, sit solita venire ad levandum rectores nostros ipsius loci propter dubietatem Turchorum; Vadit pars, quod scribatur potestati et Capitaneo nostro Neapolis Romanie, quod mittat ipsam galeotam ad levandum et conducendum de Mothono ad ipsum regimen nobilem virum ser 10 Petrum Diedo iturum potestatem et Capitaneum Neapolis cum non habeat aliud passagium, ut possit ire ad dictum regimen in termino sibi limitato et cum securitate.

de parte 80
de non 3
15 non sinceri 0

(Reg.° 52, 1417-1419, c 119 t.°).

736.

1418, 25 octobris.

Scriptum regimini Corphoy, quod de primis redditibus baronie quondam domini Rizardi del Got solvi debeat ducatos CLX ser Francisco Barbaro 20 *ser Antonii.*

Ser Iacobus Barbadico, ser Luchas Donato, ser Secundus de Pesaro, sapientes ordinum.

Capta. — Cum sicut omnibus notum est, vir nobilis ser Franciscus Barbaro ser Antonii, alias dum esset in partibus Apulee et ibidem conversabatur more mer- 25 catorio, captus fuit a Ludovico de Sancto Severino, qui voluit ab ipso nostro nobili ducatos centum sexaginta, quos idem noster nobilis recusabat dare, et quidam Franciscus del Got, sibi dixit quod daret sibi dictos ducatos CLX, quia dictus Ludovicus debebat habere hic in Venetiis ipsos denarios, quos idem Franciscus del Got se obligavit, et fecit se fideiusorem ad solvendum, et sic scripsit nostro do- 30 minio, Super quo quia idem noster nobilis non habuerat dictos denarios hic in Venetiis, sicut sibi promissum fuerat per ipsum Franciscum del Got, dominatio nostra sepissime scripsit dicto Francisco, qui hactenus nil fecit, propter quod quia dominus Rizardus pater suus mortuus est, qui habebat certam baroniam in Insula

Digitized by Google

nostra Corphoi, que pervenit in dictum Franciscum del Got, scriptum fuit Regimini nostro Corphoi, ut dictam baroniam sequestraret, et de eius introitibus solveret dicto nobili nostro, quod nobis scripsit, quod dictam baroniam intromisit et sequestravit, Sed quod dominus Rizardus antequam decederet commisit Guillelmo del Got consanguineo suo. ut de redditibus dicte baronie deberet solvere quampluribus suis creditoribus, quia creditores quotidie comparerent coram predicto regimine, requirentes quod debent esse primi appachati de redditibus et proventibus dicte baronie, ob quod mandatum nostrum, quod fecimus dicto regimini, ut de ipsis introitibus deberent solvere dicto nobili nostro, non fuit executum, Et quia dicta baronia vadit de heredibus in heredes, propter quod redditus eiusdem non poterant obligari pro debitis ipsius domini Rizardi, nisi in tantum quantum viveret, et quod postquam pervenit ad manus dicti Francisci, qui est filius et heres dicti domini Rizardi, iustum est, quod nobilis noster qui est creditor ipsius Francisci de redditibus et proventibus ipsius baronie habeat satisfationem denariorum suorum; Vadit pars, quod auctoritate istius consilii scribatur et mandetur Regimini nostro Corphoi, quod primo et ante omnia de redditibus predictis intromissis debeat solvere dictos ducatos CLX prefato nobili nostro.

de parte 45
de non 4
non sinceri 10

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 128).

737.

1418, 9 novembris.

Quid scriptum fuit Castellanis Coroni et Mothoni pro novitatibus et rapinis illatis subditis nostris, per Grecos, et Albanenses domini Imperatoris et despoti.

Qood scribatur ser Benedicto Trivisano et ser Donato de Porto, Castellanis Coroni et Mothoni.

Ser Federicus Contareno, ser Luchas Donato, ser Secundus de Pesaro, sapientes ordinum.

Capta. — Literas vestras recepimus datas Mothoni die XXV mensis Septembris elapsi, per quas nostro dominio denotastis novitates et rapinas illatas fidelibus et subditis nostris per Grecos et Albanenses domini Imperatoris et Despoti et inter alias nobis denotavistis per ipsos Grecos et Albanenses, aliquos nostros subditos bazariotos cum denariis et pannis ac aliis mercibus de ratione nobilis viri ser Michaelis Venerio civis nostri, derobatos fuisse etc. Sicut in dictis literis latius continetur; Quibus literis intellectis displicentiam grandem sumpsimus, unde providemus scribere illustri domino Despoto literas presentibus alligatas, quarum copiam vobis mittimus presentibus introclusam, vestre fidelitati scribentes atque mandantes, cum

Digitized by Google

nostris consiliis rogatorum et additionis, quatenus dictas literas mittere debeatis dicto domino dispoto, et penes eum solicitare et procurare refectionem et satisfationem damnorum datorum dictis bazariotis et nobili civi nostro antedicto, et procurare omni cum instantia possibili, quod intentio nostra iustum sortiatur effectum, iuxta continentiam dictarum literarum, Et in casu quo facta omni experientia possibili obtinere non possetis dictam intentionem nostram, et quod videritis et cognosceretis dictis nostris fidelibus non ministrari jus et justiciam, volumus et fidelitati vestre mandamus cum dictis nostris consiliis, quatenus examinatis mature et diligenter predictis damnis, debeatis sequestrari facere tot bona Grecorum et Albanensium subditorum suorum, que ascendant ad valorem damnorum antedictorum, dictis bazariotis et nostro nobili illatorum, et illa penes vos retinere, Et sicut super premissis feceritis, et executi fueritis, de tempore in tempus, ut tempus postulat, debeatis nostrum dominium informare.

de parte 50
de non 18
non sinceri 6

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 130 t.°).

738.

1418, 1 decembris.

Quod Castellani Coroni et Mothoni non possint exire extra terras ad associandum corpora mortua.

Ser Iacobus Barbadico, sapiens ordinum.

Capta. — Cum propter informationes que veridice habentur, quando aliquis latinus obiit in loco nostro Coroni quia ut plurimum seppelliuntur, extra dictum locum, ad quoddam monasterium Sancti Francisci, Castellanus dicti loci et omnes alii latini vadant sotiatum tales mortuos, propter quod dictus locus remanet in manibus Grecorum, cum maximo periculo ipsius loci, Et bonum sit providere super inde pro bono et conservatione ipsius loci; Vadit pars, quod committatur expresse castellanis Coroni et Mothoni, et ponatur in eorum commissione, quod nullo modo debeant exire extra ipsum locum ad assotiandum ipsa corpora mortua, sic quod semper remaneat in illo loco Castellanus noster.

de parte . . . . . omnes alii.
de non 0
non sinceri 5

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 133 t.°).

Digitized by Google

739.

1418, 9 decembris.

Quod omnes officiales provisionati, et stipendiarii terrarum et locorum Coroni et Mothoni possint habere partem in datiis.

Ser Federicus Contareno, ser Iacobus Barbadico, ser Luchas Donato, sapientes ordinum. 5

Capta. — Cum Castellani nostri Coroni et Mothoni nobis scripserint per suas literas, quod datia nostra dictorum locorum affictari non possunt nisi cum maximo damno nostri comunis, quia positis dictis datiis ad incantum non reperiuntur pretia consueta, ymo reperitur medietas ipsorum pretiorum, Et causa est quia stipendiarii et alii officiales qui solebant accipere de dictis datiis non possunt accipere, propter 10 unam partem captam in nostris consiliis Rogatorum que prohibet, quod nullus stipendiarius, nec aliquis officialis et similes non possint accipere nec habere partem in datiis etc, sicut in dicta parte continetur, Et etiam quia sunt duo vel tres cives potentes ad accipiendum ipsa datia, qui se invicem intelligunt, et non permittunt ipsa datia ascendere ad maiora pretia suis, quod redundat ad maximum damnum 15 nostri comunis, Et necessario sit providendum superinde, propter expensam quam cotidie dicta loca requirunt; Vadit pars, quod omnes officiales provisionati et stipendiarii, et alie similes persone existentes in locis nostris Coroni et Mothoni tantum, non subiaceant stricture et ordinibus predictis captis superinde, Ita quod possint se impedire de dictis datiis et alia facere sicut per antea faciebant ante 20 captionem ordinum et partium nostrarum superinde captarum, Accipientibus dictis castellanis bonas et sufficientes plezarias, ab illis qui accipient de dictis datiis, et facientibus fieri solutiones de dictis datiis de tempore in tempus secundum consuetudinem. Non intelligendo in hac parte de rectoribus nostris, Consiliariis, Cancellariis, Notariis, et scribis Cancellariarum nostrarum dictorum locorum, nec de tru- 25 cimanis, nec de admiratis.

de parte . . . . . omnes alii
de non 6
non sinceri 3

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 144). 30

740.

1418, 15 decembris.

Scriptum regimini Nigropontis, quod licentiare debeat illas tres galeas Culphi, quas ibi retinuit.

Ser Albanus Baduario, ser Nicolaus Victuri, ser Bartholomeus Donato, ser Franciscus Foscari, procurator, sapientes consilii. 35

Digitized by Google

Capta. — Cum itura sit ad partes Egeopelagi una ex galeis nostris Crete, secundum quod captum est in isto consilio; Vadit pars. Quod scribatur et committatur Regimini nostro Nigropontis quod subito recepto presenti nostro mandato licentiari debeat illas tres galeas nostras Culphi, quas ibi retinuit, illas de Venetiis ut veniant Venetias, et illam de Creta, ut vadat in Cretam ad disarmandum, denotando dicto regimini Nigropontis, quod scripsimus Regimini nostro Crete, quod subito armare debeat unam galeam, et illam mittat ad custodiam Nigropontis, Cui Regimini Nigropontis committatur, quod si dicta galea, que de novo mittetur Nigropontem per Regimen nostrum Crete, non erit ibi necessaria, illam subito mittere debeat versus culphum nostrum, ubi reperiet nostrum mandatum, Et fiant tres litere, quarum una manus mittatur Corphoi et committatur Regimini Corphoi ut illam prestissime mittat Nigropontem, et una manus mittatur Mothonum et Coronum, et committatur Castellanis, ut illam per terram mittere debeat Nigropontem, et aliam tertiam manum literarum supracomitus noster iturus ad partes Egeopelagi secum portare debeat, ut si inveniret aliquod navigium iturum versus Nigropontem dictas literas mittere possit, Et deposito domino Iohanne Crispo in terra, aut in Melos, aut in Nicosia, subito vadat in Cretam ad disarmandum, Sed quia dictum regimen nostrum Nigropontis promisit solvere expensas galearum nostrarum que ibi remanserunt, committatur dicto regimini, quod volumus solum, quod solvatur expensa duarum galearum nostrarum de Venetiis pro illo tempore quo ibi steterunt, quos denarios exigat Regimen nostrum Nigropontis, Non retinendo ob hoc galeas nostras de inde, Verum si regimini videbitur non posse licentiare dictas galeas absque manifesto periculo Insule nostre, sit in libertate dicti regiminis posse unam vel plures dictarum galearum retinere, solvente comunitate Nigropontis expensas galearum quas retinebunt, et de dicta solutione dando dictis galeis subventionem opportunam de denariis dicte comunitatis, et ad minus pagam unius mensis.

Regimini autem nostro Crete scribatur, quod per alias nostras literas dedimus sibi in mandatis, ut armare deberent duas galeas et providerent, quod exirent in Kalendis Ianuarii, quod nostrum mandatum, si executi fuerint bene quidem, quum non eisdem committatur et mandetur, quod subito recepto presenti nostro mandato armare debeat una galeam, et illam prestissime mittere debeat Nigropontem ad custodiam dicti loci, quia dictum regimen Nigropontis habet in mandatis quid exequi debet de galea predicta, et in recessu dictarum galearum residuum totius eius quod solvere restabunt pro toto tempore quo ipsas galeas retinuerint, Et expedita dicta galea subito debeat dictum regimen Crete armare duas alias galeas, et illas mittere ad partes culphi usque Iadram, ubi iuveniat mandatum nostrum.

Et committatur ser Luce de Canali, quod super galeis sibi commissis, tam in Mothono quam in Corphoi levare debeant res, que remanserint a rata, solvendo nabula consueta galearum Culphi, incipiendo a setis et granis.

de parte 64, 57
de non 53, 62
non sinceri 13, 12

Digitized by Google

Postea die . . . . iterum posita fuit dicta pars per ser Nicolaum Victuri et sapientes ordinum.

Et fuerunt de parte. 132
de non 3
non sinceri 0 5

(Reg.° 52. 1417-1419, c. 136).

741.

1418, 5 januarii.

Quid responsum fuit capitulis porrectis per providum virum Andreolum de Neapoli, Ambassiatorem comunitatis Nigropontis.

Ser Federicus Contareno, ser Iacobus Barbadico, ser Luchas Donato, ser 10 Secundus de Pesaro, sapientes ordinum.

Quod respondeatur ad capitula nobis porrecta per providum virum Andreolum de Neapoli Ambassiatorem comunitatis nostre Nigropontis in hac forma, videlicet, Et primo:

Capta. — Ad primum capitulum continens super facto impositionum, Respon- 15 deatur quod intentio nostri dominii non est, quod illi cives Nigropontis, qui sun impotentes compellantur ad solvendum factiones et impositiones nostras, et quod intentio nostra non est aliquid innovare, Sed intentio nostra est, quod illi qui sunt potentes, qui alias soliti sunt facere impositiones et factiones vel negotiantur hic in Venetiis cum mercationibus et rebus suis, sive negotiari et trafficari faciant 20 nomine suo, debeant solvere illas tales impositiones secundum quod erant positi ad faciendum de imprestitis, considerata conditione sua.

Ad secundum et tertium capitulum, super facto providendi ad securitatem Insule Nigropontis, et de galeis Neapolis Romanie et Crete sibi mittendis, quando scriberetur per Regimen Nigropontis regiminibus dictorum locorum etc; Respon- 25 deatur, quod sicut scit dicta comunitas per tempora retroacta nostra dominatio amans securitatem et conservationem totius Insule Nigropontis, fecit omnes bonas provisiones necessarias sicut fuit expediens, pro securitate et tutella, et conservatione ipsius Insule, Ita quod in tempore futuro quando videremus opportunitatem rei dicta comunitas, que est multum nobis fidelis debet se reddere certissimam, 30 quod provideremus per illos utiles et bonos modos, qui nobis viderentur pro securitate dicte Insule.

Ad quartum super facto villanorum qui angariantur in dando frumentum nostro comuni etc; Respondeatur quod scribemus Regimini nostro Nigropontis, quod accipere debeant et emere ipsum frumentum pro nostro comuni illo pretio 35 iusto et rationabili secundum quod valebit.

Digitized by Google

Ad quintum capitulum super facto novitatum que fiunt per Antonium de Azajolis etc; Respondeatur quod scribemus dicto Antonio in illa forma, que nobis videbitur necessaria, ut observet pacta et conventiones inter nos et ipsum factas, pro bono fidelium nostrorum Insule nostre Nigropontis, Et reddimur certissimi quod sic faciet.

Ad sextum super facto possessionum, quas alicui cives Nigropontis percipiunt ab aliquibus dominis etc, Respondeatur quod sumus certissimi, quod cives et fideles nostri Nigropontis et tocius Insule, sunt fidelissimi nostri dominii, Ita quod reddimur certissimi, quod perseverabunt in sua bona dispositione et voluntate, ac fidelitate ad honorem et statum nostri dominii, nec facient, nec tentabunt aliquid contra nostrum dominium, Sed si aliquid eveniret quod Deus advertat, bene providebimus secundum exigentiam rei.

Ad septimum super facto tanxationum cancellariorum de inde etc; Respondemus, quod nos gravat, quod per ipsos cancellarios fiat aliquid contra id quod debent, Sed volumus habere informationem ab illis Baiulis nostris qui fuerint Nigroponte, et habita informatione providebimus per illos modos honestos et rationabiles sic quod intentio nostra est, quod omnino cessent inhoneste solutione, quas ipsi cancellarii accipiunt, Et ex nunc captum sit, quod collegium domini, consiliariorum, capitum, sapientum consilii et ordinum habeant libertatem providendi super ipsis tanxationibus et solutionibus, sicut sibi videbitur.

Ad octavum super facto iudicum dalmen eligendorum etc; Respondemus quod relinquimus in libertate Regiminis Nigropontis eligendi et faciendi tales judices si sibi videbitur opportunum, absque tamen aliqua expensa nostri comunis.

Ad nonum super facto angariarum aliquorum laboreriorum impositarum et que imponuntur rusticis dicte Insule, sine aliqua solutione etc; Respondeatur, quod relinquimus in libertate dicti nostri regiminis solvendis dictis rusticis illud quod sibi videbitur pro huiusmodi angariis, et non solvendo secundum opportunitates et conditiones temporum, et consuetudines dicte Insule.

Super decimo capitulo super facto rusticorum euntium ad laborandum super ducamen etc; Respondemus quod pro nunc non videtur nobis aliquid facere, nec innovare superinde, Sed mandetur Regimini Nigropontis, quod debeat facere illas bonas provisiones circa hoc quod dicti rustici attendant laborare insulam nostram Nigropontis.

de parte 59
de non 3
non sinceri 11

(Reg.° 52, 1417-1419. c. 141 t.°-142).

Digitized by Google

742.

1418, 26 januarii.

Quod iperpera 1368, que expendiderunt Baiulus et Consiliarii Corphoy, pro assolidando triginta ballistarios pro mittendo Patrassium, solvi debeant de denariis vini a spina.

Consiliarii. 5

Capta. — Cum Baiulus et Consiliarii nostri Corphoi, faciendo executionem mandati dominationis nostre, in assolidando ballistarios triginta sub uno capite, pro mittendo Patrassium, expenderint ut per eorum literas scripserunt nostro dominio iperpera MCCCLXVIII, quos denarios juxta continentiam ipsarum literarum dictus noster Baiulus recuperavit de eius pecunia et amicorum suorum dictos ballistarios 10 assoldando sub strenuo viro Adamutio filio domini Floravantis de Sancto Ypolito militi de Corphoi; Vadit pars, quod dicta yperpera MCCCLXVIII expensis predicte, solvi debeant de denariis vini a spina, et inde restituantur illis qui ob dictam causam ipsam pecuniam mutuaverunt.

de parte . . . . . omnes. 15

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 146).

743.

1418, 13 februarii.

Quid scriptum fuit potestati et Capitanco Neapolis Romanie et successoribus suis super factis Iohannis Cunia.

Sapientes ordinum. 20

Capta. — Cum Iohannes Cunia fidelissimus nostri dominii de Neapoli Romanie nobis exposuerit quod de 1410 dominatio nostra sibi concessit aliqua territoria extra Neapolim que postea per Sindicos nostros qui illuc iverant accepta fuerunt et posita in nostrum comune deindeque vendita, propter quod nunc supplicavit nostro dominio ut in concambium dictorum territorium dentur sibi, stramati du- 25 centi territoriorum, deinde consideratis bonis operibus suis, Et quia data fuit bona informatio nostro dominio a multis rectoribus nostris qui fuerunt de legalitate, sufficientia, et bonis operibus, et exercitatione persone sue in multis agendis nostris dominii propter que dignum et justum est sibi de aliquo providere ut sibi bene faciendi crescat appetitus; Vadit pars, quod scribatur et mandetur potestati et 30 Capitaneo nostro Neapolis Romanie et successoribus suis, quod de territoriis nostris incultis deinde pro se et heredibus suis dentur stramati centum apti pro faciendo vineas, et seminando frumentum in concambium territoriorum sibi ablatorum, solventes ipso et heredibus suis singulo anno nostro comuni, pro censu librarum

Digitized by Google

quinque cere albe, Et hec gratia sibi, et heredibus suis fiat consideratis suis bonis operibus, et considerato, quod similia territoria dentur multis Albanensibus, qui nunquam aliquid egerunt pro statu nostri dominii.

Preterea pro bonis operibus dicti supplicantis, et precipue pro utilitate nostri comunis, quia in presenti nullum est manganum in loco Neapolis Romanie pro manganando tellas et similia, quod cedit ad maximum incomodum fidelium nostrorum deinde et ad damnum introituum nostrorum, Concedatur eidem supplicanti, sicut humiliter supplicavit, ut possit construi facere pro se, et suis heredibus, unum manganum ad omnes suus expensas in ipsa terra Neapolis in domo sua, pro quo construendo possit extrahere de Venetiis lignamina et alias res opportunas, solvendo pro eis datia et dricta nostri comunis cousueta. Verum declaretur, quod completo dicto mangano dictus supplicans vel heredes sui nil solvere debeant usque annos quinque, sed transacto termino dictorum annorum quinque, solvere debeant annuatim iperpera X pro libra, XXV cere albe, pro censu nostro comuni.

de parte 70
de non 8
non sinceri 6

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 150).

744.

1418, 13 februarii.

Petrus Marascha provisionatus possit venire Venetias per spatium mensium sex.

Consiliarii.

Capta.— Quod provido viro, Petro Marasca provisionato nostro in Nigroponte fideli nostri dominii, Concedatur, quod pro certis suis agendis que penitus requirunt personam suam possit venire Venetias per spatium mensium sex, non livrando aliquod salarium seu provisionem, pro persona sua tantum donec redierit Nigropontem, Et committatur Regimini nostro Nigropontis, quod loco dicti Petri ponat unam ydoneam et sufficientem personam usque reditum ipsius Petri.

de parte 80
de non 1
non sinceri 1

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 149 t.°).

Digitized by Google

745.

1418, 13 februarii.

Quod eligatur in maiori consilio unus Castellanus Coroni et Mothoni, et cum illuc applicuerit esse debet provisor, cum conditionibus ibi notatis.

Ser Albanus Baduario, ser Bartholomeus Donato, ser Antonius Contareno, procurator, sapientes consilii — ser Federicus Contareno, ser Iacobus Barbadico, ser Luchas Donato, sapientes ordinum.

Capta. — Cum sit necessarium providere, ad bonum et conservationem loci nostri Mothoni, quia secundum informationem datam nostro dominio per omnes, a dicto loco venientes, necesse est ad eius securitatem providere; Vadit pars, Quod in primo maiori consilio, quod fiet Eligi debeat unus castellanus Coroni et Mothoni, loco ser Benedicti Trivisano cum salario et conditionibus omnibus castellanorum Coroni et Mothoni, qui eligi debeat per quatuor manus electionum, et teneatur respondere infra tertiam diem, et omnino teneatur recedere, cum navibus nostris ituris Tanam, Et non possit elongari terminus recedendi, sub pena ducatorum II centum pro quolibet ponente, vel consentiente partem in contrarium, Et cum applicuerit Mothoni debeat esse provisor noster, et incipiant livrare salarium, videlicet, habeat pro dicta provisoria ducatos L in mense et ratione mensis, Tenendo suis salario et expensis famulos quatuor, et habeat hic Venetiis salarium quatuor mensium, Et ibi in Mothono stare debeat provisor usque complementum Regiminis dicti ser Benedicti Trivisano, et cum dictus ser Benedictus compleverit Regimen suum Castellanie in Corono, secundum quod consuetum est, debeat dictus Castellanus intrare dictum Regimen, cum commissione, salario, expensis, et conditionibus Castellanorum. De commissione autem sue provisorie providebitur ante eius recessum, sicut isti consilio videbitur.

Et ut possit provideri, his que necessaria erunt pro loco nostro predicto, Debeant accipi ab extraordinariis ducatos Mille et quingenti, de duabus, et tribus pro Centenario, qui mitti debeant, cum dicto castellano et distribui, sicut fuerit per collegium terminatum.

de parte 87
de non 3
non sinceri 1

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 151).

Digitized by Google

746.

1418, 22 februarii.

Scriptum Regimini Nigropontis et successoribus suis, quod nullo modo possint conferre seu dare de officiis de inde alicui, nisi solum civibus et fidelibus Nigropontis, non intelligendo in hoc Venetos natione et qui est uno anno non sit alio.

Ser Nicolaus Venerio Consiliarius.

Capta. — Cum per Regimen nostrum Nigropontis, dentur, de tempore in tempus, certa officia, tam in civitate quam in Insula, et ut plurimum dicta officia, dantur et conferuntur personis forinsecis, et interdum Rectores nostri illa dant dictis personis, et extraneis, quod est cum maxima turbatione et displicentia comunitatis nostre Nigropontis, Et bonum sit ad hoc providere pro contentamento civium et fidelium nostrorum Nigropontis; Vadit pars, et ex nunc sic captum, quod scribatur et mandetur Regimini nostro Nigropontis, et successoribus suis, quod nullo modo, forma vel ingenio dicta officia terre et Insule nostre Nigropontis, de cetero possint dare, vel conferre alicui persone cuiuscumque nationis et conditionis existat, nisi solum civibus et fidelibus nostris Nigropontis, Non intelligendo in hoc Venetos nostros natione, qui non essent in banno, declarando etiam, quod illi qui habuerint dicta officia, si steterint in dictis officiis mensibus sex, non possint eligi ad dicta officia usque ad unum annum, et qui steterint uno anno in aliquo dictorum officiorum non possint eligi ad aliquod ipsorum, usque duos annos, ut omnes fideles nostre terre predicte possint in dictis officiis partecipare, Et hec omnia teneantur observare regimen nostrum Nigropontis et successores sui, sub pena ducatorum trecentorum pro quolibet rectore contrafaciente, quam penam exigant advocatores comunis habentes partem ut de aliis sui officii, Et si fuerit accusator per quem habeatur veritas, habeat tertium, et teneatur de credentia, advocatores tertium, et tertium nostrum comune.

de parte 74
de non 1
non sinceri 2

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 151 t.°).

Digitized by Google

747.

1419, 22 februarii.

Captum de addendo in commissione Castellanorum Coroni et Mothoni, quod non permittant intrare intra molum Mothoni, aliquod navigium armatum, nec disarmatum sub pena ducatorum quingentorum in suis propriis bonis.

Sapientes ordinum. 5

Capta. — Cum in commissionibus castellanorum nostrorum Coroni et Mothoni contineatur, quod non permittant intrare intra molum nostrum Mothoni aliquod navigium armatum, nec disarmatum forensium, et hoc factum et provisum fuerit pro securitate dicti loci, quem locum carum habere debemus sicut omnibus notum est, et secundum informationem que habetur capitulum contentum in dicta com- 10 missione non observatur, quia permittuntur navigia forensium, intrare dictum molum, quod est cum periculo loci nostri predicti; Vadit pars, Quod committatur et addatur in commissione dictorum nostrorum castellanorum, quod dictum capitulum contentum in sua commissione observare debeant, sub pena ducatorum V centum in suis propriis bonis, quam penam exigant adversus habentes partem, ut de aliis 15 sui officii, Et si fuerit accusator habeat tertium, Advocatoribus tertium, et aliud tertium sit nostri comunis.

de parte 84
de non 2
non sinceri 1 20

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 152).

748.

1419, 1 marcii.

Mandetur potestati et Capitaneo Neapolis Romanie, et successoribus suis, quod reducant omnes absolutos per rectores nostros a socariatico, ad ipsum onus socariatici, sicuti prius erant, exceptis illis, qui absoluti fuissent per gratiam. 25

Sapientes ordinum.

Capta.— Cum pro parte fidelium nostrorum socariaticorum Neapolis Romanie, nobis expositum fuerit, quod alias solebant esse familie circa centum, que solvebant singulo anno pro censu iperpera centum quadraginta quatuor, propter quam solutionem erant absoluti a qualibet gravedine, que ponebatur in ipsis partibus, sed 30 ex mandato nostri dominii positi fuerunt ad faciendum alias gravedines, sicut alii subditi nostri faciunt, quam solutionem iperperorum CXLIIII et alias predictas gravedines sustinere nunc non possunt quoniam sunt diminute, quia devenerunt ad numerum sexaginta familiarum, tum propter novitates Teucrorum, tum quia multe

Digitized by Google

ex eis absolute fuerunt a socariatico per rectores nostros, propter quod nobis humiliter supplicatum est pro parte eorum quod superinde dignaremur providere, quia sunt impotentes ad sustinendum dicta onera. Et iustum et debitum sit providere super inde, ne dicti nostri fideles sustineant tales gravedines ultra debitum; Vadit pars, quod scribatur, et mandetur potestati et capitaneo nostro Neapolis Romanie et successoribus suis, quod debeant reducere omnes illos, qui absoluti fuissent per rectores nostros a socariatico predicto ad ipsum onus socariatici, sicut prius erant, exceptis illis, qui absoluti fuissent per gratiam a nostro dominio, ab ipso socariatico, Et debeant ipsi Rectores diffalcare tantum oneris dicti socariatici quantum solvissent, vel solverent illi qui absoluti fuerunt a nostro dominio a socariatico predicto, et qui obiissent vel defecissent.

Verum pro futuris erroribus evitandis captum sit, quod de cetero aliquis Rector noster Neapolis Romanie nullo modo possit franchare aliquem ex dictis socariaticis sine expressa licentia huius consilii, ut alii non habeant causam querelle.

de parte.	omnes alii
de non	1
non sinceri . . .	6

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 153).

749.

1419, 17 martii.

Commissio viri nobilis ser Fantini de Pesaro ituri provisoris Mothoni.

Quod fiat commissio viro nobili ser Fantino de Pesaro, ituro provisori nostro Mothoni in hac forma, videlicet:

Ser Federicus Contareno, ser Luchas Donato, ser Secundus de Pesaro, sapientes ordinum.

Capta. — Nos Thomas Mocenigo, Dei gratia Dux Venetiarum etc. — Committimus tibi viro nobili ser Fantino de Pesaro dilecto Civi et fideli nostro, quatenus ire debeas cum presentibus navibus ituris Tanam, in Provisorem nostrum loci nostri Mothoni, et ibidem debeas stare, et solicite ac diligenter simul cum castellanis nostris de inde attendere ab bonam custodiam et conservationem locorum nostrorum Coroni et Mothoni, et circa ea que erunt opportuna et necessaria pro bono et defensione, et conservatione eorum providere, sicut vobis melius et utilius videbitur, et sicut vobis de fidelitatibus vestris ample confidimus; Preterea attendere etiam debeas ad conservationem fidelium nostrorum de inde et diligentem curam habebis circa eorum indemnitatem, cum illis bonis modis sicut tue prudentie videbitur.

Verum volumus et tibi declaramus, quod stare debeas in dicta provisoria usque ad complementum regiminis viri nobilis ser Benedicti Trivisano, Castellani nostri dicti loci de cuius regimine, donec steterit in dicta castellania non possis te

Digitized by Google

impedire nisi in aliis rebus, que superius sunt dicte et specificate, Habendo pro dicta provisoria in mense et ratione mensis ducatos L, tenendo tuis salario et expensis quatuor famulos. Completo autem termino dicti sui regiminis intrare debeas castellanus dictorum locorum secundum consuetudinem, et sis cum illis modis, salario, commissione, et omnibus aliis conditionibus, cum quibus est castellanus noster predictus.

Item tibi declaramus, quod si dictus noster castellanus esset infirmus debeas exercere Regimen dicte castellanie quousque fuerit liberatus.

Preterea si dictus Benedictus vellet venire Venetias ante complementum sui regiminis sumus contenti quod in hoc casu intres castellanus per eum modum sicut superius dictum est.

Fecimus enim dari tibi in Venetiis hic pro salario dicte provisorie pro mensibus quatuor ducatos II centum auri sicut captum est in nostris consiliis, et volumus, quod postquam livraveris dictos denarios possis tibi solvere de tempore futuro de pecunia nostri comunis de inde. Et debeas habitare in palatio veteri Mothoni donec eris provisor.

Ceterum illos denarios quos dari tibi faciemus possis expendere, simul cum castellanis nostris de inde in stipendiariis nostris, reparationibus locorum nostrorum Coroni et Mothoni, et pro aliis rebus necessariis et opportunis pro conservatione et necessitatibus ipsorum locorum, possendo expendere in reparatione palatii novi Mothoni ducatos L, et non ultra, quia, sicut habuimus, habet grandem necessitatem reparationis.

de parte 86
de non 1
non sinceri 0

(Reg. 52, 1417-1419, c. 155 t [2]).

750.

1419, 21 aprilis.

Vetitum Castellanis Coroni et Mothoni presentibus et futuris, quod de cetero non afranchent aliquem de nostris villanis.

Ser Andreas Iustiniano, ser Marcus Dandulo, consiliarii.

Capta. — Cum Castellani nostri Coroni et Mothoni, per tempora retroacta afranchaverint multos de villanis nostri comunis ab angariis, et factionibus personalibus faciendo eos scribi in castello, de quo ipsi per suas commissiones non habuerunt, nec habent licentiam, Et hoc versum sit et vertatur in magnum damnum nostri comunis quod non habet tot villanos ad faciendum factiones et angarias personales, et per consequens ad maiorem angariam aliorum villanorum comunis, qui quanto pautiores sunt, tanto veniunt habere plures angarias, Et sit super hoc necessarium facere debitam provisionem; Vadit pars, Quod ex nunc sit vetitum omnibus castellanis nostris Coroni et Mothoni tam presentibus quam futuris, Quod

Digitized by Google

de cetero non afranchent aliquem de nostris villanis faciendo ipsum vel ipsos scribi in castello vel aliter per aliquem modum sub pena dictis nostris castellanis ducatorum C in suis propriis bonis pro quolibet quem afrancharent, cuius pene medietas sit accusatoris si fuerit per quem sciatur veritas, et alia medietas sit comunis, Et insuper quilibet villanus, qui se sic faceret afranchare, debeat solvere comuni nostro ducatos C auri, et si non haberet unde solvere, stare debeat in carceribus uno anno, Et insuper pro evidenti bono comunis nostri, et minori angaria villanorum nostri comunis, omnes villani qui a XII annis citra fuissent afranchati, seu taliter scripti in castello per nostros castellanos reducantur et sint ad conditionem pristinam, in qua erant antequam sic fuissent affranchati, Et hoc iniungatur in commissione Castellanorum futurorum, Et scribatur castellanis presentibus, quod observent et faciant observari inviolabiliter, et faciant in cancellariis de inde ad futurorum memoriam registrari, Et cridetur publice in locis nostris predictis.

de parte 59
de non 16
non sinceri 12

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 164 t.°).

751.

1419, 26 aprilis.

Mandatum Baiulo et Capitaneo et Consiliariis Corphoi, quod ministrent jus heredibus quondam Ianni Savastocratera, et dominarum Marie uxoris domini Perote de Altavilla, et Chivre, condam germanarum dicti Ianni.

Ser Bulgarus Victuri, ser Andreas Justiniano, ser Sipio Bono, ser Nicolaus Venerio, consiliarii.

Capta. — Cum expositum fuerit nostro dominio, per aliquos nobiles nostros nomine duorum filiorum quondam Ianni Savastocratera, et dominarum Marie uxoris domini Perote de Altavilla et Chivre condam germanarum dicti Janni Savastocratera, dum in humanis vitam ducebat, depositavit in manibus viri nobilis ser Nicolai Fusculo Baiuli nostri Corphoi certam quantitatem pecunie, argenteriarum et aliarum rerum, cum certis conditionibus, et post mortem dicti Ianni ipsi condam sui filii, et germane requisiverint dictum nostrum Baiulum, quod eis in dictis bonis iustitiam ministraret, quod hucusque non est factum, sed dicit velle secum dictum depositum Venetias apportare, quod esset cum magno onere, et sinistro predictorum et aliorum ad quos dicta bona spectarent; Vadit pars quod mandetur dicto ser Nicolao Fusculo Baiulo, et Consiliariis suis Corphoi, quod predictis heredibus et germanis dicti condam Ioanni Savastocratera, qui haberent jus in deposito predicto debeant ministrare justicie complementum. Verum si dicti nostri Baiulus et consiliarii non imponerent finem dicte cause ante complementum sui regiminis, Mandetur dicto nostro Baiulo, quod dictum depositum in suo recessu de Corphoi

Digitized by Google

debeat consignare suo successori, et Regimen dicti loci, ut possit dictam causam debito fine terminare.

de parte 82
de non 0
non sinceri 1 5

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 166).

752.

1419, 26 aprilis.

Concessum regimini Corphoi, quod de pecunia datii vini a spine, possit reparari facere murum castri, qui cecidit et facere solutionem stipendiariis de inde, ac reparari facere bastitam Saiate. 10

Sapientes ordinum.

Cum Regimen nostrum Corphoi nostro dominio scripserit, quod murus castri veteris Corphoi ceciderit circa passuum centum, et similiter scripserit quod in camera nostra Corphoi nulla est pecunia, cum qua possit reparare dictum castrum, nisi pecunia datii vini a spina, que expendi non potest, sine nostro speciali mandato, in alio quam in reparatione burgi, et de necessitate sit providendum ad reparationem dicti castri; Vadit pars, Quod concedatur Regimini nostro Corphoi, quod possit accipere de pecunia dicti datii vini a spina et expendere in reparatione dicti muri illam quantitatem pecunie, de pecunia dicti datii, que sibi videbitur necessaria, et similiter de dicta pecunia possint facere solutionem stipendiariorum, ballistariorum, et aliorum salariatorum in Insula nostra Corphoi habere debentium, et etiam de dicta pecunia reparari faciat bastitam Saiate, que est fragida, sicut ipsum regimen nobis per suas literas denotavit.

de parte 97
de non 4 25
non sinceri 1

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 166 t.°).

753.

1419, 26 aprilis.

Quod Regimen Corphoy possit scribi facere magistrum Nicolaum Galopo de Mothono in numero ballistariorum de inde. 30

Sapientes ordinum.

Capta — Quia Regimen nostrum Corphoi alias scripserit, quod neccessarius est unus magister balistarum in altero nostrorum castrorum Corphoi, videlicet novi,

Digitized by Google

et veteris, pro aptando ballistas de tempore in tempus, et in presenti habeat unum Nicolaum Galopo de Mothono magistrum ballistarum qui vellet ascribi in numero ballistariorum unius dictorum castrorum, sed cum maiori soldo quam habent ballistarii predicti; Vadit pars, quod concedatur predicto Regimini, quod possit scribi facere dictum magistrum Nicolaum in numero ballistariorum predictorum, cum illo soldo, quod sibi videbitur persimonizando quantum poterit in hoc pecunia nostri comunis.

de parte 97
de non 2
non sinceri 0

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 166 t.°).

754.

1419, 22 junii.

Mandatum regimini Corphoy, quod debeat mittere Scutarum èt Alesium quadraginta modia salis pro quolibet dictorum locorum.

Ser Jeronimus Contareno, sapiens ordinum.

Capta. — Cum Regimen nostrum Corphoi, nobis significaverit per suas literas, de mala expeditione salis nostri de inde, propter novitates Teucrorum, qui sunt vicini Insule nostre Corphoy, Et etiam quia illi qui veniebant acceptum salem Corphoum, nunc vadunt Avalonam, que nunc est in manibus Teucrorum, Et per ea, que habemus loca nostra partium Albanie habent necessitatem salis, Et de necessitate sit providendum super inde; Vadit pars, quod mandetur Regimini nostro Corphoi, quod debeat mittere Scutarum et Alexium, videlicet pro quolibet dictorum locorum quadraginta modia salis nostri comunis de inde ad mensuram venetam, que est staria XII pro quolibet modio significando de tempore in tempus officialibus nostris rationum veterum quantitatem que mittetur ipsis nostris rectoribus, ut possit ad eorum computum et rationem poni dicta quantitas salis, Et etiam mandetur dicto Regimini tam presenti quam futuris, quod debeant quotienscunque erunt requisiti per rectores nostros partium Albanie, mittere debeant eis de sale nostri comunis de inde, significando dictis nostris officialibus de tempore in tempus illum salem, qui mittetur, ut ad eius computum poni possit, sicut superius dictum est.

de parte 66
de non 33
non sinceri 6

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 180).

Digitized by Google

755.

1419, 30 junii.

Prorogetur terminus ser Marino Caucho, olim Castellano Coroni et Mothoni, veniendi cum suis provisionibus ad consilium Rogatorum.

Consiliarii.

Capta. — Quod prorogetur terminus nobili viro ser Marino Caucho olim 5 castellano Coroni et Mothoni veniendi ad istud consilium, cum suis provisionibus, usque per totum mensem Septembris proxime futuri, cum sit in ordine ponendi suas provisiones, Sed propter occupationes terre hucusque non potuit sibi dari consilium.

de parte . . . . . omnes 10

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 182 t.°).

756.

1419, 11 julii.

Quod sotii Castellanorum Coroni et Mothoni sint executores sententiarum, et cartulinarum cum conditionibus ibi notatis.

Ser Marcus Dandulo Consiliarius. 15

Capta. — Cum per tempora elapsa observaretur in terris nostris Coroni et Mothoni, quod sententie et cartuline darentur in manibus preconum de inde, quia illas mitterent executioni, Et tempore regiminis virorum nobilium ser Michelis Trivisano et ser Marci Dandulo comparuerint ad eorum presentiam quamplures cives et fideles nostri de inde cum querella exponentes, quod precones qui erant 20 executores sententiarum et cartulinarum, non curabant illas mittere executioni et aliqui ex eis exigebant pecunias vigore ipsarum sententiarum et cartulinarum, quas pecunias non dabant illis quibus spectabant, Sed illas male administrabant, quod redundabat in eorum maximum damnum et detrimentum, requirentes ipsum regimen quod placeret super inde de opportuno remedio providere, Quibus intellectis 25 considerato requisitionem illorum nostrorum civium et fidelium fore licitam et honestam, Provisum fuit per predictos ser Michaelem Trivisano, et ser Marcum Dandulo, quod sotii castellanorum, qui essent per tempora forent executores sententiarum et cartulinarum, et quod in fine regiminis castellanorum deberent consignare quaternos suos cancellariis nostris de inde, Que quidem provisio fuit utilis et fru- 30 ctuosa, et cum contentamento omnium civium et fidelium nostrorum terrarum nostrarum Coroni et Mothoni, et sic hucusque fuit observatum; Vadit pars consi-

Digitized by Google

derato quod provisio alias facta per dictos ser Michaelem Trivisano et ser Marcum Dandulo, est de contentamento omnium civium et fidelium nostrorum Coroni et Mothoni cognoverunt castellani qui ab illo tempore citra ibidem fuerunt, quod autoritate huius consilii debeat confirmari in hunc modum, videlicet, Quod sotii Castellanorum presentes et futuri, sint et esse debeant executores sententiarum et cartulinarum, sicut fuerunt a tempore regiminis virorum nobilium ser Michaelis Trivisano et ser Marci Dandulo citra, cum ordine, quod in fine regiminis castellanorum nostrorum teneantur consignare quaternos suos in cancellariis nostris de inde ac facere rationes quibuscumque ab eis habere debentibus ante eorum recessum, Et quod aliquis alius non possit, neque valeat se impedire de mittendo executioni, seu de exigendo aliquam sententiam seu cartulinam ullo modo, sub pena librarum centum, in suis propriis bonis, exigenda per advocatores comunis, habentes partem ut de aliis penis sui officii.

de parte 85
de non 7
non sinceri. 1

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 185).

757.

1419, 11 julii.

Modus observandus in conferendo officia locorum nostrorum Coroni et Mothoni.

Ser Marcus Dandulo Consiliarius.

Capta. — Cum alias in 1414 de mense septembris, pro volendo beneficiare subditos et fideles nostros Coroni et Mothoni, Captum fuerit in hoc consilio, Quod quilibet castellanus Coroni et Mothoni post suum introitum, subito transactis sex mensibus, deberet de fidelibus nostris de inde latinis et non grecis, Eligere unum balium, cavalarotos solitos, drugomanum et scribanum per unum annum cum conditionibus solitis etc. Et aliquis de aliis terris et locis nostris, veniant Venetias ad impetrandum per viam gratie de officiis suprascriptis, quod est contra formam partis alias super inde capta, et in damnum et detrimentum civium et fidelium nostrorum Coroni et Mothoni, Et bonum imo necessarium sit providere super inde; Vadit pars, Quod aliquod officiorum suprascriptorum non possit dari, neque conferi alicui nisi per modum contentum in parte alias capta in hoc consilio, vel per sex consiliarios, tria capita de XL, XXXV de XL, et tres partes maioris consilii, Sub pena ducatorum centum pro quolibet ponente vel consentiente partem in contrarium exigenda per advocatores comunis, habentes partem ut de aliis sui officiis, Declarando quod qui fuerit in uno dictorum officiorum non possit esse, postquam compleverit seu exiverit in aliquod dictorum officiorum usque duos annos, Non intelligendo quod Johannes de Ventura, qui a nostro maiori consilio habuerit offi-

Digitized by Google

cium scribanie in terra nostra Coroni, sive alii qui haberent officia de inde per viam gratie, non subiaceant suprascripte scripture, Remanente in omnibus aliis firma parte alias super inde capta, Et si consilium seu capitulare est contra, sit revocatum quantum in hoc.

de parte 84 5
de non 2
non sinceri 3

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 185 t.°).

758.

1419, 22 julii.

Mandatum Regimini Nigropontis, quod debeat simul cum capitaneo galearum Romanie, et vicecapitaneo culphi, bene examinare galeam Nigropontis, si erit sufficiens pro conducendo Venetias ser Franciscum Capello, et zurmam sue galee et cet;. 10

Ser Luchas Donato, ser Antonius de Canali, ser Jeronimus Contareno, ser Andreas Griti, sapientes ordinum. 15

Capta. — Quia galea nostra Nigropontis est in tali termino, quod male potest navigari, sicut nostrum regimen Nigropontis nobis significavit, propter quod bonum imo nccessarium est cambire dictam galeam; Vadit pars, Quod mandetur Vicecapitaneo nostro Culphi, quando redibit a partibus Romanie in reditu galearum nostrarum Romanie, debeat dimittere in Nigroponte et consignare in manibus regiminis Nigropontis galeam cuius est supracomitus vir nobilis ser Franciscus Capello, qui cum zurmis sibi commissis debeat ascendere super galeam que est nunc in Nigropontem, et venire cum Vicecapitaneo nostro in partibus Dalmatie. 20

Et ut dictus noster nobilis veniat secure Venetias cum zurmis suis, et ne defectu dicte galee recipiat aliquod preiuditium, Mandetur Regimini Nigropontis, quod debeat simul capitaneo nostro culphi ad eundum sursum bene videre et examinare galeam nostram Nigropontis et in casu quo ipsis videatur, quod sit sufficiens pro conducendo Venetias dictum nobilem nostrum et zurmas debeat illam bene aptari facere et poni in bono concio et ordine pro securitate dicti nostri nobilis et zurmarum sibi commissarum, quando autem non videretur sufficiens, nullo modo debeant ipsam cambire. 25 30

de parte . . . . . alii
de non 1
non sinceri. 2

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 187 t.°). 35

Digitized by Google

759.

1419, 21 augusti.

Quod fratres de Rodo possint mittere cum galeis Baruti, usque summam ducatorum X mille in XII mille.

Consiliarii.

5 Capta. — Cum per ordines nostros sit vetitum forensibus, quod non possint mittere cum nostris galeis de havere capselle, et de tempore in tempus alias concessum fuerit fratribus de Rodo, quod possent mittere de havere capte; Vadit pars, quod concedatur dictis fratribus de Rodo, quod possint mittere cum galeis nostris Baruti de havere capselle, usque ad summam ducatorum X mille in XII mille, Et 10 similiter prudenti viro Georgio de Sancto Cassano quod possit mittere ducatos III centum contatos pro Rodo, solventibus ipsis nabula consueta.

de parte. . . . . omnes

(Reg.° 52, 1417-1419, c. 190).

760.

1419, 12 octobris.

15 *Concessum baiulo et Capitaneo Nigropontis posse expendere pro certis laboreriis de inde ducatos centum.*

Ser Marcus Geno, ser Johannes Contareno, ser Daroli Fuscareno, sapientes ordinum.

Capta. —Cum Baiulus et Capitaneus Nigropontis, significaverit per suas literas, 20 quod alias vir nobilis ser Vitalis Miani precessor suus habuit licentiam expendendi ducatos quadringentos in laboreriis palatii baiuli de inde de quibus denariis expendit circa ducatos trecentos, et adhuc non fuerint completa omnia laboreria dicti palatii, quia deficit magna pars cohoperture, et etiam alia laboreria in quibus expendetur summa ducatorum Centum; Vadit pars, quod concedatur dicto baiulo 25 nostro, quod possit expendere in dictis laboreriis summam ducatorum Centum de pecunia nostri comunis de inde.

de parte 76
de non 8
non sinceri. 0

30 (Reg.° 53, 1419-1421, c. 6 t.°).

Digitized by Google

761.

1419, 13 februarii.

Prorogetur terminus ser Benedicto Trivisano Castellano Coroni et Mothoni, possendi venire cum suis provisionibus ad consilium, usque per totum mensem aprilis proximi.

Consiliarii. 5

Capta. — Quod elongetur terminus viro nobili ser Benedicto Trivisano qui fuit Castellanus Mothoni et Coroni possendi portare provisiones quas ipse potest proponere isti consilio, usque per totum mensem Aprilis proximi.

de parte . . . . . omnes.

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 29 t.°.) 10

762.

1420, 5 marcii.

Quid responsum fuit petitionibus factis dominio parte magni magistri et conventus Rodi, et sue Religionis Sancti Iohannis Ierosolimitani.

Ser Albanus Baduario, ser Rossus Marino, ser Marinus Karavello procurator, ser Fantinus Michael, ser Antonius Contareno, procurator, ser Franciscus Fuscari, 15 procurator, sapientes consilii, ser Franciscus Foscari, ser Laurentius Capello, ser Thomas Michael, ser Fantinus Dandulo, sapientes guerre, ser Marcus Geno, ser Ursatus Justiniano, sapientes ordinum.

Capta. — Cum pro parte Reverendissimi patris, magni magistri conventus Rodi, et sue religionis Sancti Ioannis Ierosolimitani, facte fuerint quatuor peticio- 20 nes, Prima ut dignetur nostra dominatio eidem et conventui suo restituere locum Avrane etc; Vadit pars, quod respondeatur dicto domino magistro, quod audivimus requisitionem quam fecerunt nostro dominio super facto Avrane, et respondemus, Quod Serenissimus quondam Rex Ladislaus, qui nobis vendidit totam Dalmatiam et dictum locum Avrane, continue possedit locum predictum, et similiter fecerunt 25 alii predecessores sui, et dictum locum tamquam verus dominus totius Dalmatie cum tota Dalmatia nobis vendidit, quem locum dispositi sumus tenere et conservare prout fecerunt alii possessores loci predicti, quem locum de novo fieri facimus, et ipsum sub bona custodia tenemus, et dictum locum juste et legitime emptum, intendimus conservare. 30

Ad factum autem damnorum Nicolai Sampier pirate, Respondemus, quod sicut ipsi scire possunt, idem Nicolaus Sampier pirata, cum quadam sua navi, multa damna intulit subditis et fidelibus nostris, que sencientes capitanei galearum no-

Digitized by Google

strarum tunc redeuntium a viagio suo, dictam navim ceperunt quam ordinavimus vendi debere, et civibus nostris damna passis satisfieri, que vendita fuit cum omnibus corredis suis solum ducatos VIII centum, qui non fuerunt sufficientes ad satisfaciendum civibus nostris, tunc damna passis, post cuius navis captionem, idem Nicolaus habito favore quod habuit in Rodo, iterato in partibus Sirie multa damna fecit et intulit nostratibus, et cognoscentes illa damna processisse, ob favores habitos in Rodo, finaliter miserunt ad presentiam nostram, Sapientem virum, Admiratum suum, cum quo ad pacta venimus prout in instrumento super inde confecto clare patet, Et licet cives et fideles nostri multo maiora damna sustulerunt illis qui continentur in pactis predictis, Tamen sumus contenti ad pacta predicta condescendere, ultra que non intendimus, nec iustum esset aliquid innovare, et reddimur certi, quod continentiam dictorum pactorum, ipsi tempore debito effectualiter observabunt, et ita ortamur dictum Reverendum dominum magistrum et conventum Rodi predictum.

Ad tertiam requisitionem super facto ordinum suorum existentium in terris nostris, qui in exactionibus talearum gravantur etc; Respondemus quod non dubitamus ad noticiam dicti Reverendissimi patris pervenisse, quod pro conservatione et deffensione subditorum et fidelium nostrorum, et bonorum suorum ordinavimus, quod omnes generaliter contribuere debeant ad expensas occurrentes, ad quam contributionem continue per tempora elapsa soliti sunt solvere, quia talis expensa redundat ad comunem utilitatem omnium, Et si ceteri subditi nostri, tam clerici quam laici contribuerunt expensis predictis, iniustum esset, eos eximere et relevare a solutionibus predictis, cum talis solutio redundet in comodum et deffensionem possessionum et bonorum suorum, sicut aliorum fidelium nostrorum, et pro servando equalitatem videmus non posse, cum honestate dicte requisitioni assentire, et intendimus prout faciunt ceteri alii, in terris et locis nostris existentibus quod solvant.

Ad quartam requisitionem super facto suorum sclavorum, respondemus, quod displicet nobis, quod patroni, sive alii subditi nostri, extrahant de Insula sua servos suos, quia istud expresse est, contra mentem et intentionem nostri dominii, et sic habent stricto a nobis in mandatis, Et in complacentiam sue reverendissime paternitatis iterato, stricte dabimus in mandatis omnibus capitaneis et patronis galearum nostrarum et aliorum nostrorum navigiorum, quod omnino a talibus se abstineant, Et si in futurum sentirent per nostros contrafieri si dabunt de hoc noticiam nostro dominio illos servos, qui per nostros levati fuerint, mandabimus restitui, quia intendimus, quod servi sui, nullo modo per nostros de Insula sua extrahantur et contra nostros contrafacient taliter providebimus, quod habebunt merito contentari.

de parte	120
de non	1
non sinceri	2

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 32).

Digitized by Google

763.

1420, 19 martii.

Quod rector Nepanti de cetero eligendus fiat per quatuor manus electionum.

Ser Franciscus Fuscareno, ser Bartholameus Storlato, ser Marcus de Molino, ser Franciscus Lauredano, consiliarii, ser Nicolaus Baduario, ser Andreas Griti, Capita de XL. 5

Quod ut possint fieri debite electiones que presentialiter fieri debent, scilicet rector Nepanti et omnes officiales rationum qui eliguntur per istud consilium fieri debeant nunc et in posterum dicti Rector Nepanti et officiales rationum per quatuor manus electionum in isto consilio.

de parte 80 10
de non 2
non sinceri. 3

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 34 t.°).

764.

1420, 19 aprilis.

Quid scriptum fuit despoto Achaye, circa novilates, violentias, et extorsiones illatas nostratibus per elapsum. 15

Ser Rossus Marino, ser Fantinus Michael, ser Antonius Contareno, procurator, sapientes consilii, ser Nicolaus Lombardo, ser Iohannes Dandulo, sapientes ordinum.

Capta.—Quot novitates, violentie, extorsiones, rauberie, percussiones, et cedes 20 commisse fuerint per elapsum et dietim committantur per gentes domini despoti in personis subditorum nostrorum Coroni et Mothoni, quas sumus certi, cum conscientia et voluntate sua procedere, litere nobis scripte per Castellanos nostros Coroni et Mothoni satis testantur, nec sufficit responsio sua dictis nostris Castellanis facta continens, ut prefati Castellani sue excellentie ostendant perpetratores enormitatum 25 predictarum, quia si intentionis sue foret, ut tam orribilia non committerentur, dictas suas gentes ad damna nostrorum non misisset, Que quantum nobis displiceant Vestra Serenitas satis clare comprehendere et considerare potest. Nam cognoscimus manifesto subditos et fideles nostros locorum nostrorum predictorum deteriorem vicinantiam ab infidelibus habere non posse, quam habuerunt et habeant a subditis domini 30 despoti predicti, quod certe non est signum boni amoris nec amicitie inter partes. Et

Digitized by Google

quia hec enormia non intendimus modo aliquo tollerare, que apud infideles et barbaros abhominabilia et insuportabilia forent, deliberavimus hec menti nostre gravia et displicibilia Serenitati vestre denotare, Eundem attente rogantes, ut eidem placeat cum dicto domino despoto provvidere, quod sine ulteriori dilatione, omnia ablata subditis et fidelibus nostris faciat integraliter restituere, et taliter cum effectu ordinet, quod similes extorsiones, raubarie, percussiones, et mala non occurrant. Ad que si dictus dominus despotus sine alia requisitione nostra providebit, remanebimus taciti et quieti, et cognoscemus eundem dominum despotum esse dispositum nobiscum velle amicabiliter vivere, quum autem non fiat per prefatum dominum despotum debita restitutio ablatorum, et provideatur ponatur remedium, quod similia de cetero non occurrant, nos ex parte nostra tales provisiones faciemus, quod dictus dominus despotus clare cognoscet, talem vicinantiam suam non facere pro nostro dominio, Non intendentes ullo modo, pro honore nostro, et securitate subditorum nostrorum talia supportare, quia dicte novitates, mala et depredationes non conveniunt, nec sunt conformia his que nobis dici et exponi fecit per Ambassiatorem suum.

de parte 79
de non 0
non sinceri 1

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 40).

765.

1420, 23 aprilis.

Concedatur regimini Corphoy, quod pro reparatione muri palatii de inde possit expendere yperpera quadringenta.

Consiliarii.

Capta. — Cum Regimen nostrum Corfoy per literas suas plures scripserit quod omnino, si non reparétur palatium circa passus LXXVI, quod tendit in ruinam, in tempore brevi ruet, et secundum examinationem factam scribant expensam predictam ascendere ad summam yperperorum IIII centum vel circa; Vadit pars, quod concedatur ipsi regimini nostro Corfoy quod pro reparando palatium predictum possit expendere predicta yperpera quadringenta.

de parte . . . . . omnes

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 40 t.°).

Digitized by Google

766.

1420, 25 maii.

Quod nobilis vir ser Petrus Diedo potestas et Capitaneus Neapolis Romanie possit investire pecuniam, que superhabundabit, a regimine suo in mercationibus pro conducendo Venetias.

Consiliarii. 5

Capta. — Quod nobili viro ser Petro Diedo potestati et Capitaneo Neapolis Romanie concedatur, sicut est solitum concedi aliis Rectoribus dicti loci, quod pecunias que sibi supererunt a regimine suo, et de venditione equorum suorum, possit investire seu investiri facere in mercationibus pro conducendo Venetias per duos menses ante finem sui regiminis. 10

de parte 94
de non 2
non sinceri. 0

(Reg.° 53, 1419-1421, c 46 t.°).

767.

1420, 14 junii. 15

Commissum potestati et Capitaneo Neapolis Romanie, quod mittat Mothonum galeotam ad levandum nobilem virum ser Marcum Polani successorem suum.

Consiliarii.

Cum galea nostra Neapolis Romanie sit solita venire ad levandum Rectores nostros ipsius loci propter dubietates Turchorum; Vadit pars, quod scribatur potestati et capitaneo Neapolis Romanie, quod mittat ipsam galeam ad levandum et conducendum de Mothono ad ipsum Regimen nobilem virum ser Marcum Polani iturum potestatem et capitaneum Neapolis, cum non habeat aliud passagium, ut possit ire ad dictum Regimen in termino sibi limitato, et cum securitate. 20

de parte . . . . . alii 25
de non 0
non sinceri. 2

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 56 t.°).

Digitized by Google

768.

1420, 20 maii.

Provisio facta, circa taxationem de novo fienda, super solutionibus Cancellariorum Nigropontis.

Ser Rugerius Ruzini, consiliarius, ser Marcus Zeno, sapiens ordinum.
5 Capta. — Cum anno elapso ad requisitionem cuiusdam de Nigroponte missi per comunitatem, qui dedit intelligi, quod in cancellaria Nigropontis nulla erit limitatio scripturarum, provisum fuerit in collegio deputato de una nova taxatione dicte cancellarie, que est in duplo minor taxatione alias facta per nostros Sindicos Romanie, que usque nunc extitit observata, sicut de premissis habetur clarissima
10 informatio, et prout evidentissime apparet, Nam vir nobilis ser Marcus Corrario iturus de proximo mense Baiulus et Capitaneus Nigropontis, conquestus est nostro dominio super inde, affirmans non posse reperire sufficientes cancellarios, qui secum ad dictum Regimen ire velint cum predicta taxatione nova adeo extenuata, respectu parve utilitatis, quia se sustentare non possent, Attento etiam, quod ter-
15 tium utilitatum ipsius Cancellarie ponitur in nostro comuni, habitoque respectu, quod ducatus auctus est ad soldos 140, et prout fertur, augetur adhuc usque ad soldos 150, Et demum considerata penuria bladorum inde vigente omnibus satis nota, Quibus omnibus consideratis est omnino necessarium facere debitam provisionem, Et propterea vadit pars, revocando dictam novam taxationem, Quod man-
20 detur Baiulo et Capitaneo Nigropontis, suisque consiliariis, et similiter dicto ser Marco Corrario, et consiliario nuper profecturo ad illud Regimen, Quod cum ipsi ambo applicuerint Nigropontem, debeant esse cum nostro Regimine presentialiter ibi existente, et tam existentibus ipsis in regimine, quam postquam exiverint de ipso, Et cum duobus aliis de civibus Nigropontis quos ipsi eligere debeant, Et
25 super hac materia invicem conferre, participare, videreque et examinare omnia et singula que eis videbuntur consideranda circa limitationem iamdictam, causis et respectibus antedictis, Quibus visis et examinatis, ipsi, videlicet Regimen vetus et novum, et ipsi duo cives electi, debeant infra unum mensem, postquam ad dictum regimen applicuerint per eos vel maiorem partem eorum determinare et
30 notari facere illam taxationem et limitationem, que eis iuxta, rationabilis et honesta videbitur, non excedendo taxationem sindicorum predictam, infra quem mensem debeant predicti cancellarii noviter ituri sequi et observare taxationem sindicorum predictam, que est ordinate notata in cancellaria predicta Nigropontis, Et quicquid per maiorem partem dicti Regiminis novi et veteris, et dictorum duorum omnium
35 electorum, fuerit terminatum et scriptum, observari debeat per Cancellarios Nigropontis, si infra mensem, ut premittitur, fuerit terminatum et sit ita firmum, sicut si captum esset in isto consilio, Quando autem infra dictum mensem predicti non

Digitized by Google

terminassent, debeant dicti cancellarii exigere et exequi secundum taxationem et limitationem ultimo factam.

de parte 54
de non 27
non sinceri 4 5

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 57 t.°).

769.

1420, 16 julii.

Quid commissum fuit Regimini Nigropontis, super reformationem banderiarum de inde.

Ser Marcus Geno et ser Nicolaus Lombardo, sapientes ordinum. 10

Capta. — Cum sit necessarium secundum literas regiminis nostri Nigropontis facere provisionem de banderiis dicti loci, et illas reducere et reaptare pro bono et conservatione dicti loci; Vadit pars, quod committatur viro nobili ser Nicolao Maripetro ad presens baiulo et capitaneo nostro Nigropontis, et similiter ser Marco Corrario ituro nostro baiulo de inde, et eorum consiliariis, quod quando erunt in 15 simul, debeant extrahere et eligere de banderiis peditum italicorum de inde existentibus usque pagas LX.ta de melioribus que sibi videbuntur, et illas dare et distribuere in tribus comestabilibus de illis de inde qui sibi meliores videbuntur, Ita quod sint comestabiles tres cum pagis viginti italicis pro quolibet; Super aliis autem pagis Grecorum, ordinetur, quod debeant extrahere et eligere quadraginta, de suf- 20 ficientioribus que sibi videbuntur, et illas ponere, sub duobus aliis comestabilibus qui sibi videbuntur, declarando quod dicte omnes page habere debeant soldum et stipendium solitum dari aliis banderiis veteribus, Et habeant dicte omnes page firmam duorum annorum, videlicet, pro tempore quo dictus ser Marcus Corrario stabit in regimine. 25

Verum ordinetur, quod in illa banderia quam secum conducit dictus ser Marcus, pagarum XXV, non possit aliquem defficientem remittere, donec reducta fuerit et venerit ad numerum pagarum XX, ultra quas non debeat alias remittere, Ita quod sit banderia pagarum viginti, et non plurium.

de parte 75 30
de non 0
non sinceri 3

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 61 t.°).

Digitized by Google

770.

1420, 18 julii.

Quod de cetero fiet unus solus camerarius in Nigroponte, et quod pecunia exigi debeat per modum ibi notatum.

Ser Iohannes Navaierio, ser Rugerius Ruzini, consiliarii.

5 Capta. — Cum per informationem datam nostro dominio debeant excuti in Nigroponte multe pecunie de ratione nostri comunis, et hoc processerit et procedat deffectu camerariorum et aliorum qui fuerunt ad talia deputati, Necesseque sit ad talia providere; Vadit pars, quod ubi fiunt ad presens duo camerarii pro uno anno per Regimen Nigropontis, sic de cetero fiat unus solus camerarius cum 10 salario quod habet ad presens, et apud illum sit unus scriba cum salario quod habet ad presens, et sint solum per unum annum, et apud ipsum sit unus de consiliariis, singulis duobus mensibus per texeram, Et debeant omnes predicti tres, videlicet Consiliarius, Camerarius et scriba unusquisque scribere in uno quaterno de per se omnes pecunias que excucientur, et expendentur, et omnes pecunie 15 que de tempore in tempus excucientur deponi debeant dietim in capsa comunis nostri, que est in palatio, sub pena Consiliario et Camerario qui essent in officio, ducatos centum pro quolibet ipsorum qui faceret contra predicta, que pena veniat in nostrum comune, Et claves dicte capse teneant illi qui presentialiter ipsas tenent, Et completa cameraria unius consiliarii duorum mensium, teneatur et debeat 20 consignare sotio suo, scilicet ser consiliario, rationes camerarie ipsius, quam camerariam sic facere et exercere debeant de duobus in duos menses, Remanentibus dictis consiliariis firmis omnibus libertatibus quas habent in regimen vigore sue commissionis. Verum ut denarii nostri comunis melius excuciantur, teneantur et debeant omnes qui erunt debitores in futurum camere nostre Nigropontis, et 25 non solvent ad terminos limitatos, solvere capitale et soldos duos pro quolibet iperpero pro pena, quorum duorum soldorum comune nostrum habeat tornesios tres, duo consiliarii tornesios tres, et camerarius cum scriba tornesios duos equaliter inter eos, de omnibus pecuniis que taliter exigentur, ut ipsi sint magis soliciti ad exigendum. Verum debitores terminorum preteritorum quoquo modo teneantur 30 infra duos menses, post cridam fiendam, solvisse tantum et totum id in quo tenebuntur camere nostre predicte, sub pena predicta, que dividatur ut supra, Similiterque teneantur dicti consiliarii, camerarius, et scriba tenere unusquisque computum de per se, de frumento et biscoto comunis, tenendo tamen claves magazenorum dictum camerarium et scribam, unam videlicet pro quolibet, Et hoc non possit 35 revocari, nec fieri gratia alicui contrafacienti, nisi per sex consiliarios, et duas partes istius congregati a C.

de parte . . . . . alii
de non 13
non sinceri 4

40 (Reg.° 53, 1419-1421, c. 62 t.°).

Digitized by Google

771.

1420, 18 julii.

Quod nemo exercens mercantiam bladorum possit esse provisor, seu camerarius in Nigroponte, sub pena ut ibi.

Consiliarii suprascripti.

Capta. — Cum per Regimen et comunitatem Nigropontis, eligantur de tempore in tempus tres provisores et unus camerarius, pro recuperando blada, et res alias pro illa comunitate, et propter aliqua non bene, nec honeste gesta in preterito, sit neccessario super inde salubriter providendum; Vadit pars, quod de cetero sit prohibitum cuilibet exercenti seu imminiscenti se in mercantia bladorum, per se vel alium seu alios, posse esse provisores seu camerariam, sub pena iperperorum trecentorum in bonis suis propriis cuilibet qui contrafecerit, et essendi privati perpetuo officiis et beneficiis que dantur per Regimen Nigropontis, que pena pecuniaria veniat in nostrum comune, Et rationes dictorum bladorum et aliarum rerum videri et examinari debeant de anno in annum, per Baiulum et consiliarios, et alios provisores quibus designabuntur, et servetur id quod terminabitur per dictum Baiulum et Consiliarios de dessignationibus predictis, Verum quia quandocumque expedit quod recuperentur blada pro comunitate nostra Nigropontis, possint baiulus et consiliarii qui erunt per tempora mittere ad emendum et recuperandum de dictis bladis pro dicta comunitate, sicut eis videbitur, possendo in hoc arisicare de pecuniis illius comunitatis, et etiam nostri comunis, sicut melius eis videbitur.

de parte 50
de non 10
non sinceri 3

(Reg.° 53. 1419-1421. c. 62 t.°)

772.

1420, 9 augusti.

Quod de denariis datii vini a spina Corphoy, possint accipi illi, qui erunt neccessarii pro aptatione muri castri nostri de inde.

Consiliarii omnes.

Capta· — Cum sit omnino necessarium reparare et receptare murum castri nostri Corphoy, quod in parte ruit, sicut nuper habuimus per literas regiminis nostri Corphoy, Et non sit possibile aliter pro presenti habere pecunias necessarias

Digitized by Google

pro dicto opere, quam accipere de pecuniis deputatis pro laboreriis burgi Corphoy; Vadit pars, quod pars capta in isto consilio, die X martii 1414, revocetur in tantum, quod de denariis qui exigentur de taxa et datiis vini a spina in Corphoy, qui erant deputati ad opera burgi Corphoy, possint et debeant accipi illi qui erunt necessarii, pro rehedificatione et refectione murorum castri Corphoy predicti.

de parte . . . . . omnes.

(Reg.° 53, 1419–1421, c. 66 t.°).

773.

1420, 9 augusti.

Cum poneretur de cassando Antianos deputatos ad custodias murorum Mothoni, nichil captum fuit.

Ser Iohannes Navaierio, consiliarius.

Cum zo sia chel in lo luogo nostro de Coron sia Anziani tre e a Modon tre i qual anziani non ha altro a far cha meter le guarde da sera, a i muri e quelli anziani ha de salario iperperi CXXX per zascadun a l anno, et el formento, Et questa spexa non sia necessaria, per che quelo fa i diti Anziani, fara i chavalieri de i castellani i qual sono do per cadaun castellan, Et perho l andara parte che i diti Anziani sia cassi, et che quelo facea i ditti Anziani debia far i chavalieri di castellani, i prexenti, e queli che vignera, Et che da mo avanti non se debia far plu l officio di ditti Anziani.

de parte 33, 33
de non 30, 31
non sinceri 7, 8

(Reg.° 53. 1419-1421. c. 67).

774.

1420, 9 augusti.

Vetitum Castellanis Mothoni et Coroni non posse dare alicui dimidium soldum, aliquo modo.

Ser Johannes Navaierio, consiliarius.

Capta. — Cumzosia chel sia tolto per usanza per i nostri castellani de Modon, e de Coron, senza alguna leze, de dar ad alguni mezo soldo, senza alguna angaria, et questi tal non ha numero, ni prexio, e chadaun castellan fa in questo chomo li par, Andara parte che da mo in avanti i castellani nostri de Coron e de Modon,

Digitized by Google

non debia per algun modo, o ver inzegno, dar ad algun per alguna caxon, mezo soldo, o ver altro don, per algun modo, soto pena a quelli castellani de pagar del so tuto quello i havesse da contra la forma de questa parte, Et oltra de questo debia esser cassi tuti quelli che a habudo mezo soldo da i castellani nostri predicti, Et azo che la prexente parte se osserva, debiasse meter in le commission di nostri castellani prexenti, e quelli che sera, a qual debia la presente parte mandar ad execuzion.

de parte 63
de non 6
non sinceri 3

(Reg.° 53, 1419-1421, c 67).

775.

1420, 19 augusti.

Cum poneretur, quod aliquis grecus non posset introire ad aliquod consilium de inde, Captum fuit de non.

Ser Rugerius Ruzini, consiliarius.

Cum usitetur, a certo tempore citra in Nigroponte, quod illud nostrum Regimen Nigropontis permittit grecos accedere ad consilia de inde, et eligi de sapientibus deputatis pro illa nostra comunitate Nigropontis, quod est male factum, Et sit omni bono respectu fienda provisio, et super inde debite providendum; Vadit pars, consideratis considerandis, quod prohibeatur expresse, et ita scribatur, et mandetur Baiulo et capitaneo nostro Nigropontis, et consiliariis eius, ac suis successoribus, quod de cetero non permittant aliquem grecum accedere ad aliquod consilium de inde, nec eligi de dictis Sapientibus, neque in officiis vel regiminibus, nec ad aliquam aliam rem, exceptis scribaniis, sub pena ducatorum centum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice, in suis propriis bonis, cuius pene medietas sit accusatoris si fuerit et alia medietas sit comunis, Et non possit presens pars revocari, nec suspendi, nec de dicta pena fieri gratia neque contra presentem partem, neque de pena modo aliquo aliter provideri, sub pena ducatorum centum pro quolibet ponente vel consenciente, vel aliter in contrarium quomodolibet providente.

de parte . . . . . 41, 38.
de non . . . . . 52, 60.
non sinceri . . . . . 20, 16.

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 69).

Digitized by Google

776.

1420, 19 septembris.

Quid commissum fuit regimini Nigropontis, super facto Marcolini Agapito affictatoris bonorum nostri comunis.

Quod scribatur Regimini Nigropontis in hac forma.

5 Ser Iohannes Navaierio, ser Marcus de Molino, ser Rugerius Ruzini, consiliarii.

Capta. — Facta est conscientia nostro dominio, quod quidam Marcolinus Agapito, qui iam bono tempore fuit affictator bonorum omnium nostri comunis positorum in Lilanto Insule nostre Nigropontis, malo modo tenuit, tenet, et occupat 10 quamdam turrim sitam in medio dicti casalis cum pertinentiis suis, et quod precessores vestri, et vos vigore unius stridoris facti tempore regiminis viri condam nobilis ser Saraceni Dandulo olim Nigropontis Baiuli, noluistis dare audientiam alicui dicte cause denunciationi, dicentes non posse vos in ipsa causa impedire, propter actum predicti stridoris etc., Et quia, non est justum, quod jura nostri 15 comunis taliter amittantur, et audiri non possint, Cum nostris consiliis Rogatorum et additiones vobis scribimus et mandamus, quatenus non obstante dicto stridore, debeatis vos informare ab omnibus qui sciant vos de veritate dicte cause, et tam per scripturam quam aliter informare, et etiam audire dictum Marcolinum Agapito, et jura sua, et omnia que dicere, producere et alegare volet in favorem suorum 20 jurium, que habet, seu habere pretendit in turri predicta, et accepta bona informatione, ac auditis omnibus facientibus, tam pro juribus comunis nostri, quam pro juribus Marcolini predicti, si reperietis quod dicta turris sit nostri comunis, et quod dictus Marcolinus ipsam tenuerit, et teneat indebite, debeatis ipsam turrim cum pertinentiis suis ponere in nostro comuni, et nobis significare et scribere per ve- 25 stras literas quicquid super inde feceritis et sequetur, ut super inde, sicut nobis videbitur, providere possimus. Preterea volumus, et vobis mandamus, Quod pro bono et utilitate comunis nostri, debeatis catasticari facere omnes possessiones, vineas, territoria, et alia bona nostri comunis de extra civitatem nostram Nigropontis, ut semper, et omni tempore cognosci possint bona nostri comunis, Ita quod 30 non occupentur indebite.

de parte 51
de non 1
non sinceri 11

(Reg.° 53, 1419-1421, c 77 t.°).

Digitized by Google

777.

1420, 28 novembris.

Scriptum Castellanis Coroni et Mothoni, quod ad requisitionem mercatorum damnificatorum, super navi Victoreli de Iudaicha, per Iohannem Ambrosium Spinola paratam, debeant armare barchas, pro eundo ad naves dicti Iohannis Ambrosii. 5

Ser Laurentius Barbaro, ser Iohannes Contareno, ser Laurentius Minio, ser Gasparinus De Musto, ser Andreas Fusculo, sapientes ordinum.

Cum vir nobilis ser Franciscus Minio patronus unius navis nostre retulerit nostro dominio pro parte Iohannis Ambrosii Spinola Ianuensis, qui multas naves nostras damnificavit in aquis Sapientie, quod aliquas mercationes ablatas de navi 10 Victoreli de la Zudecha, videlicet granam, carmesinum, et ceram quas credebat esse inimicorum suorum, propter vacillationem patroni, et quia non constabat esse civium nostrorum, vult restituere, dummodo sibi fieret fides per nostrum dominium, quod sint civium nostrorum, Et sit necessarium sibi respondere super inde; Vadit pars, quod scribatur dicto Iohanni Ambrosio Spinola in hac forma, videlicet. 15

Licet nos summe gravat audivisse vos cum navibus vestris plurima damna nostratibus intulisse, tamen nobis gratum fuit relatione viri nobilis Francisci Minio civis nostri patroni unius nostre navis noviter Venetias profecti, percepisse vos certas mercationes que erant super navi Victoreli de la Zudecha civis nostri per vos et naves vestras ablatas velle restituere, dummodo per nos, vobis fides fieret, 20 quod ipse mercationes sint nostrorum civium, quas credebatis esse inimicorum vestrorum, tum propter vacillationem patroni, tum quia per quaternos dicte navis dicebatis non constare illas esse civium nostrorum, Unde ad informationem vestram, vobis declaramus, et fidem plenariam vobis facimus, quod omnes mercationes et res que erant super dicta navi sunt civium nostrorum, vos requirentes, ut velitis 25 dictas mercationes restituere et assignari facere castellanis nostris Coroni et Mothoni, seu illis nostris Rectoribus, qui essent vobis magis proximiores. Sumus quidem certissimi, quod restitutioni aliarum rerum ablatarum per vos et naves vestras de dicta navi, et de aliis navibus nostris, pro satisfatione debiti vestri, debite providebitis. 30

Et ex nunc captum sit, quod Castellanis nostris Coroni et Mothoni mittantur dicte litere et copia earum, et mandetur eisdem, quod reperiente se dicto Johanne in illis aquis, dictas literas mittere debeant dicto Johanni, et procurare effectum ipsarum literarum cum illis modis et viis, qui et que sibi videbuntur, pro meliori executione nostre intentionis in dictis literis contente. 35

de parte 31

Digitized by Google

Ser Johannes de Garzonibus, ser Leonardus Caravello, consiliarii.

Capta. — Volunt, quod nichil scribatur in specie dicto Iohanni Ambrosio Spinole, sed quod fiat una litera petens, faciens fidem universis et singulis eadem inspecturis, quod mercationes, videlicet grane, carmesinum et cere arrepte de navi Victoreli de la Zudecha per Iohannem Ambrosium Spinola, vel naves suas sunt mercatorum et civium nostrorum, sicut clare constavit officialibus nostris ad tales examinationes deputatis, nominando nomina cuiuslibet mercatoris in dicta litera, Et detur dicta litera mercatoribus predictis, ut possint procurare rehabitionem dictarum suarum mercationum, Et scribatur Castellanis Coroni et Mothoni, quod ad requisitionem dictorum mercatorum, vel eorum nuncii, possint et debeant armare barchas, et dare omnem favorem possibilem, pro eundo ad dictas naves, si se reperient in dictis aquis, pro recuperatione suarum mercationum predictarum.

de parte 44
de non 8
non sinceri 1

(Reg.° 53, 1419–1421, c. 88 t.°).

778.

1420, 23 januarii.

Prorogatio termini facta ser Nicholao Maripetro et ser Philippo de Canali Raiulo et Consiliario Nigropontis veniendi ad consilium cum eorum provisionibus.

Consiliarii.

Quod nobilibus viris ser Nicolao Maripetro qui fuit Baiulus et Capitaneus Nigropontis, et ser Filippo de Chanali qui fuit consiliarius ibidem, prorogetur terminus veniendi ad hoc consilium cum suis provisionibus, usque per totum mensem Marcii proximi futurum.

de parte . . . . . omnes

(Reg.° 53, 1419–1421, c. 101 t.°).

779.

1420, 31 januarii.

Regimen Corphoy accipiat de denariis datii vini a spina pro subveniendo stipendiariis.

Ser Laurentius Minio, sapiens ordinum.

Capta. — Cum regimen nostrum Corphoy nobis significaverit per suas literas, quod stipendiarii nostri de inde habere debent pagas suas, aliqui pagas unius anni,

Digitized by Google

aliqui X mensium, aliqui octo mensium, et aliqui sex mensium quibus aliquo modo dare non potest pagas suas, quia non habet aliquam pecuniam nisi denarios datii vini a spina, qui expendi non possent in alio, quam in reparatione burgi Corphoy, sine nostro speciali mandato; Vadit pars, quod concedatur Regimini predicto, quod ultra illos denarios quos alias captum fuit posse expendere in reparatione muri castri Corphoy, possit accipere de dictis denariis datii vini a spina et solvere stipendiariis, ballistariis, et aliis salariatis in Insula nostra Corphoy habere debentibus, et etiam de dicta pecunia possit expendere in reparatione bastite de la Saiata, Attendendo nichilominus de denariis dicti datii, qui superhabundarent a dictis solutionibus et reparationibus de murando burgum nostrum Corphoy, sicut alias captum fuit in hoc consilio.

de parte 74
de non 4
non sinceri 1

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 105).

780.

1421, 4 marcii.

Pro aptando Cisternam Nigropontis possint expendere yperpera VI centum et pro reparatione palacii ducatos 150.

Ser Nicolaus Navaierio olim baiulus et Capitanius Nigropontis, ser Filippus de Canali olim consiliarius, consiliarii.

Capta. — Cum cisterna palatii nostri Nigropontis sit devastata per modum, quod aqua ab uno pede suprastare non potest in illa, que si teneret aquam esset sufficiens ad dandum aquam maiori parti illius civitatis, Et bonum imo necessarium sit providere quod dicta cisterna stet in bono puncto; Vadit pars, quod concedatur Baiulo et Capitaneo nostro Nigropontis, quod pro reparari et aptari faciendo dictam cisternam, possit expendere usque summam iperperorum sexcentorum tantum, Et ulterius quia palatium nostrum de inde eget maxima reparatione, idem noster Baiulus et Capitaneus possit expendere pro reparatione laboreriis, et aliis necessariis et opportunis in palatio predicto usque summam ducatorum centum quinquaginta, et ab inde infra, prout melius facere poterit, de pecunia camere nostre de inde.

de parte . . . . . alii
de non 1
non sinceri 0

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 116 t.°).

Digitized by Google

781.

1421, 28 martii.

Quid scriptum fuit duche Egeopelagi super factis domine Marie Sanuto.

Quod scribatur domino duche Egeopelagi in hac forma.

Ser Leonardus Mocenigo procurator, ser Anthonius Contareno procurator, 5 ser Franciscus Lauredano, ser Fantinus Dandulo, sapientes consilii.

Comparens ad presentiam nostram egregia et nobilis domina Maria Sanuto pro parte sua, et Egregie domine Florentie filie sue olim ducisse Egeopelagi uxoris condam Magnifici domini fratris vestri, nostro dominio, cum querela exposuit, quod certas conventiones et pacta prefata domina Maria habebat cum predicto domino 10 Jacobo fratre vestro, ad que observanda tenemini et obligatus estis, que pacta et conventiones in scriptis apparent, Et quod post mortem dicti domini Jacobi fratris vestri, dictam dominam Mariam, et filiam suam dominam Florentiam, ac filios expulistis de Insulis et locis suis Egeopelagi, quas asseruit eidem spectare et pertinere, Et humiliter supplicavit, quod quia civis nostra est, dignemur eidem, et domine Floren- 15 tie filie sue, ac filiis suis compati, et eidem de remediis opportunis subvenire. Nos vero audita querela et supplicatione sua, deliberavimus Magnificentie Vestre scribere, eamdem requirentes et hortantes, Quod eidem placeat ad presentiam nostram mittere aliquem ex vestris de iuribus vestris informatum, quem audiemus libenter, ut auditis iuribus ambarum partium, possimus deliberare illud quod nobis videbitur 20 fore secundum Deum et honorem nostrum deliberandum, quem mittere placeat quam citius esse poterit, ne habeamus causam aliter providendi.

de parte 46

Ser Franciscus Foscari procurator, sapiens consilii.

Vult quod scribatur in hac forma.

25 Comparens ad presentiam nostram Egregia et nobilis domina Maria Sanuto cum querela exposuit pro parte sua, et nomine Egregie domine Florentie filie sue olim ducisse Egeopelagi, et uxoris condam domini Jacobi fratris vestri, Quod dictas dominam et filiam expulistis de Insula Parii, et pertinentiis suis, et non vultis eis doharium suum dare, nec redditus suos, quos habet super Insula Andre, Et humi- 30 liter supplicavit, quod cum sit civis nostra, dignemur eisdem compati, et subvenire de remediis opportunis. Nos vero audita supplicatione sua, Magnificentiam vestram requirimus, quod mittere debeatis in reditu galearum nostrarum Romanie, unum ex vestris ad presentiam nostram, de juribus vestris informatum, quem libenter audiemus, ut auditis juribus ambarum partium deliberare et terminare possimus, 35 sicut videbimus fore secundum Deum et justitiam terminandum. Si vero ad dictum

Digitized by Google

terminum dictum nuntium vestrum non miseritis, procedemus in hoc facto, sicut videbimus fore de jure providendum.

de parte 52
de non 0
non sinceri 1 5

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 124).

782.

1420, 15 aprilis.

Nobili viro ser Nicolao Georgio militi dentur una galeota fulcita XX bancorum pro armando eam ad causam.

Ser Nicolaus Maripetro, consiliarius, ser Filippus de Canali olim consiliarius 10 Nigropontis.

Capta. — Cum progenitores nostri semper vigilaverint ad conservationem Insule nostre Nigropontis, et villanorum in illa habitantium, pro quorum conservatione antiquitus ipsi villani fuerunt positi, ad solvendum villatium et capinicho pro armando galeam Nigropontis, Et sepius occurrat quod appareat unum vel duo 15 fusta parva Turchorum in dicta Insula aperte Austri in pertinentiis Caristi, et antequam Regimen Nigropontis de dictis fustis Turchorum aliquam possit habere notitiam multa damna et violentie inferruntur per dictos Turchos in accipiendo animas, et capiendo barchos subditorum, et fidelium nostrorum dicte Insule, et pium et humanum sit saluti et conservationi, tam villanorum, quam navigantium illius 20 Insule debite providere; Vadit pars, quod viro nobili ser Nicolao Georgio militi per dominium dari et consignari debeat hic in Venetiis unam galeotam banchorum XX fulcita omnibus suis corredis neccessariis, quam dictus ser Nicolaus teneatur conducere, seu conduci facere Caristum ad suas expensas, et si occasione Turchorum venientium ad dannificandum subditos, et fideles nostros dicte Insule erit opus 25 illam galeotam armari dictus ser Nicolaus teneatur, et debeat illam armare de hominibus de Caristo, et cum ipsa facere et fieri facere honorem dominii nostri contra et adversus dictos Turchos, et cum dicta galeota fuerit conducta Caristum illi de Caristo sint, et esse debeant liberi, et absoluti a capinicho quod solvitur pro armamento dicte galee Nigropontis. Verum si aliquo tempore de mandato nostre domi- 30 nationis dicta galeota armaretur alia occasione quam occasione suprascripta, homines ipsius galeote solvi debeant a camera nostra Nigropontis per illum modum quo solvuntur homines galee Nigropontis, declarando quod existente dicto ser Nicolao personaliter dicta galeota ipse non sit suppositus nisi Regimini Nigropontis et Capitaneo nostro vel Vicecapitaneo Culphi se reperienti ad illas partes. 35

de parte. 84
de non 36
non sinceri 14

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 130 t.°).

Digitized by Google

783.

1421, 23 maii.

Franciscus Alberga admiratus Coroni possit ponere in ipso officio unum suum filiam.

Ser Bulgarus Victuri, ser Jacobus Supani, ser Scipio Bono, ser Johannes
5 Corrario, ser Nicolaus Maripetro, consiliarii.

Capta. — Cum sicuti manifestum est, providus vir Franciscus Gezo noster admiratus Coroni, se exercuerit multis et multis vicibus fideliter, et laudabiliter, eundo quinque vicibus in Turchia de mandato nostri dominii, et sepissime vicibus sine numero, missus fuerit per Rectores nostros Coroni et Mothoni ad partes
10 Amoree, et etiam Venetiarum, semper ducendo secum, et de suis denariis solvendo famulo, et plurimas alias expensas faciendo, de quibus nunquam habuit meritum unius soldi, nunc venerit in senectutem taliter, quod quasi amisit visum, nec potest personam suam exercitare in dicto suo officio, sicut esset intentio sua, propterea Vadit pars, quod pro aliquo merito laborum, et expensarum dicti Francisci, qui
15 habet septem, et pro bono agendorum nostri comunis, concedatur eidem Francisco, quod ipse possit ponere unum loco sui in dicto officio, qui sit bonus, et sufficiens, ac placeat nostris castellanis Coroni, et Mothoni, sicut alteri in simili casu concessum est expensis, et salario dicti Francisci, Et nichilominus in omni eo, quod sibi erit possibile ipse Franciscus erit paratus, sicut semper fuit ad omnia mandata
20 dominii nostri.

de parte	87
de non	3
non sinceri	1

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 144').

784.

25 1421, 7 junii.

Regimen Nigropontis liberet de carceribus et dimittat in sua libertate amalotos ibi existentes.

Quod respondeatur Regimini Nigropontis in hac forma.

30 Ser Nicolaus Maripetro, consiliarius.

Intellectis literis vestris, quas nobis scripsistis super facto illorum septem amalotorum christianorum, captorum in bello gesto cum Turchis, quos scribitis in carceribus esse, et fore senes, et impotentes, et de illis nostrum comune habere expensam pannis, et custodie, et videtur vobis pium esse illos de carceribus libe-

Digitized by Google

rare, vobis cum nostris consiliis Rogatorum et additione respondemus, Quod sumus contenti quod dictas amalotos de carceribus liberetis, et in sua libertate dimittatis, Sed quod non possint exire de Insula Nigropontis, sine nostra licentia et bulleto.

de parte . . . . . omnes.

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 148).

785.

1420, 7 junii.

Cassetur una banderia ex quinque que sunt in Nigroponte, et unam mittat ad custodiam Fitilei.

Ser Nicolaus Maripetro, consiliarius.

Capta. — Cum castrum nostrum Phytilei non sit sub illa bona custodia, qua esse posset, nam ad presens in illo sunt ballistarii quindecim greci, Et omni bono respectu sit neccessarium providere ad custodiam dicti castri, et bonum sit scansare expensam camere nostre Nigropontis; Vadit pars, quod committaur Baiulo, et capitaneo nostro Nigropontis, quatenus viso presenti nostro mandato mittere debeat Phyteleum unam banderiam latinorum de pagis viginti existentium in Nigroponte, qua est commestabilis Alexander de Papia, Et postquam dicta banderia latinorum Phytileum applicuerit predicti quindecim ballistarii greci cassentur, et pro cassis habeantur, Et singulo anno dicta banderia cambiri debeat cum una ex banderiis Nigropontis pagarum viginti. De aliis autem quinque que remanent in Nigroponte, debeat Baiulus, et Capitaneus Nigropontis recepto presenti nostro mandato cassare unam insufficientiorem prout sibi videbitur, cujus banderie casse ballistarios latinos si erunt sufficientes debeat ponere in aliis quatuor banderiis, prout sibi videbitur, cassando tot de aliis insufficientibus dictarum quatuor banderiarum, quot erunt illi, quos remittet in dictis quatuor banderiis.

de parte . . . . . omnes alii.
de non 1
non sinceri 0

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 151 t.°).

786.

1421, 9 junii.

Quid scriptum sit duche Egeopellagi et fratribus pro factis domine Marie Sanuto et Florentiole eius filie.

Ser Iohannes Corrario, ser Nicolaus Maripetro, consiliarii.

Capta. — Comparentes ad presentiam nostram Egregie domine Maria Sanuto, et Florentia eius filia cives nostre cum magna reverentia exposuerunt nostro

Digitized by Google

dominio, Quod intellexerunt nostrum dominium deliberasse scribere Adversario suo dominatori Egeopelagi in certa forma, que si scriberetur esset contra omnem equitatem, jus et justitiam, in totale preiudicium jurium predictarum dominarum, tenentes domine predicte talem deliberationem secutam esse quia nostrum dominium non habuit debitam informationem, nam prefata domina Maria nunquam requisivit a nostro dominio illud quod continetur in deliberatione, et terminatione predicta, et ideo dicte domine humiliter supplicaverunt, quod illud quod terminatum est scribere dicto Adversario suo non scribatur, sed quod dignetur nostrum dominium velle audire jura sua, et auditis juribus suis providere sicut nostro dominio videbitur fore de iure providendum, Et si non videretur nostro dominio velle conservare dictas dominas in juribus suis, dicte domine ex nunc contentissime sunt omnia jura sua renuntiare in manibus nostri dominii, et quod nostrum dominium dignetur providere de victu dictarum dominarum, filiorum, et familie sue, ne cogantur vagare per mundum, et aliena suffragia medicare, Et non solum sit pium ymo debitum nostro dominio, dictis dominabus civibus nostris prebere omnem nostram subventionem ita quod in totum non spolientur ita crudeliter omnibus bonis suis contra omnia jura mundi, et humanitatem, ymo intuitu justitie, et pietatis pium sit, dictis dominabus civibus nostris subvenire, ut non ita acriter confundantur; Vadit pars, Quod domino duche Egeopelagi et fratribus scribatur in hac forma.

Comparentes ad presentiam nostram Egregie domine Maria Sanuto, et Florentia eius filia relicta condam domini Jacobi fratris vestri, et olim cognata vestra cives nostre cum querela exposuerunt, et quod per vestros predecessores et per vos fuerunt dicte domine spoliate, et private omnibus suis bonis, insulis, dohariis, feudis et aliis bonis suis Egeopelagi, et cum magna humilitate nostro dominio supplicaverunt, ut tamquam civibus nostris dignemur compati, et eisdem cum opportunis remediis subvenire, ut ipse, filii, et familia sua, non cogantur per mundum miserrime vagare. Nos vero audita querela, et justa supplicatione dominarum predictarum deliberavimus intuitu justitie ministrande civibus nostris predictis vobis scribere cum nostris consiliis Rogatorum, et additionis requirentes, ut vos et fratres vestri mittatis ad presentiam nostri dominii unam, aut plures personas, de juribus vestris informatas cum libertate ad plenum, quam, sive quas libenter audiemus, et auditis juribus ambarum partium deliberabimus illud, quod nostro dominio videbitur fore secundum Deum, et honorem nostrum deliberandum, quem, vel quos nuntios vestros mittatis quam celerius erit vobis possibile per modum, quod saltem in reditu galearum nostrarum viagii Romanie anni presentis compareant ad presentiam nostram. Si vero non mitteretis ad terminum predictum nuntium, vel nuntios vestros, procedemus in facto predicto prout nostro dominio de jure videbitur fore procedendum.

Et similis litera scribi debeat domino Petro Geno.

de parte 80
de non 12
non sinceri 17

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 151 t.° e 152).

Digitized by Google

787.

1421, 17 junii.

Regimen Nigropontis eligat XII bonos viros pro reducendo in unum consuetudines de inde et ipsas positas in uno volumine mittat ad examinandum dominio et consilio rogatorum et mittatur unum volumen statim Venetias. 5

Ser Micolaus Maripetro.

Capta. — Cum intentionis nostri dominii semper fuerit, et sit, Quod subditis, et fidelibus nostris ministretur juris, et justitie debitum complementum, Et cum in decimo capitulo commissionis Baiuli, et capitanei nostri Nigropontis contineatur, Quod in audientia danda litibus Baiulus, et consiliarii, seu maior pars ipsorum, 10 debeant terminare bona fide secundum usum, si usum scient, et ubi usus defficeret secundum bonam conscientiam, Et quia tales usus apparent per diversos et varios modos, et formas, et valde differentes, in tantum, quod ministrantes ius, atque ius petentes nesciunt super quo usu se affirmare debent, quod redundat ad maximum damnum, et detrimentum fidelium et subditorum Insule nostre Nigropontis, Et 15 bonum ymo neccessarium sit providere super inde, ut deputati ad jus ministrandum, et volentes uti juribus suis sciant se intelligere per modum quod quilibet habeat debitum suum, et quod inter omnes observetur equalitas; Vadit pars, Quod auctoritate huius consilii committatur Regimini nostro Nigropontis, quatenus recepto nostro presenti mandato eligere debeat duodecim ex civibus Nigropontis qui 20 sibi videbuntur, magis pratici, et experti ad tale negotium, quibus electis ad insimul cum illis invenire debeat usus imperii Romanie quam correctiores invenire poterunt, Et ultra dictos usus in uno volumine de per se debeant notari facere omnes ordines, quos in cancellaria de inde repperient fore bonos, et utiles, et ulterius notari faciant omnes leges, et ordines qui dicto Regimini, et predictis duo- 25 decim civibus vel maiori parti ipsorum videbuntur pro bono, et comodo fidelium et subditorum nostrorum Nigropontis; Quos usus, ordines, et leges mittere debeant Venetiis, sub bulla illius regiminis nostro dominio presentandos, Et ex nunc captum sit quod Consiliarii Venetiarum, qui tunc repperient se ad consiliariam, quando predicta presentabuntur, Teneantur, et debeant ilios usus, leges, et ordines appro- 30 basse, a die presentationis usque ad unum mensem proximum venturum, sub pena librarum quingentarum pro quolibet in suis propriis bonis, cujus pene medietas sit nostri comunis, et alia medietas nostrorum Advocatorum comunis, Habendo predictos consiliarios plenam libertatem de examinando, seu examinari faciendo, et de addendo, et minuendo, ac corrigendo omnia predicta cum consilio Rogatorum, 35 prout eis melius, et utilius videbitur, Qui usus, leges, et ordines approbati mitti debeant per dominium Nigropontem sub bulla ducali, Committendo eidem Regimini et successoribus suis, Quod secundum formam, et tenorem illorum ministrare debeant cuilibet iuris, et iustitie debitum et plenarium complementum, Et ubi dicti usus

Digitized by Google

leges, et ordines approbati defficerent ministrare debeant jus, et justitiam secundum leges Venetiarum, Et ut hec nostra intentio votivum sortiatur effectum, Ordinetur quod per dominium mitti debeat Nigropontem unum statutum Venetiarum cum correctionibus opportunis ad expensas illius comunitatis, que volumina poni debeant in Cancellaria Nigropontis taliter, quod quilibet ad libitum suum illa videre possint intus civitatem.

de parte 85
de non 3
non sinceri 2

(Reg. 53, 1419-1421, c. 153 t.°).

788.

1421, 2 julii.

Armetur galea Nigropontis una cum galeis Romanie ut ibi.

Ser Nicolaus de Molino, ser Iohannes Pisani, ser Andreas Donato, sapientes ordinum.

Capta. — Cum sit bonum, ymo necessarium anticipare tempus, pro providendo ad securitatem galearum nostrarum iturarum ad viagium Romanie; Vadit pars, quod mandetur Regimini nostro Nigropontis, quod recepto presenti nostro mandato, debeat poni facere in bono puncto, et ordine galeam nostram Nigropontis, sic quod ad applicationem ipsarum nostrarum galearum Nigropontem dicta galea possit, et debeat ire ad sociandum illas usque ad illum locum, ad quem sibi per dictas galeas dabimus in mandatis. Et ut presto presens nostrum mandatum mittatur dicto Regimini, ex nunc mandetur regimini Corphoy, quod presto, et sine mora recepto presenti nostro mandato, debeat per viam hostie mandatum nostrum predictum mittere Regimini nostro Nigropontis, et etiam dictum mandatum mitti debeat Castellanis nostris Coroni, et Mothoni, ut illud similiter mittant per aliam viam dicto nostro Regimini Nigropontis.

de parte 95
de non 18
non sinceri 5

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 165).

789.

1420, 18 julii.

Regimen Nigropontis faciat tres judices cum salario et condicionibus ibi notatis.

Ser Nicolaus Maripetro, consiliarius.

Capta. — Abiando provezudo la nostra Signoria i conseieri de Nigroponte dover far lo offitio de la camerlengaria de Negroponte, a mexe, e avegna che tal

Digitized by Google

provision sia stada utilissima per lo nostro comun ampuo la dicta e stada, e si e de grandissimo interesso al pagamento de iustitia de la povera zente, et el non sia tanto utele quanto neccessario per spazamento di poveri, e fedeli nostri de Negroponte, e de la isola a proveder, L andera parte per contento dei diti nostri chel sia scripto, e comandado al rezimento nostro de Negroponte, et ai successori 5 soi che i debia far per la festa de San Michiel tre sufficienti zudesi allezendo di nostri fedel zitadini de Negroponte, fazendoli per la maor parte del rezimento ai qual zudesi sia dada libertade per autorita de questo conseio de poder cognoscer, diffinir, e sentenciar de ogni lite de yperperi X in zosso l apelazion veramente de le dicte sentencie sia reservade al rezimento nostro de Negroponte, le qual possa 10 esser ratade in parte, et in tuto, chomo a la mazor parte del dicto rezimento parera de iustitia apartegnir e aver debia i dicti zudesi de salario yperperi 80 per chascun a lano e a raxon d ano, e queli che serano stadi ano un, debia star fuora del dicto zudegado anni do, e queli che serano stadi mancho tempo, debia star fuora de tanto tempo quanto el sera stato in el dicto zudegado de i cancelieri veramente 15 che a i diti zudesi dovera attender si commesso al rezzimento predicto, a proveder per quel mior muodo che parera a la maor parte de quel rezimento, e per zo astricti i sucessori, a seguir l ordene che sora d ezo sera principiato, commetando al dicto rezimento, che per tal modo i proveda de i dicti cancelieri che la povera zente e i fedel nostri non abia piu spexa per tal cason de quela che i ano al presente, E sia 20 tegnudi i dicti zudesi sentar ogni zorno salvo el sabado, e i zorni feriadi declarando chel rezimento predicto parta per muodo i tempi del zudegar che i zorni chi sentara el rezimento a retribuir rason sentando quelo da matina i zudesi siano tegnudi a sentar da puo disnar, e quando el rezimento sentera i zudesi nostri non sia tegnudi a sentar, e quando sentera i zudesi non sia tegnudo a sentar el rezimento. Vera- 25 mente el sabato de matina sia tegnudo el rezimento ad aldir le appellation dentro el sabado da puo disnar sia tegnudo ad aldir le apellation de fuora. E sel ochorrese che davanti i predicti zudesi el fosse lite de algun vilan de servitudine, over abitador, over debitor, o crededer de quelli zudesi, over de algun de quelli quei tal non possa zudegar, e se do dei dicti zudesi fosse chazadi, over plui, quele tal lite 30 remagna al zudisio del rezimento, over che i offitiali da le biave de Nigroponte che per tal chason non podesse esser chazadi, debia per tesera gitada per el Baiulo intrar in luogo de quelo, over de queli fosse chazadi, e pagase i dicti zudesi da la camera nostra, de Negroponte de 6, in 6 mesi non se possando ampuo zudegar in lite che algun de loro fosse chazado chome a Venexia se observa, Et predicti iudi- 35 catus non possint ullo modo hic dari alicui vel aliquibus per gratiam.

de parte 58
de non 10
non sinceri 2

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 169). 40

Digitized by Google

790.

1421, 22 julii.

Mandatum regimini Nigropontis quod non obstante aliqua affictatione facta per successores suos una cum sindicis de aliquibus territoriis ad annos XXVIIII ad renovandum, audiat super inde nuntii domini patriarche constantinopolitani qui dicit in eis ius habere.

Ser Andreasius Justiniano, ser Sipionus Bono, ser Azzo Trivisan, ser Nicolaus Maripetro, ser Vitalis Michael, caput de XL loco consiliarii, consiliarii.

Capta. — Cum nobilis vir ser Petrus Lando supplicaverit nostro dominio parte Reverendi patris domini Patriarche Constantinopolitani, quod cum alias tempore, quo nostri Sindici missi fuerunt ad partes, et loca nostra Levantis per Regimen nostrum Nigropontis, simul cum dictis Sindicis fuerint affictata una cum aliis territoriis nostri comunis certa territoria predicti domini Patriarche, sive sui patriarchatus sita in districtu nostro Nigropontis ad annos XXVIIII, ad renovandam cartam, Et super inde nunquam poterit assequi suum debitum, quia Rectores qui postea fuerunt ibi, non fuerunt ausi se intromittere in tali affictatione, facta per precessores eorum dignaremur sibi providere de debito justitie, Et sit bonum providere, ne justicia careat debito suo cursu; Vadit pars, Quod mandetur auctoritate huius consilii nostro Regimini Nigropontis presentibus, et futuris, quod non obstante aliqua affictatione facta de dictis territoriis per precessores eorum cum dictis Sindicis, debeant audire commissos ipsius domini Patriarche, et secundum, quod cognoverint esse iustum, et debitum sibi justiciam ministrare.

de parte 55
de non 20
non sinceri 2

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 169 t.°).

791.

1421, 18 julii.

Admiratus Nigropontis non obstante aliqua terminatioue que sit nulla, de cetero habeat alborazium ut ibi.

Ser Nicolaus Maripetro, consiliarius.

Capta. — Cum alias de 1418, ente admirato deputato existente in Nigroponte tempore illo ob inconvalescentiam eius persone in termino non possendi, sicut re-

Digitized by Google

quirebatur exercere completo offitium dicte armirarie, facta fuerit quedam terminatio per Regimen Nigropontis continens inter cetera, quod socii milites, Baiuli, et capitanei Nigopontis de navigiis, a butis octuaginta infra habeant arborazium, et reliquas utilitates, Et mortuo dicto admirato illius temporis fuerit postea provisum per nostrum maius consilium de admirato idoneo, et sufficienti, qui illuc accessit, et facit offitium suum iuxta mandata nostra ut est neccesse, et debet habere utilitates suas, que stante terminatione predicta eidem impediuntur; Vadit pars, consideratis considerandis, et pro dando bonam causam dicto admirato faciendi solicite debitum suum, quod dictà terminatio annulletur, et cassetur in totum, ita quod nullius sit vigoris et quod dictus admiratus de navibus, et navigiis quibuscumque, ac barchis illuc declinantibus habeat de cetero alborazium, et alias utilitates quomodocumque, prout est justum.

de parte.	omnes alii
de non	2
non sinceri . . .	1

(Reg.° 53, 1419-1421, c 172 t.°).

792.

1421, 2 septembris.

Loco Piffanii de Achon defuncti, et olim consulis venetorum in Rodo, Nicholaus de Leone sit de cetero consul in Rodo.

Ser Nicolaus Michael, ser Marinus Justiniano, ser Triadanus Griti, sapientes ordinum.

Capta. — Cum Egregius vir Pifanius de Acon civis noster, qui erat Consul noster in partibus Rodi mortuus sit, unde neccessarium est providere de uno altero Consule nostro in dicto loco et habeatur noticia de optima sufficientia, et fidelitate circumspecti viri Nicolini de Leone, generi dicti Pifanii; Vadit pars, quod auctoritate istius consilii dictus Nicolinus constituatur, et sit Consul noster in partibus Rodi, cum illis modis, et conditionibus cum quibus erat dictus condam Pifanius, et de hoc per literas nostras dari debeat noticia dicto Nicolino.

de parte.	91
de non	1
non sinceri	0

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 180).

Digitized by Google

793.

1421, 2 septembris.

Quando Castellani Coroni et Mothoni cambiabunt non possit ire per terram, nec secum ducere comitivam, sub pena ut ibi.

Ser Nicolaus Michael, ser Marinus Justiniano, ser Triadanus Griti, sapientes ordinum.

Capta. — Cum loca nostra Coroni et Mothoni sint cara nostro dominio quamplus dici potest, unde animadvertendum est de bona, et optima custodia eorum, ne sibi aliquid sinistri contingat, Sed per ea, que habemus, Castellani nostri Coroni, et Mothoni, quando cambiuntur de loco in locum ducunt secum maximam comitivam et relinquunt ipsa loca sine aliqua custodia, quia quasi omnes equitant secum, et nisi provideretur ipsa loca una vice periculum posset incurrere; Vadit pars, quod de cetero castellani nostri Coroni, et Mothoni quando cambientur de loco ad locum, non possint ullo modo, forma, vel ingenio ire per terram, sed per aquam, non ducendo in comitiva sua pro quoque eorum ultra personas decem ultra suam familiam sub pena ducatorum quingentorum in suis propriis bonis et perpetue privavationis regiminis dictorum locorum, de qua pena non possit fieri aliqua gratia, donum, remissio, recompensatio, termini elongatio, suspensio, nec aliqua declaratio, sub penis et stricturis contentis in parte nova contrabannorum, Et committantur hec inquirenda Advocatoribus comunis habentibus partem penarum, ut de aliis penis sui officii, Et addatur presens pars in commissione dictorum castellanorum.

de parte 85
de non 7
non sinceri. 1

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 181).

794.

1421, 11 septembris.

Non obstante parte capta 1413 die II junii, possit seminari territorium Lichone Insule Nigropontis.

Ser Marcus Lando, ser Antonius Diedo, ser Andreas Donato, Capita de XL.

Capta. — Cum habeatur informatio per nostros Rectores reversos modo ultimate, a nostro regimine Nigropontis quandam confirmationem alias factam de

Digitized by Google

1413, die II Junii, per istud consilium Rogatorum de quadam prohibitione ordinata per regimen Nigropontis cum consilio de inde de non permittendo arari nec laborari territorium Licone, neque de extra pontem Nigropontis, ut in illa continetur, esse valde inutilem, et nocivam Insule Nigropontis, et in damnum pauperarum personarum, quia ex illa in dicta Insula efficitur magna penuria frumenti ubi si seminabuntur loca predicta erit de illo cum gratia Dei, bona, et sufficiens abundantia non solum pro loco, et Insula nostra Nigropontis, sed etiam pro subveniendo aliis locis nostris; Vadit pars, consideratis predictis, nam sapiens res est agenda continue in melius reformati, quod pars confirmationis prohibitionis predicte habeatur pro suspensa, ita quod quilibet possit ab beneplacitum suum ire ad cultivandum, et laborandum loca predicta Licone, et de extra pontem, declarando tamen omni bono respectu, quod villani, servi angarie non possint ire ad laborandum extra ultra pontem Nigropontis, ne pro essendo in loco libertatis fugere valeant sub spe franchandi se cum damno fidelium nostrorum, et comunis nostri.

de parte 46
de non 34
non sinceri 10

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 183 t.°).

795.

1421, 6 novembris.

Regimen Corphoi accipiat contra literas, a volentibus conducere valaniam Venetias.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum de multis locis, et partibus de extra culfum conducitur magna quantitas valanie ad partes marchie in maximum damnum, et preiudicium nostri comunis, Et necessarium sit pro bono datiorum nostri comunis ad hoc providere; Vadit pars, quod cridetur publice super scalis Rivoalti, quod nullus noster civis subditus vel fidelis audeat, vel presummat de locis, et partibus nostris, et aliis partibus extra culfum conducere, seu conduci facere ad aliqua loca de intra culfum preterquam Venetias aliquam quantitatem valanie sub pena ducatorum quinque pro quolibet modio, ad quam penam cadat similiter patronus navigii, qui illam conduxisset et ulterius stare debeat menses sex in carceribus, de quibus penis non possit fieri aliqua gratia, donum, remissio, recompensatio, termini elongatio, nec aliqua declaratio sub penis, et stricturis contentis in parte nova contrabannorum, Et pro meliori executione huius nostre intentionis ex nunc scribatur, et mandetur Rectoribus nostris Corphoy, Coroni, et Mothoni, et Nigropontis, et Neapolis Romanie et successoribus suis, quod debeant accipere bonas plezarias, a patronis navigiorum, que capitarent ad loca sibi commissa super quibus erit carricata valania

Digitized by Google

pro conducendo illam ad partes de intra culfum, quod illam recto tramite conducent Venetias, de quibus plezariis, et quantitate ipsius valanie debeant significare officialibus nostris tabularum, et aliis officialibus, ad quos hoc spectabit, Et presens pars etiam ponatur in commissionibus dictorum Rectorum, Capitanei Culfi, et ripe-
5 rie Marchie, quibus hec committantur inquirenda, habentibus tercium dicte pene pecuniarie si fuerit accusator, et si non fuerit accusator medietatem ipsius pene, alia medietas sit nostri comunis, Et similiter hec committantur omnibus officialibus contrabannorum habentibus partem ipsius pene, ut habent de aliis penis.

de parte	omnes alii
de non	1
non sinceri	1

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 194).

796.

1421, 29 novembris.

Mandatum regimini Corphoy. quod sub pena ducatorum quingentorum in suis propriis bonis, non debeat denegare licentiam Rectoribus nostris Crete, et Coroni, et Mothoni, de extrahendo bladum de districtu sui regiminis.

Sapientes consilii.

Capta. — Quod scribatur Regimini Nigropontis et successoribus suis in hac forma.

Anno presenti sicut vobis notum esse scimus in Insula nostra Crete, ac in Mothono et Corono fuit, et est magna indigentia et penuria frumenti, oportuitque ut per diversas partes et loca pro habenda bladorum subventione transmiserint, et sicut sentimus, Rectores nostri illorum locorum miserunt ad vos pro habendo tractam, et subventionem frumenti pro suis pecuniis quam vos illis concedere denegastis, que res nobis molestissima fuit, et est, miramurque atque gravamur, quod vos qui scitis quantum illa loca sunt nobis cara, et qui etiam sciebatis indigentiam quam habebant, et poteratis eis commode subvenire, quia in loco vobis commisso, et partibus circumstantibus fuit, et est bona copia bladorum eiusmodi licentiam, et subventionem concedere volueritis, Id circo cum nostris consiliis Rogatorum et additionis vobis scribimus, et expresse mandamus, quatenus quantum habetis gratiam nostram caram, et sub pena ducatorum V centum in suis propriis bonis vestris si nunc, vel in futurum per dictos Rectores nostros fueritis requisiti de licentia, et tracta bladorum de districtu vestri regiminis, illam eis, vel nuntiis et navigiis suis dare, et concedere libere debeatis, et eam nullatenus denegare, sicut velletis, quod in simili casu ipsis facerent versus vos, Nimis enim periculosum et et inconveniens esset, quod loca nostra in tam arduis opportunitatibus sibi invicem non subvenirentur, Quam penam si non parueritis, commisimus nostris Advocatoribus comunis per suum officium exigendam, Sed speramus quod taliter vos ge-

Digitized by Google

retis, in posterum, quod de bona obedientia mandatorum nostrorum poteritis merito commendari.

Similis Regimini Corphoy et successoribus suis.

Similis Potestati, et Capitaneo Neapolis Romanie et successoribus suis.

de parte . . . . . omnes 5

facte fuerunt litere die ultimo novembris 1421.
Item die primo decembris 1421.

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 197 e 197 t.°).

797.

1421, 29 novembris.

Commissum ser Andrea Barbaro castellano Coroni et Mothoni quod facere debeat circam galee mudatie iture ad disarmandum in Cretam, Mittendo quaternum dicte cirche regimini Crete. 10

Quod scribatur ser Andree Barbaro, castellano Coroni et Mothoni.

Sapientes consilii et ordinum.

Capta. — Quoniam iussimus nobili viro ser Zanachio Mudazio supracomito nostro Culphy, quod vadat cum galea sibi commissa in Cretam ad disarmandum, Mandamus vobis cum nostris Rogatorum et Additionis, quod facere debeatis circam ipsius galee diligenter et bene per modum quod comune nostrum non decipiatur, Mittendo quaternum dicte cirche quam feceritis sub bulla, et literis vestris Regimini nostro Crete. 15 20

de parte. . . . . omnes

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 197).

798.

1421, 2 decembris.

Mandatum Castellanis Coroni et Mothoni, quod integraliter solvere debeant nabulum navis patronizate per Iohannem Ceccholini, pro frumento conducendo de partibus Sicilie. 25

Ser Andreas Justiniano, ser Michael Salamono, ser Azzo Trivisano, ser Sipio Bono, ser Bartholomeus Mauroceno, consiliarii, ser Johannes Contareno, caput de XL.ta

Capta. — Cum viri nobiles ser Vitus de Canali et ser Marcus Justiniano sapientes nostri super terris acquisitis de novo de mandato nostre dominationis 30

Digitized by Google

naulizaverint unam navem cuius est patronus Iohannes Cecholini pro conducendo Mothonum de partibus Sicilie staria milleseptuagintaunum frumenti ad rationem omnium stariorum sex cum dimidio ducatorum I pro nabulo, ex quo nabulo idem ser Vitus, et ser Marcus se constituerunt plezios; Vadit pars, quod auctoritate huius consilii mandetur Castellanis nostris Coroni, et Mothoni, quod applicata nave predicta Mothonum et discaricato frumento, nabula predicta debeant integraliter solvere absque alia dilatione. Verum ex nunc sit captum, quod si dicti Castellani nostri Mothoni, et Coroni non solvent nabula predicta, omne damnum et interesse que sequentur dictis ser Vito de Canali et ser Marco Iustiniano sit et deveniat in dictos Castellanos nostros Coroni et Mothoni.

de parte 91
de non 7
non sinceri 2

(Reg.° 53, 1419-1421, c. 198 t.°.)

799.

1422, 3 marcii.

Commissum regimini Nigropontis, quod de anno in annum eligere debeat ex fidelibus et civibus nostris de inde Iudices, Advocatos, capitaneos, et alios officiales et scribanos, tam in Nigroponte, quam per Insulam ac Rectorem, et Cancellarium Phitiley.

Ser Filippus de Canali, caput de XL.

Capta. — Cum per Regimen nostrum Nigropontis de anno in annum eligantur Iudices, Advocati, capitanei, scribani, et alii officiales tam intus terram Nigropontis, quam per Insulam, super quibus eligendis alias per istud consilium facta fuerit provisio, ut forensibus non contribuerentur talia officia per regimen predictum, sed civibus nostris de inde etc., Et dicto regimini Nigropontis etiam sit commissum eligere unum Rectorem, et unum Cancellarium Phytiley cum salario, et condictionibus in parte super hoc capta contentis, super quibus omnibus pro contentamento omnium, ut omnes ex ipsis valeant participare sit providendum; Vadit pars, quod mandetur Regimini nostro Nigropontis, et successoribus suis, quod de anno in annum de cetero debeat eligere ex civibus, et fidelibus nostris Nigropontis omnes Iudices, Advocatos, capitaneos, et alios officiales, et scribanos, tam in Nigroponte quam per Insulam, ita etiam rectorem, et unum cancellarium Phytiley, de quibus omnibus offitiis et Capitaneria et Rectoria possint et valeant participare et gaudere omnes nostris nobiles, et cives veneti natione tantum inde habitantes, Ita tamen ut quilibet ex predictis valeat ex his participare, Et sic ex nunc sit captum, quod omnes qui presentialiter sunt in dictis offitiis vel aliquo eorum, et qui etiam per tempora fuerint, completo anno uno, non possint stare, nec esse modo aliquo vel ingenio in dictis officiis, vel aliquo eorum, neque eligi ad aliquod aliorum offitiorum usque duos annos, sub pena regimini, et cuilibet eorum ducatorum III centum in

Digitized by Google

suis propriis bonis, que pena committatur exigenda nostris Advocatoribus comunis, et sindicis qui per tempora ibunt ad illas partes, a contrafacientibus, habentes ut de aliis eorum offitii, Et si fuerit accusator habeat tertium, commune tertium, Advocatores, aut Sindici reliquum.

de parte 76 5
de non 11
non sinceri 5

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 5).

800.

1422, 7 marcii.

Commissum Castellanis Coroni et Mothoni, quod faciant ponere in ordine magazenos necessarios pro ponendo mercationes, que illuc conducentur per galeas ituras ad partes Levantis. 10

Sapientes consilii, excepto ser Fantino Michael et sapientes ordinum.

Capta. — Quia opus est dare ordinem, quod ille mercationes que conducentur Mothonum cum illis duabus galeis, ituris ad partes Levantis debite regulentur; 15 Vadit pars, quod committatur Castellano nostro Mothoni, quod faciat ponere in ordine et in concio magazenos necessarios solariis, et aliis opportunis, et deputare ad recipiendum mercationes predictas, Unum ex consiliariis nostris, illum videlicet qui non erit ad capsam, et unum sufficientem scribam qui teneat computum ordinare, quarum mercationum tenere debeat unam clavim Castellanus, et unam Consiliarii 20 Mothoni pro quolibet, et pro labore predictorum, et pro expensis magazenorum, et pro caricando et discaricando mercationes predictas quod in Mothono, solvere debeant mercatores unum quartum pro centenario valoris mercationum predictarum quod quartum dividatur in hunc modum videlicet, Castellanus debeat habere unum grossum, Consiliarii Mothoni duos grossos pro quolibet, et unum grossum scriba 25 deputandus, Declarando quod ipsi Castellanus, Consiliarii, et scriba pro ipso quarto quod habebunt, solvant et faciant expensas magazenorum, et que fient in caricando, et discaricando mercationes predictas in Mothono, ut superius continetur, Ita quod mercatores nullam aliam expensam solvant occasione suprascripta nisi quartum predictum, quod quartum solvi debeat, prout solute fuerunt expense facte 30 in Mothono de mercationibus galee Pasqualige, Declarando nichilominus, quod sit in libertate mercatorum nostrorum consignari facere suas mercationes predictas in manibus illarum personarum, que sibi videbuntur in Mothono, et in hoc casu non debeant solvere dictum quartum, sed de quantitate et numero, et qualitate dictarum mercationum, debeant certificare dictum castellanum, et consiliarium, 35 ut possit teneri computus ordinatus, ne comune nostrum aliquod damnum patiatur.

de parte 73
de non 6
non sinceri. 0

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 7 t.°). 40

Digitized by Google

801.

1422, 1 aprilis.

Quid scriptum fuit baiulo et capitaneo Nigropontis, circa monstram fiendam de hominibus a equo, quos reducere debeat in numero de octo.

Ser Filippus de Canali, caput de XL.

5 Capta. — Cumzosia che la camera nostra de Negroponte sia agravada de molti debiti per trope spexe e superflue che sono de la, e le qual de di in di se fano per la qual cossa molte fiade per defecto de peccunia la galia nostra de la se resta de armar la qual per molte cosse poriano occorrer seria de besogno l armamento de la dita si per nuove de Turchi como per altre cosse opportune per l ixola 10 nostra chon non pizolo danno, e pericolo de la isola nostra predicta, e de i citadini e fedeli nostri de la, Et el sia ben le spexe superflue e non necessarie ni utele revocar, a zo che la camera nostra arquanto de quele se possa aleviar per ben del nostro comun, Et cumzo sia che al presente in Negroponte sia scrita a la provision de li homeni XXV da cavalo cum salario de yperperi XII al mexe i qual tuti 15 sono griegi e citadini et habitadori nostri de la, i qual etiamdio senza quel soldo cum le suo fameie de la si habitariano, la qual spexa non e neccessaria anzi superflua. L andara parte chel scrito e comandado al Bailo, e Capetanio nostro de Negroponte che rezevudo al presente nostro comandamento diebia far la mostra de i diti homeni XXV da cavalo, e de numero de cavali XXV che i sono o ver 20 che i dieno esser diebia redurli in numero solamente de oto cum quel soldo che per avanti i avevano, i qual non debiano esser ni citadini ni homeni che habiano terreni ni possession ni in la terra ni in la Isola nostra de Nigroponte, Intendando che algun de i diti soldadi non possa haver algun fameio scrito al predicto soldo soto pena a zascadun Bailo e capetanio de ducati 300 entro i suo proprii beni, la 25 qual sia commessa a scuoder a i Avogadori del comun habiando parte chomo de le altre del so offitio possando sora de zo intravegnir i sindici, habiando parte de questo chomo i ano de le altre pene che aspeta a i diti, E in fin da mo sia prexo che sora i diti oto homeni da cavalo sia messo un cavo per lo nostro Bailo e capetanio de Negroponte el qual habia de salario yperperi XVI al mexe di beni del 30 nostro comun a zo che l se possa haver homo forestier sufficiento segondo el tenor de la parte sorascripta.

de parte 98
de non 14
non sinceri 7

35 (Reg.° 54, 1422-1423, c. 19).

Digitized by Google

802.

1422, 7 maii.

Quid responsum fuit capitulis porrectis per Ambassiatores Communitatis Corphoy.

Sapientes consilii.

Capta. — Quod ad capitula nostro dominio porrecta per Ambassiatores comunitatis Corphoy respondeatur in hac forma, et primo:

Ad primum capitulum hujus tenoris, videlicet: Supplicemo a la Serenissima Dogal Signoria che de li hofficij, e gracie ne a fato segondo apar li nostri privilegij li piaza degnarse confermar cumzozia che algune persone se habia impetrado tazita veritade alguni de queli hofficij da la Signoria per gratia, E la Signoria non recordandose de la gratia prima a suo subditi concessa li concesse, E per tanto supplichemo li piaza dignarse le dite gratie a i diti suo subditi fato restituirli e confermarli a i diti subditi Corphioti e revocarli, a queli Supplichemo etiam che i piaqua che de sovra de zo de provedere per cusi fato muodo che per lo tempo avenire i diti so subditi non habia piu spexe, ni fadiga, e dare tedio a la dita Signoria vostra.

Respondemus quod volumus quod illud quod concessimus fidelibus nostris Corphoy eis observetur, et volumus, quod omnes illi quibus concessa sunt aliqua officia, sine beneficia per nostrum dominium in terra, et Insula nostra Corphoy, et pertinenciis suis contra formam privilegiorum per nos dicte comunitati concessorum, transactis sex mensibus a die quo Rectores nostri Corphoy receperint hoc nostrum mandatum, priventur offitiis, et beneficiis predictis, que dari debeant de inde secundum formam suorum privilegiorum, Et ordinetur, quod si de cetero alicui concederetur per gratiam per nostrum dominium aliquod offitium, vel beneficium contra formam privilegiorum per nos concessorum dicte comunitati, Rectores nostri non debeant dictas tales gratias observare, nec observari facere.

Ad secundum tenoris infrascripti. Item supplicemo a la dita excelsa Dogal Signoria che i piaqua de concieder a nui che de li soradicti offitii per che tuta la universita participa che chadaun che avera algun offitio de qualli infina anni V non possa aver quelo, e infina anni do pasadi nesun altro offitio possa aver de i diti, Respondeatur fiat.

Ad tertium. Item supplicemo a la dita nostra excelsa Signoria che cumzosia che l rezimento nostro de Corphu abia fato e ordenado che li zudesi anali de Corphu possano tenire raxon de yperperi XV in zoso se degnano confermarlo como se observa a Negroponte, e questo per aleviamento de lo rezzimento, e honor de quela citade nostra de Corphu, Respondeatur quod fiat prout petunt, et ita debeant Rectores nostri observare, Sed volumus quod omnes volententes conqueri de judicibus predictis possint se appellare ad Baiulos et Consiliarios nostros Corphoy, quod audiat appellationes predictas, et terminant sicut eis videbitur.

Ad quartum. Item supplichemo a la dita nostra excelsa Signoria che i diti so

Digitized by Google

subditi Corphiati cum lor navilii e marcadantie siano tratade in Veniexia, e a le altre terre de la Signoria como son tratadi queli de Candia de Modon e Coron, Respondemus fiat.

Ad quintum. Item supplichemo ala dita excelsa nostra Signoria che li dener de la tanssa lo nostro rezimento de Corphu non possa far spender de i diti dener se no a lo muodo che se fa de nuovo, chomo per altre fiade la dita Signoria ha comandato, Respondemus fiat.

Ad sextum. Item supplichemo a la dita nostra excelsa Signoria sora el fato del maran, Conzosia che la Signoria ha fato uno patron a lo dito maran cum salario de yperperi II cento a l ano, e per caxon el dito patron non lavora solamente sie mexi a l ano e avanzo del tempo sta indarno, la comunitade de Corphu se agrieva de pagar no lavorando li piaza degnarse sia messo uno patron Corphyato e sia pagado per lo tempo lui servera, e che sia in la condizion che sono i altri offitii segondo e stado observado per li tempi pasadi, Respondemus fiat.

Ad ultimum huius tenoris. Item supplichemo a la dita excelsa nostra Signoria, che chonzosia che per la comunita de Corphu e stada presa parte tra lor che chadaun che aveva de i soradicti offitii debia metere del so salario a monte tanto como e tansado de la, E questo per caxon che molte fiade achaze a la comunitade alguni bexogni como e per neccessita de formenti, e de altri caxi bexognosi a la dita comunita suplicemo li piaza degnarse confermar quela. Respondemus fiat.

de parte . . . . . 99 de non . . . . . 2 non sinceri 1

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 28 t.° 29).

803.

1422, 16 maii.

Concessum ser Marco Corrario baiulo et capitaneo Nigropontis, quod consignato regimine, si reperiet galeam Nigropontis, vel galeotam Tinarum et Miconarum armatam pro veniendo ad partes Coroni vel Mothoni, possit cum illa venire Mothonum.

Consiliarii omnes, excepto ser Nicolao Coppo.

Capta. — Quod concedatur nobili ser Marco Corrario Baiulo, et capitaneo nostro Nigropontis, quod si consignato regimine successori suo reperietur armata galea Nigropontis, vel galeota Tinarum et Miconarum pro factis nostri dominii, et sit ventura pro factis nostris versus partes Coroni, vel Mothoni possit cum illa que tunc reperietur armata et ventura erit ad dictas partes, conduci usque Mothonum cum sua familia, et sic mandetur regimini nostro Nigropontis, et suis successoribus, quod debeant observare et facere observari.

de parte . . . . . alii de non . . . . . 3 non sinceri 1

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 29 t.°).

Digitized by Google

804.

1422, 17 maii.

Concessum regimini Corphoy, quod pro subventione stipendiariorum et pagis fiendis, possit accipere de denariis vini a spina.

Ser Marinus Caravello, procurator, ser Fantinus Michael, ser Antonius Contareno, procurator, ser Franciscus Bernardo, ser Franciscus Foscari, procurator, sapientes consilii.

Capta. — Quod concedatur Baiulo et capitaneo Corphoy et consiliariis suis, sicut concessum fuit precessori suo, Quod pro subventione stipendiariorum et pagis fiendis, possint accipere de denariis vini a spina illam quantitatem que fuerit neccessaria prout concessum fuit precessori suo.

de parte . . . . . alii
de non 4
non sinceri 3

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 30 t.°).

805.

1422, die 7 augusti.

Quod duo medici accépti per nobilem virum ser Andream Barbaro, Castellanum Coroni pro necessitatibus Mothoni confirmentur cum condicionibus et salariis consuetis.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum vir nobilis ser Andreas Barbaro castellanus Coroni pro neccessitatibus loci nostri Mothoni acceperit, et confirmaverit pro medico phisico magistrum Iacobum de Atria, et pro medico aroico magistrum Samuelem iudeum, propter quod nostro dominio humiliter supplicavit, ut dignaremur intentionem nostram super inde sibi declarare; Vadit pars, quod auctoritate huius consilii provisio facta per dictum ser Andream de dictis duobus medicis acceptetur, et confirmetur cum condicionibus et salariis consuetis.

de parte 96
de non 1
non sinceri 2

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 44).

Digitized by Google

806.

1422, 13 augusti.

Potestas et Capitaneus noster Neapolis Romanie mittere debeat Mothonum galeam armatam secundum usum Neapolis Romanie, ad levandum ser Nicolaum Bastio successorem suum.

5 Ser Iohannes Pisani, sapiens ordinum.

Capta. — Quod mandetur viro nobili ser Marco Polani potestati, et capitaneo nostro Neapolis Romanie, quod mittere debeat Mothonum galeam armatam secundum usum Neapolis Romanie ad levandum virum nobilem ser Nicolaum Baseio successorem suum, sicut pluribus aliis concessum fuit per elapsum.

10 de parte 81
de non 1
non sinceri 1

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 46 t.°)

807.

1422, 26 augusti.

15 *Quid scriptum fuit regimini Nigropontis de galea de inde armanda, pro mittendo ad partes Constantinopolis.*

Quod scribatur Baiulo, et Capitaneo. ac consiliariis Nigropontis in hac forma, videlicet:

Sapientes consilii.

20 Quia deliberavimus, quod simul cum nobili viro Stefano Mareno Vicecapitaneo nostro Corphoy vadat ad partes Costantinopolis galea nostra Nigropontis, fidelitati vestre cum nostris consiliis Rogatorum, et additionis scribimus, et mandamus, quatenus subito recepto presenti nostro mandato, omni mora sublata, non perdendo punctum neque horam armare debeatis galeam nostram Nigropontis, ponendo illam 25 bene in puncto, et in ordine hominibus de pede, et de remo, et illam palmando sicut fuerit opportunum, Ita quod omni casu possit facere honorem nostrum, Et ut hoc melius et celerius facere possitis, mittimus vobis per dictum ser Stefanum Contareno ducatos quadringentos pro armamento galee predicte, cujus galee armamentum, et expeditionem taliter solicitare debeatis sicut neccessitas temporis requirit

Digitized by Google

quod possitis apud nos de solicita celeritate merito comendari. Super autem dicta galea ascendere faciatis nobilem virum Marcum Grimani ejusdem supracomitum, cui committere debeatis, quod esse debeat ad obedientiam et mandatum ser Stefani Contareno predicti, Et si dictus ser Marcus non esset in termino possendi cum dicta galea ire, providere debeatis de uno supracomito bono et sufficienti. 5

de parte . . . . . alii
de non 2
non sinceri. 1

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 50).

808.

1422, 16 octobris. 10

Datium impositum forensibus ementibus granas et alia ibi notata, in locis Coroni et Mothoni et districtibus suis.

Sapientes consilii.

Capta. — Cum sicut notum est, multi conantur exercere mercantias per mare, et omnem utilitatem in se convertere, quod si tolleraremus infra parum tempus 15 redundaret ad maximum damnum mercatorum nostrorum, et ad diminutionem nostrorum introituum; Vadit pars, quod captum et ordinatum sit, quod omnes forenses cuiuscumque conditionis existant, teneantur, et debeant de granis, et pulvere grane, seta, cera, et melle, quas ement in Insula nostra Crete, in Insula nostra Nigropontis, in locis nostris Coroni, et Mothoni, et eorum districtibus, et in Insula nostra 20 Corphoy solvere XX pro centenario, et alia XX solvere teneantur venditores, Et similiter ordinetur, quod de panis qui per forenses ad loca predicta conducentur solvi debeant XX pro centenario, et emptores dictorum pannorum solvere debeant alia XX pro centenario, Et si contrafieret parti nostre suprascripte tam per nostros vendentes, quam per forenses ementes aut pannos ad loca suprascripta condu- 25 centes amittere debeant res suprascriptas emptas, vel venditas, et ultra hoc solvant datium suprascriptum, Et teneantur Rectores nostri locorum suprascriptorum supradictam partem mittere executioni, prout in ea continetur.

de parte. 95
de non 8 30
non sinceri 1

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 58 t.°).

Digitized by Google

809.

1422, 4 februarii.

Regimen Corphoy faciat restaurum de yperperis duobus millibus monete Corphoy Stefano Agapito.

Ser Albanus Baduario, ser Fantinus Michael, ser Antonius Contareno, pro-
5 curator, ser Franciscus Foscari, procurator, sapientes consilii.

Capta. — Cum Stefanus Agapito habitator, et civis noster Corphoy exposuerit nostro dominio, Quod tempore regiminis viri nobilis ser Marini Bondimerio Baiuli, et capitanei Corphoy acceperit ad publicum incantum salinas et pischerias Nepanti pro duobus annis pro affictu annuali yperperorum novemmillium, et vigintis, et non
10 potuerit salinas usufructare, quia Ducha Zefalonie dicebat dictas salinas esse suas, et illas toto tempore sue affictationis occupavit, et occupat ad presens, et fuerit coactus per Rectores nostros Corphoy ad solvendum totum affictum pro dictis salinis, et pischeriis pro duobus annis sue affictationis, et humiliter, et devote supplicaverit ut dignaremur eidem Stefano de debito restauro providere, Et viri nobiles ser Thomas
15 Minoto baiulus, et capitaneus Corphoy, et ser Thomas Donato consiliarius suus scripserint, respondentes supplicationi dicti Stefani eundem Stefanum magnum damnum recepisse, et ultra hoc miserint certas testificationes acceptas de mandato condam ser Francisci Bolani olim capitanei et provisoris Nepanti, per quas clare apparet dictum Stefanum non usufructasse pischerias predictas; Vadit pars consi-
20 derata etiam continencia affictationis sibi facte, Qnod dicto Stefano fieri debeat restaurum de yperperis duobus millibus monete Corphoy, quod restaurum eidem Stefano fieri debeat per regimen nostrum Corphoy de denariis et introitibus nostris de inde, Et si dictus Stefanus esset debitor nostri comunis pro datiis, vel aliis rebus, dicta yperpera duomillia diffalcare debeantur in denariis in quibus dictus Stefanus
25 esset debitor.

de parte 85
de non 7
non sinceri 2

(Reg.° 54. 1422-1423, c. 82).

810.

30 1422, 24 februarii.

Captum de mittendo ad partes Rodi unum notarium pro factis Clarii de Archangelis cum commissione ibi notata.

Ser Leonardus Mocenigo, procurator, ser Albanus Baduario, ser Bartholomeus Donato, ser Fantinus Michael, ser Antonins Contareno, procurator, ser

Digitized by Google

Franciscus Fuscari, procurator, sapientes consilii, ser Marcus Geno, ser Triadanus Griti, sapientes ordinum.

Capta. — Cum Clarius Archangelus existens factor aliquorum nostrorum nobilium, et civium in partibus Alexandrie cum bona quantitate denariorum, et mercationum dictorum nostrorum civium aufugerit, et se reduxerit ad partes Rodi, 5 sub spe cuiusdam fidantie eidem Clario facte per magnum Magistrum Rodi, et dicti nostri cives illuc miserint procuratorem suum, et pervenerint ad certam compositionem cum dicto Clario quam recusavit adimplere, et observare, Et per nostrum dominium scriptum fuerit dicto magistro eundem rogando, ut vellet dictis nostris civibus justitiam ministrare, qui justitiam ministrare recusavit, asserens 10 eundem Clarium fidantiam habere prout per suas literas apparet, Et consideratis inconvenienciis, que sequi possent si pateremur tales fidantias habere locum neccessarium sit debitam provisionem facere; Vadit pars, quod ad partes Rodi cum presentibus nostris galeis ituris ad partes Syrie mitti debeat unus noster notarius cum commissione infrascripta, videlicet; 15

Mandamus tibi quod cum nostris literis credulitatis ire debeas ad partes Rodi cum galeis nostris quas ad presens mittimus ad partes Syrie, et cum ibi applicueris comparere debeas ad presentiam Reverendissimi domini Magni magistri Rodi, cui presentatis dictis nostris literis credulitatis et facta sue paternitati amicabili salutatione, et oblatione, cum verbis pertinentibus, et neccessariis, sicut honori nostro, 20 et suo videbis convenire, debeas sue paternitati dicere et exponere, quod ad noticiam sue reverendissime paternitatis clare pervenit tam oretenus, quam per literas nostras Clarium Archangelum dum esset factor aliquorum nobilium, et civium nostrorum in partibus Alexandrie malo modo aufugisse, et bonam quantitatem denariorum, et mercationum dictorum nostrorum civium secum portasse, et se reduxisse 25 ad partes Rodi sub spe cujusdam fidantie sibi concesse, Est etiam notum sue Reverendissime paternitati nos per literas nostras, et etiam oretenus dictam suam paternitatem rogasse, ut eidem placeret civibus nostris sive procuratori suo contra dictum Clarium debitam justitiam ministrare, ut ad eorum satisfationem pervenire possent quam satisfactionem non potuerunt obtinere sicut dicti nostri cives nobis 30 querelanter exposuerunt vigore unius fidantie eidem Clario facte, de quo certe non parvam admirationem habuimus, et habemus, videntes, et cognoscentes fraudem commissam per dictum Clarium asportatorem denariorum et bonorum civium nostrorum, et se reduxerit Rodum, in quo loco deffendi velit sub fidantia predicta, Et certe credere non possumus talem responsionem processisse de mente sue Reve- 35 rendissime paternitatis, quam reddimur certi justitiam diligere, et cognoscere, quantum favorabiliter cives, et subditi sui in Venetiis, et aliis terris, et locis nostris favorabiliter tractantur, et eis facimus contra suos debitores debitam justitiam ministrare, Et ideo suam reverendissimam paternitatem amicabiliter rogamus, ut intuitu justitie, et pro honore suo, et in complacentiam nostri dominii placeat dicte 40 sue paternitati providere, quod idem Clarius solvat, et restituat dictis civibus nostris denarios, et bona sua, que indebite et malo modo secum asportavit, quia sic faciendo faciet honorem, et debitum suum, et non dabit causam aliis qui essent male dispositi similia committendi, ymo prebebit materiam se a similibus abstinendi,

Digitized by Google

Videntes suorum malorum non habere locum refugii, nobisque dicta sua Reverendissima paternitas faciet complacentiam singularem, Et ad obtinendam hanc nostram intentionem, debeas uti verbis suprascriptis et aliis verbis, et rationibus, que tue discretioni videbuntur, Et si intentionem nostram obtinebis bene quidem, et in 5 isto casu de eo, quod recuperabis servare debeas illud quod tibi ordinabitur per cives nostri creditores Clarii predicti.

Si vero intentionem nostram obtinere non posses, quia velet dictus magister Rodi eundem Clarium non debere astringi vigore fidantie sibi facte, debeas dicto magistro Rodi dicere, quod certe nostra dominatio nunquam credere potuisset 10 suam Reverendissimam paternitatem talem intentionem habere, quod idem Clarius sub tali fidantia qui bona, et mercationes nostrorum civium inique, et malo modo asportavit, deffendi debeat et cum tanto damno, et preiuditio civium nostrorum predictorum, et quia ob debitum justitie, et ob honorem nostrum astringimur ad indemnitatem civium nostrorum predictorum, providere, sue paternitati declaramus, quod non intendimus ullo modo pati, Quod idem Clarius vigore dicte fidantie 15 teneatur propter inconveniencias, que sequi possent, et declaramus paternitati sue predicte quod circha indemnitatem civium nostrorum habere debentium a Clario predicto talem provisionem faciemus quod remanebunt sine damno.

Si vero posses ad compositionem venire cum dicto Clario de voluntate, et consensu, creditorum suorum civium nostrorum placet nobis quod ad concordium 20 venias cum dicto Clario, prout tibi ordinabunt creditores sui predicti.

Insuper volumus quod dicto Reverendissimo domino Magistro Rodi dicere, et exponere debeas nostri parte, Quod nuper intelleximus, quod paternitas sua Reverendissima cudi fecit, et facit in terra Rodi ducatos ad stampam, et cunium nostrum Venetiarum, quod displicenter audivimus, considerata importantia huius 25 facti, super quo sua Reverendissima paternitas potest opportunas consideraciones facere, cum etiam hoc redundet ad infamiam nostri dominii, Et requirimus suam Reverendissimam paternitatem, quod eidem placeat providere per modum quod in posterum nullo modo cudi faciat, nec cudi permittat ducatos ad stampam, et cunium nostrum Venetiarum pro evitandis inconvenientiis que ex hoc sequi pos- 30 sent, quia nullo modo pati intendimus quod ducati ad cunium nostrum in Rodo incudantur.

Et si non posses obtinere intentionem nostram observata continencia presentis nostre commissionis debeas reverti Venetias de omnibus informatus.

de parte	alii
35 de non	4
non sinceri	1

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 85 t.° e 86.).

Digitized by Google

811.

1422, 31 februarii.

Quid captum fuit de dicendo Ambaxiatoribus despoti Ianine, super facto salinarum Nepanti, et scalusiarum.

Sapientes consilii.

Capta.—Cum dominus despotus Ianine occupaverit, et occupat salinas nostras Nepanti, quod est cum magno damno nostri comunis, et etiam per vim acceperit decimam territoriorum castri nostri Barge que spectat nostro dominio sicut scripserunt nobis Rectores nostri Corphoy; Vadit pars, quod per dominium, seu per illos qui deputabuntur per dominium debeat dici Ambassiatoribus dicti domini despoti qui hic sunt de occupatione dictarum salinarum, et de decima predicta, gravando factum cum illis verbis, que videbuntur necessaria, et requirendo, quod velint apud dominum suum intercedere, quod dicte saline non impediantur per suos, et nostro dominio libere relaxentur, et quod similiter de dicta decima Barge ulterius se non impediat, utendo illis verbis, et rationibus, que videbuntur pertinentes ad hoc.

Et similiter dici debeat de facto scalusiarum, ad quas nostri ire non possunt cum suo sale, et de querelis aliquorum nostrorum nobilium, qui de dicto domino conqueruntur, substinendo iura dictorum nostrorum civium cum illis verbis que opportuna et necessaria videbuntur.

de parte	alii
de non	0
non sinceri	2

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 87 t.°).

812.

1423, 18 martii.

Rationes castellanorum et rectorum Coroni et Mothoni revideantur de cetero per officiales rationum veterum.

Ser Laurentius Venerio, ser Leonardus Caravello, consiliarii.

Capta. — Cum offitium nostrum deputatum ad videndum rationes Crete, et alia commissa in officio sit male in ordine, quia non est in eo nisi unus solus offitialis, scilicet ser Franciscus Basadonna, Et sit necessarium tam pro videndo, et examinando rationes nostri comunis de commissis alias dicto officio, quam pro aliquali alienatione offitii nostri rationum veterum, ad quod multa concurrunt, que

Digitized by Google

non possunt, nec potuerunt in preterito expediri facere super inde provisionem debitam; Vadit pars, quod eligi debeant in consilio Rogatorum duo offitiales ad dictum offitium apud dictum ser Franciscum cum illis modis, utilitatibus, et conditionibus, quibus fuit electus dictus ser Franciscus; Verum ut illi qui eligentur habeant talem utilitatem, quod velint, et habeant causam acceptandi, et faciendi debitum suum, Ex nunc sit captum, Quod omnes libri rationum Rectorum nostrorum qui sunt ad presens, et in futurum erunt in regiminibus nostris Corphoy, Mothoni, Coroni, Neapolis Romanie, et Nigropontis, videri et examinari debeant per offitiales predictos super rationibus Crete, Et insuper mittantur eis libri dictorum regiminum, et locorum qui sunt ad offitium offitialium nostrorum super rationibus veteribus et examinati non sunt a pluribus annis citra sicut retulerunt dominio officiales super rationibus veteribus qui sunt hujus opinionis, et parere, et dicunt quod hoc erit cum utilitate et comodo nostri comunis, quia ipsi nullo modo possunt videre, et examinare omnia officio suo commissa.

Electi officiales suprascripti.

Ser Bartholomeus de cha da Pesaro, condam ser Andree, plezius ser Bartholomeus Storlato, maior.

de parte 77
de non 12
non sinceri. 1

(Reg.° 54, 1422-1423. c. 91.)

813.

1423, 26 martii.

Elongetur terminus ser Marco Corario Baylo olim Nigropontis veniendi ad consilium rogatorum cum suis provisionibus.

Consiliarii.

Capta. — Quod nobili viro ser Marco Corrario qui fuit noster baiulus et Capitaneus Nigropontis prorogetur terminus ponendi suas provisiones ad istud consilium per totum mensem Aprilis proxime secuturum.

de parte . . . . . omnes.

(Reg.° 54, 1422-1423. c. 94 t.°).

Digitized by Google

814.

1423, 30 aprilis.

Non fiant amplius consiliarii Corphoi sed Camerarius sit consiliarius, et Bayuli, et capitanei Corfoy habeant ducatos centum auri de salario ultra solitum.

Ser Marinus Caravello procurator, ser Bartholomeus Donato, ser Fantinus Michael, sapientes consilii. 5

Capta. — Cum sicut notum est, mortuus sit vir nobilis ser Thomas Minoto olim Baiulus, et capitaneus Corphoy, Et necessarium sit providere considerata conditione Corphoy quod ibi continue habeamus in Baiulos et capitaneos personas notabiles, et sufficientes, et ut detur materia, quod omnes libenter ire velint ad regimen predictum; Vadit pars, quod de cetero non debeant fieri Consiliarii Cor- 10 phoy, Illi autem qui ibi sunt debeant complere tempus suum, Et ordinetur, quod Baiulus et capitaneus Corphoy eligendus, et illi qui de cetero eligentur eligi debeant per quatuor manus electionum in maiori consilio probando electos ad unum ad unum, et ille qui plures ballotas habuerit transeundo medietatem consilii sit firmus, Et habeat dictus Baiulus de novo eligendus, et qui de cetero eligentur 15 ultra salarium contentum in sua commissione ducatos centum in anno, et ratione anni ad illud computum, et rationem, quod recipit aliud suum salarium, et teneant familiam, et onera contenta in sua commissione.

Et fieri debeat in maiori consilio unus camerarius Corphoy per duas manus electionum et habeat de salario ducatos ducentos et quinquaginta solvendis sibi 20 ad rationem soldorum nonaginta sex pro ducato sicut solvitur salarium Baiuli in anno, et teneat illam familiam et habeat illam commissionem, quam soliti erant tenere, et habere camerarii Corphoy, et qui camerarius fiat ante complementum ultimi consiliarii.

Et quia remanente Baiulo cum uno consiliario, differencia inter eos posset 25 sequi, Ordinetur quod occurrente aliqua differentia inter Baiulum et consiliarium restantem unus ex castellanis per concordium vel texeram debeat intrare.

de parte 116
de non 12
non sinceri. 3 30

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 100).

815.

1423, 17 maii.

Quedam sententia absolutoria per quam regimen Nigropontis absolvit Iohannem Agapito reum seu inculpatum de morte Teodori Corfino incidatur.

Sindici et provisores reversi de partibus Levantis. 35

Capta. — Quod ista sententia absolutoria lata per viros nobiles ser Vitalem

Digitized by Google

Miani olim Baiulum et capitaneum Nigropontis, ac ser Mapheum Premarino, et ser Johannem Boldu olim consiliarios suos in 1417, die jovis octavo Aprilis, per quam absolvunt Johannem Agapito ab omni pena quam incurrisset ob mortem Teodori Corfino per eum alias vulnerati, quam sententiam fecerunt vigore aliquarum testi-
5 ficationum alias acceptarum per viros nobiles ser Andream Grisi, et ser Nicolaum Erizzo olim sindicos, et provisores reppertarum in capsa comunis in Nigroponte, tamquam male, et indebite ac contra Deum, et justitiam lata, et partes captas, ac, ordines Venetos cum ipse testificationes minime autenticari debebant, incidatur, cassetur, revocetur et annulletur cum omnibus suis dependentiis, et sequutis, Ita
10 quod nullius sit efficatie, vel vigoris, remanentibus partibus in eisdem statu, terminis, conditionibus, et esse quibus erant antequam dicta sententia absolutoria lata fuisset, Et quod predicti ser Vitalis Miani, et ser Mafeus Premarino, et ser Johannes Boldu incurrerint ad penam librarum decem pro quolibet eis imposita per sindicos, et provisores nostros.

15 de parte 52
de non 4
non sinceri 41

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 108 t.°).

816.

1423, 21 maii.

20 *Detur contracambium de tot possessionibus Nichole Dracho, quot ser Marcus Cornario vendidit.*

Consiliarii.

Capta. — Cum vir nobilis ser Jacobus Erizo castellanus noster Coroni et Mothoni nobis per suas literas scripsit qualiter quidam Nicolas Dracho filius con-
25 dam Johannis, et frater Georgii Dracho vilicus nostri dominii districtus nostri Mothoni comparuerat coram eo petens quod cum jam annis XX elapsis, vel circa captus fuit a Teucris, et stasium suum, et bona paterna propter mortem suprascriptorum patris et fratris vendita fuerint per virum nobilem ser Marcum Corrario tunc castellanum Coroni, et Mothoni aliquibus specialibus personis, credentem etiam
30 ipsum Nicolaum mortuum esse ipsum stasium, et bona sua, modo quod a captivitate Teucrorum est liberatus sibi integraliter restituatur, Et proinde dictus castellanus miserit multas scripturas, ex quibus apparet dictum Nicolam esse in iure, unde pium est eidem subvenire; Vadit pars, intuitu Dei, et pietatis, Quod mandetur castellanis nostris Coroni, et Mothoni quod dicto pauperi Nicole debeant dare tot
35 de possessionibus existentibus in nostro comuni in partibus Mothoni, que sint equivalentes possessionum suarum venditarum per ser Marcum Corrario tunc Castellanum Coroni, et Mothoni.

de parte . . . . . 84 de non . . . . . 10 non sinceri 7

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 110 t.°).

Digitized by Google

817.

1423, 8 junii.

Concessum ser Marco Miani ituro rectori Corphoi, pro subventione stipendiariorum posse accipere de denariis datii vini a spina.

Sapientes consilii.

Capta. — Quod concedatur viro nobili ser Marco Miani ituro Baiulo, et Capitaneo Corphoy quod pro subventione stipendiariorum nostrorum de inde possit accipere de denariis vini a spina illam quantitatem pecunie que fuerit necessaria sicut concessum fuit precessori suo.

de parte 97
de non 8
non sinceri 1

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 122).

818.

1423, 13 junii.

Adam filius Egregii militis domini Floramontis de Sancto Ypolito possit fieri facere unum fortilicium super sua insula de Pachassu.

Ser Antonius Diedo, ser Triadanus Griti, sapientes ordinum.

Capta. — Cum comparuerit ad presentiam nostri dominii Circumspectus vir Adam filius Egregii militis domini Floramontis de Sancto Ipolito civis, et fidelis noster Corphoy exponens nomine dicti eius patris, Quod dictus eius pater habet unam Insulam vocatam Pachassu longe ab Insula Corphoy per milliaria decem versus Levantem super qua nullum est fortilicium propter quod multociens veniunt Mauri, et alie prave generationes, et abducunt de rusticis dicti loci in grave damnum, et preiuditium dicti domini Floramontis, et ejus filium, Et proinde supplicari fecerit humiliter nostro dominio ut dignaremur sibi concedere quod in dicta Insula de Pachassu possit facere aliquem reductum, seu fortilicium, ad quod rustici dicte Insule possent se reducere tempore novitatis; Vadit pars, considerata juxta, et honesta causa, et petitione ejusdem, quod auctoritate huius consilii eidem concedatur quod ad suas expensas possit fieri facere unum fortilicium, seu reductum pro conservatione, et tutella animarum dicte Insule, sicut humiliter supplicari fecit nostro dominio.

de parte 108
de non 1
non sinceri 1

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 123).

Digitized by Google

819.

1423, 2 julii.

Concessum et approbatum quod castellani Coroni et Mothoni bene potuerint accipere pro medico Coroni magistrum Iacobum de Bonhomo cum salario quod habet cirugicus de Mothono.

5 Consiliarii.

Capta — Quia castellani nostri Coroni, et Mothoni pro necessitate loci nostri Coroni acceperunt quendam magistrum Iacobum Bonhomo in medicum cirusicum dicti loci cum illo salario quod habet medicus cirusicus loci nostri Mothoni, et supplicaverint ut dignaremur dictam expensam factam de dicto magistro Jacobo aceptare; Vadit pars, quod autoritate istius consilii concedatur dictis castellanis, quod dicti castellani bene potuerint, et possint accipere, et acceptare dictum medicum ciruicum cum modis, et conditionibus cum quibus erant alii medici ciruici in Corono per elapsum.

de parte	84
de non	0
non sinceri	1

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 127 t.°).

820.

1423, 10 julii.

Teneant in suspenso praticam de habendo loca Vlachi et Stalide donec per galeas dicto regimini respondebitur.

Sapientes ordinum.

Capta — Quia regimen nostrum Nigropontis nobis scripsit de pratica quam habent de habendo loca Vlachi, et Stalide, et necccessarium sit dare dicto regimini responsionem super predictis; Vadit pars, quod respondeatur dicto regimini quod debeat dictam praticam cum illis bonis verbis que sibi videbuntur tenere in suspenso donec habuerit mandatum nostrum quod sibi mittemus per galeas nostras Romanie per quod intentionem nostram videbit, et habebit super inde.

de parte	alii
de non	2
non sinceri	0

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 130).

Digitized by Google

821.

1423, 10 julii.

Regimen Nigropontis bene custodiat et honoret quemdam Teucrum qui est de domo diotomani et expensa pro eo facta accipiatur.

Sapientes ordinum.

Capta — Quia sicut manifestum est huic consilio venit, et capitavit Nigropontem unus Teucer qui est de domo diotomani, quem pro casibus occurrentibus utile est pro bono nostri dominii amicabiliter, et honorabiliter pertractari; Vadit pars, quod autoritate hujus consilii mandetur regimini Nigropontis, quod debeat ipsum Teucrum amicabiliter et honorifice tractare, et ab omnibus facere pertractari, et pro victu suo, et familie sue debeat sibi dari facere de pecunia camere nostre de inde, a sexaginta in octuaginta yperpera secundum numerum familie sue singulo mense, Et ex nunc expense facte pro ipso Teucro per ipsum regimen acceptari debeant, et intelligantur acceptas esse. Verum declaretur ipsi regimini, quod nichilominus debeat facere bonam custodiam haberi, et advertentiam, quod non evadat quia per galeas Romanie dictum regimen informabimus de intentione nostra super inde.

de parte . . . . . alii
de non 2
non sinceri 0

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 130).

822.

1423, 13 julii.

Concessum ser Marco Miani ituro bayulo et capitaneo Corphoi posse expendere ducatos CLginta pro reparatione palatii Corphoi.

Consiliarii omnes.

Capta — Quod concedatur viro nobili ser Marco Miani ituro Baiulo et capitaneo Corphoy, quod quando erit in dicto regimine possit pro repparatione palatii Corphoy, et copertura quod indiget maxima repparatione, expendere ducatos centumquinquaginta de pecunia camere nostre de inde.

de parte 79
de non 2
non sinceri 0

(Reg.° 54, 1422-1423, c 128 t.°).

Digitized by Google

823.

1423, 27 julii.

Armetur galeota existens in Corphoi ad damna Turchorum et pro securitate mercatorum Patrasii ad expensas ut ibi.

Ser Antonius Diedo, sapiens ordinum.

5 Capta — Cum per provisorem nostrum Nepanti notificatum fuerit nostro dominio, quod aliqui Teucri concurrerunt locum nostrum Nepanti cupientes circa personas triginta, et ulterius, quod certi assapi numero octuaginta ceperunt barcas sex partim de nostris, et partim de illis de Bostiza, et nisi provideatur facient multa damna tam illis qui practicant, et vadunt ad locum nostrum Nepanti, quam illis qui 10 veniunt, et vadunt a Patrasio Corphoum, Et utile sit pro bono, et utilitate mercatorum, et subditorum nostrorum de inde providere super hoc; Vadit pars, quod committatur, et mandetur regimini nostro Corphoy quod quando sencient aliquas barcas Teucrorum, et assaporum discurrere partes Nepanti, et alias partes circumstantes debeat armare galeotam in Corphoy existentem, que debeat discurrere 15 usque ad partes Sole, et Gostize, et tendere ad damna dictorum Teucrorum et assaporum. Verum si mercatores nostri conversantes in loco Patrasii requirerent quod pro securitate haveris, et mercationum suarum conducendarum ab inde Corphoum armaretur dicta galeota, debeat dictum regimen ipsam armare, Sed ut dominium nostrum proinde non substineat expensas, ordinetur quod dicti mercatores nostri 20 solvere debeant expensas que intrabit pro armamento dicte galeote.

de parte . . . . . alii
de non 0
non sinceri 1

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 134).

824.

25 1423, 6 augusti.

Castellani Mothoni presentes et futuri apud duos cives qui sunt et erunt procuratores hospitalis Sancti Johannis de Mothoni sint gubernatores dicti loci.

Consiliarii.

Capta — Cum in burgo nostre terre Mothoni sit quoddam hospitale sub titulo 30 Sancti Johannis ad cuius gubernationem sunt duo ex fidelibus nostris de inde, qui licet fideliter suum debitum faciant in quantum possunt, tamen occurrunt multi casus

Digitized by Google

tam parentelle, quam etiam alii casus propter quod dictum hospitale multociens patitur incomodum, et sit bonum providere, quod in omni casu dictum hospitale sit bene gubernatum, et voluntate fundatorum et benefactorum hospitalis predicti habeant locum; Vadit pars, quod auctoritate hujus consilii scribatur, et mandetur Castellanis nostris Mothoni presentibus et futuris, Quod apud illos duos fideles nostros qui sunt, et erunt deputati procuratores dicti hospitalis Sancti Iohannis, dicti nostri castellani debeant esse protectores, et gubernatores dicti hospitalis, et bonorum suorum, providendo cum omni solicitudine ad conservationem et multiplicationem bonorum dicti hospitalis, et pauperum in illo capitantium, Ita quod in omni casu posset fieri, et mitti executioni sine tarditate, vel negligencia illud quod sit honoris Dei, intentionis fundatorum, et benefactorum dicti hospitalis, ac utilitatis pauperum hospitalis ejusdem, et addatur presens pars in commissione castellani nostri Mothoni ut omnino eam observent sub debito sacramenti.

de parte . . . . . alii
de non 2
non sinceri 2

(Reg.° 54, 1422-1423, c 137).

825.

1423, 30 augusti.

Scriptum regimini Nigropontis, quod mittere debeat ad partes Coroni et Mothoni tres galeas, ut ibi.

Sapientes consilii.

Quod scribatur Regimini Nigropontis in hac forma.

Capta — Speramus quod ante receptionem presentium litterarum nostrarum posueritis conclusionem negociis nostris vobis commissis, et habentes necessitatem galearum pro novis in istis partibus occurrentibus de armata potenti catellanorum et Januensium, que armata Januensis potens de brevi exire debet, fidelitate vestre scribimus, et mandamus cum nostris consiliis Rogatorum, et additionis, quatenus si hoc non esset cum magno incomodo negociorum nostrorum vobis commissorum mittere debeatis Mothonum, et Coronum tres galeas illam de Venetiis, et duas de Creta, et si videretis hoc esse cum incomodo negociorum ad minus mittere debeatis ex toto Mothonum duas galeas ex dictis tribus illas que vobis videbuntur, in quo loco Mothoni invenient Capitaneum nostrum generalem Culphi, cum aliis autem galeis que vobis restabunt providere debeatis ad securitatem galearum nostrarum Romanie in suo reditu sicut vobis melius videbitur. Insuper vobis mandamus quod in reditu Capitanei nostri Romanie dicto Capitaneo mandare debeatis quod cum bona custodia, et bene previsus veniat Mothonum, Et si in Mothono repperiet ne-

Digitized by Google

strum mandatum illud exequatur, Si vero in Mothono repperiret nostrum mandatum, debeat ibi expectare, et non recedere sine nostro speciali mandato, [cui capitaneo presentare debeat litteras nostras presentibus alligatas.

Et similiter scribatur provisoribus ad partes Salonichi usque [

5 de parte . . . . . omnes

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 142 e 142 t.°).

826.

1423, 18 octobris.

Mandatum regimini Corphoy, quod celeriter mittat capitaneo culphi, et Castellanis Coroni et Mothoni unum mazium literarum, per nuncium proprium
10 *per terram per viam Clarentie etc.*

Consiliarii et capita et ser Petrus Lauredano, ser Georgius Cornario, sapientes consilii.

Quod committatur, et scribatur nobili viro ser Andree de Lege supracomito nostro ad Culphum in hac forma, videlicet:

15 Capta. — Mandamus vobis cum nostris consiliis Rogatorum et additionis, quod in bona gratia cum galea nostra vobis commissa, ire debeatis quam celerius poteritis ad partes Mothoni ad inveniendum capitaneum nostrum Culphy, et presentandum eidem mandata nostra que sibi mittimus per vos, stando ad obedientiam, et mandatum dicti capitanei nostri Culphy cum applicueritis Corphoy debeatis pre-
20 sentare regimini nostro Corphoy unum ex mazis vobis assignatis litterarum nostrarum mittendarum capitaneo nostro generali Culphy et Castellanis nostris Coroni, et Mothoni, et solicitare cum dicto regimine Corphoy, quod subito omni mora postposita dictas literas mittat Mothonum per nuntium proprium per terram per viam Clarentie, seu alterius quam prestioris loci qui sibi appareret, Ita quod omnino
25 ad manus dicti nostri capitanei Culphy, et Castellanorum nostrorum Coroni, et Mothoni presto perveniant.

Consignato autem dicto mazio litterarum nostrarum Regimini nostro Corphoy mittendarum ad partes Mothoni Capitaneo nostro Culphy, et Castellanis nostris ut premissum est, debeatis prestissime ad partes Mothoni vos conferre ad inve-
30 niendum capitaneum nostrum generalem Culphy, et presentandum eidem alia mandata nostra, stando ad eius obedientiam, et mandatum, ut superius continetur, et dictum est.

de parte . . . . . omnes.

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 152 t.°).

Digitized by Google

827.

1423, 20 octobris.

Quid commissum fuit Castellanis Coroni et Mothoni, circa securitatem navium conductarum ratas galearum.

Ser Marinus Caravelo procurator, ser Franciscus Bernardo, sapientes consilii.

Quod scribatur capitaneo nostro generali Culphy et Castellano nostro Mothoni in hac forma, videlicet: 5

Capta. — Volentes providere ad securitatem navium nostrarum conductarum ratas galearum nostrarum, a mercato presentis mude, que naves secundum informationem habitam erunt valde divites, Fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus, et mandamus, quatenus habendo informationem 10 naves, vel galeas aliarum nationum fore, seu debere esse in aquis per quas dicte nostre naves veniendo versus Venetias haberent facere transitum, et dubitando vos dicta causa de securitate predictarum nostrarum navium debeatis videndo cum provisione vestra dictas nostras naves posse venire secure facere provisionem addendi eis, et utrique eorum illum numerum ballistariorum qui vobis videbitur 15 non posse facere apte provisionem sufficientem, et dubitaretis dictas naves non posse venire secure, debeatis in hoc casu facere discaricari, et sub diversis clavibus ordinate poni, et collocari species, que forent in dictis navibus, ut sicut moris est debite conservetur. Si vero ibi essent seu venirent galee nostre Romanie, et haberent plazam, si ordinaretis, ut dictum est ipsas species discaricari, seu si fuissent 20 discaricate debeatis illas per ratam ordinate facere caricari super dictis galeis, habendo quatuor quinta nabuli prout in incantu galearum continetur, Et si galee Alexandrie haberent plazam, et forent species caricande ut dictum est, debeatis servato galeis Romanie eo, quod sibi servari debet, facere carricari dictas species per ratam ordinate super dictis galeis Alexandrie, habendo quatuor quinta nabuli 25 ut supra, et prout in incantu galearum continetur.

Similis Capitaneo generali Culphy et Regimini Corphoy.

de parte 66
de non 1
non sinceri 5 30

(Reg.° 54, 1422-1423, c 153 t.°).

Digitized by Google

828.

1423, 26 octobris.

Manolus Mazamordi et Georgius Candea habeant a camera Nigropontis yperpera sex pro quolibet in mense.

Consiliarii.

Capta. — Cum regimen nostrum Nigropontis suis literis nostro dominio significaverit laudabile portamentum et promptissimam fidelitatem pauperum fidelium nostrorum de Nigroponte videlicet Manolii Mazamordi cui modo ultimate dum viriliter se gererent super galea nostra Nigropontis contra perfidos Turchos fuit per eos obtruncata manus dextera cum brachio, Et Georgii Cundea cui per ipsos infideles super ipsa galea fuit transfixum genu dextrum taliter, quod de tibia nec pede unquam se iurare poterit, Et ipsi pauperrimi fideles nostri coram nostro dominio personaliter comparuerit humiliter supplicantes, ut predictis attentis dignemur sibi misericorditer subvenire, Et sit pium ipsorum nostrorum fidelium erumnis compati, et commiseri; Vadit pars, Quod auctoritate huius consilii gratiose concedatur eisdem concedatur Manolio Mazamordi et Georgio Condea, quod ammodo quousque vitam duxerint in humanis ipsi habere debeant de pecunia nostri comunis a camera nostra Nigropontis yperpera sex pro quolibet in mense et ratione mensis, nullam pro inde custodiam faciendo, Et scribi debeat, et mandari dicto Regimini Nigropontis, suisque successoribus, quod ita observent, et faciant observari versus dictos nostros fideles.

de parte . . . . . 67 de non . . . . . 0 non sinceri 4

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 154).

829.

1423, 26 octobris.

Nicolaus Cumela de Nigroponte de cetero non possit cogi contra eius voluntatem ire super galea Nigropontis, quando armabitur.

Consiliarii.

Capta. — Quod concedatur de gratia Nicole Cumela fideli nostro Nigropontis qui modo ultimate dum se reperiret super galeam nostram Nigropontis, et viriliter se gereret contra perfidos Turchos ex ictu unius sagitte dextrum oculum amisit, Quod de cetero, hoc attento, ipse Nicola ullo modo, causa, vel ingenio nunquam possit cogi, contra eius voluntatem nec super dicta galea dum armabitur, et tam cum soldo quam sine prout a nobis humiliter supplicavit.

de parte . . . . . 69 de non . . . . . 0 non sinceri 1

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 154 t.°).

Digitized by Google

830.

1423, 5 novembris.

Scriptum Regimini Corphoy quod debeat retinere solum quatuor de sexdecim sergentibus deputatis ad custodiam porte ferree et alios duodecim cassare.

Ser Marinus Caravello procurator, ser Petrus Lauredano, sapientes consilii.

Capta. — Cum Baiulus, et capitaneus, et Consiliarii nostri Corphoy nobis scripserint quod camera nostra Corphoy est gravata multis debitis, et quod de sexdecim deputatis sergentibus ad custodiam porte ferree pro utili dicte camere bonum esset scansare duodecim sergentes qui non sunt necessarii, et retinere solum quatuor qui erunt satis sufficientes ad faciendum illud quod faciunt omnes sexdecim; Vadit pars, quod scribatur dicto regimini quod debeat de dictis sexdecim sergentibus retinere solum quatuor, et alios duodecim cassare sicut per suas literas nobis scripserunt.

de parte . . . . . alii
de non 1
non sinceri 0

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 156).

831.

1423, 13 decembris.

Quid dictum fuit Admirato Rodi circa factum beneficii existentis in Verona spectantis ad suam religionem, et possessi per quendam rebellem nostri dominii, inducendo eum quod dictum beneficium conferatur domino Fantino Quirino.

Consiliarii.

Capta. — Cum in civitate nostra Verone sit quoddam beneficium cuius contributio spectat Religioni Rodi, et ipsum beneficium possideatur iam bono tempore per quendam fratrem dicte religionis rebellem nostri dominii ob quod pluries fuit scriptum per nos Reverendissimo domino magno Magistro Rodi pro remotione ipsius a dicto benefitio, ut est iustum, et pro subrogatione venerabilis viri nobilis domini Fantini Quirino filii ser Johannis qui est de dicto ordine, et non profuerint usque nunc litere, et rogamina nostra, unde provisum fuit per nostrum dominium, quod introitus, et redditus dicti beneficii sequestrarentur ne dictus rebellis noster ipsos haberet donec aliter esset provisum, Et dicti redditus stent sic sequestrati, et benefitium impeditum, quod non est bene factum; Vadit pars, quod per dominium dici debeat admirato nostre Religionis Rodi hic presentialiter existenti cum verbis pertinentibus, quod dispositio nostra non est, quod ille qui est rebellis nostri do-

Digitized by Google

minii possideat benefitium antedictum, et cum verbis pertinentibus, et opportunis induci debeat dictus admiratus, et similiter scribi dicto magno magistro, quod dictum benefitium conferatur dicto domino Fantino Quirino nobili civi nostro, et habitis responsionibus venietur ad istud consilium, et providebitur sicut conveniens apparebit.

de parte . . . . . omnes

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 162 t.°).

832.

1423, 13 decembris.

Quid responsum fuit Admirato Rodi super facto derobationis mercationum Nicolai Torelio, et sociorum de Candida derobatarum in portu Rodi.

Ser Marinus Caravello, procurator, ser Antonius Contareno, procurator, ser Franciscus Bernardo, ser Petrus Lauredano, ser Georgius Cornario, sapientes consilii.

Capta. — Cum comparuerit ad presentiam nostri dominii venerabilis vir Admiratus Rodi, ex parte Reverendissimi domini Magni Magistri Rodi, et conventus, et ultra alia exposita nostro dominio super facto derobationis mercationum, et bonorum nostrorum fidelium Nicolai Torelio, et sociorum de Candida derobatarum in portu Rodi de navi Michali Mairotodoxo per duas naves catellanorum excusationem fecerit ex parte Magni Magistri Rodi, et dicti conventus fuisse factam omnem diligentiam possibilem, Et quod considerata iusticia nostra dictus magnus Magister, et dictus conventus tenet firmiter quod dominatio nostra considerabit dictum conventum non fore in aliquo defectu etc; Vadit pars, quod dicto Admirato respondeatur, quod audivimus, et diligenter intelleximus ea, que nobis exposuit ex parte magni Magistri, et conventus Rodi super damno illato fidelibus nostris Crete in portu suo per duas naves catellanorum, Et respondemus. quod novit Deus in quibuscunque negociis nostris, et subditorum nostrorum semper vellemus facere illud quod esset secundum Deum et justitiam, Et pro volendo sequi justitiam audita expositione sua fecimus per nostros provisores comunis aliquos testes examinari, qui fuerunt presentes quando nostri dannificati fuerunt ad presentiam dicti magni Magistri Rodi petentes subventionem suam per quas clare vidimus, et videmus, quod ex parte dicti Magni Magistri, et dicti conventus nulla provisio facta fuit ad recuperationem mercatiarum subditorum nostrorum predictorum, et dum per nostros dannificatos dictum dominum Magistrum fuisset requisitum, ut eidem placeret arestari facere, et intromittere catellanos, derobatores, descendentes in terram ad libitum suum, et intrantes terram, eundo, et redeundo non semel sed pluries sicut per dictas testificationes apparet. Idem magnus Magister nichil facere voluit, Et dum nostri dannificati vellent sue Reverendissime Paternitati protestari non potuerunt invenire notarium aliquem qui protestum facere vellet, Et quia sumus debitores sequendo viam justicie subvenire nostris subditis,

Digitized by Google

et fidelibus, ita indebite derobatis, dicimus quod nobis videtur quod per dictum conventum Rodi fieri debeat restitutio damni illati fidelibus, et subditis nostris predictis, Et rogamus suam Reverendissimam Paternitatem ut velit ad dictam satisfactionem debite providere, que si sequetur gratam habebimus, quando autem non sue paternitati declaramus, quod ad indemnitatem civium nostrorum provi- 5 debimus sicut videbimus oppurtunum fore per modum quod cives nostri dannificati remanebunt indemnes.

de parte 74
de non 1
non sinceri 3 10

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 163 t.°).

833.

1423, 19 decembris.

Captum quod collegium habeat libertatem mittendi Corphoy unam personam pro emendo frumentum pro mittendo Salonichum.

Ser Marinus Caravello, procurator, ser Antonius Contareno, procurator, ser 15 Franciscus Bernardo, ser Petrus Lauredano, ser Georgius Cornario, sapientes consilii, ser Iohannes Contareno, ser Benedictus Barozi, sapientes ordinum.

Capta. — Cum sit necessarium pro anno futuro providere quod simus potentes in mari, et per litteras nostras missas dicto regimini Crete ad mensem octobris elapsi mandatum fuerit dicto regimini Crete quod deberent armare duas galeas, et 20 illas mittere ad partes Salonichi, Et dicte due galee non sint sufficientes ad ea que sint necessaria pro securitate status nostri; Vadit pars, quod dicto nostro Regimini Crete scribatur, et committatur quod ultra dictas duas galeas armare debeant alias duas galeas, eligendo supracomitos bonos, et sufficientes et providendo quod presto exeant, Et si dictas duas primas galeas non armassent debeant armare omnes qua- 25 tuor, Ita quod presto exeant, et ut deffectu corporum galearum non restet armamentum dictarum galearum mitti debeat in Cretam due galee subtiles fulcite rebus necessariis prout terminabitur per dominium, et informetur regimen nostrum Crete de missione dictarum duarum galearum.

Insuper replicetur mandatum nostrum alias factum Regimini nostro Crete, et 30 et aliis Rectoribus nostris dicte Insule, et regimini Nigropontis, quod subveniant, et subveniri faciant civitati nostre Salonichi de frumento ut dicta civitas conservari possit ad honorem nostri dominii.

de parte . . . . . alii
de non 1 35
non sinceri 2

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 165).

Digitized by Google

834.

1423, 30 decembris.

Quid dictum et responsum fuit Admirato Rodi super requisitione quam fecit de stando juri, pro damnis illatis nostris fidelibus Crete.

Ser Marinus Caravello procurator, ser Franciscus Bernardo, ser Antonius
5 Contareno procurator, ser Petrus Lauredano, ser Georgius Cornario, sapientes consilii, ser Johannes Contareno, ser Benedictus Victuri, ser Benedictus Barozi, sapientes ordinum.

Capta. — Cum Reverendus pater dominus Admiratus Rodi post responsionem sibi factam super facto illorum damnorum illatorum nostris fidelibus Crete in portu
10 Rodi excusans conventum Rodi non teneri ad emendam et satisfactionem dictorum damnorum dixerit, quod placeret nostro dominio de dicto facto velle stare juri etc; Vadit pars, quod dicto domino Admirato respondeatur, quod audivimus, et intelleximus requisitionem suam predictam, et respondemus, quod cognoscimus manifeste, quod si deliberaremus stare juri, nil aliud importaret nisi rem in longum
15 ducere, et cum detrimento iurium tam suorum quam nostrorum considerato quod si in favorem nostrum terminaretur multum preiudicaret iuribus suis contra catellanos, Et si contra nos terminaretur nil aliud importaret nisi prebere causam catellanis in portu suo posse nostros cives, et subditos dannificare, Et nichilominus considerantes quod dicta damna illata fuerunt per catellanos qui quotidie declinant
20 ad portum suum cum suis mercationibus et bonis, et bene possent satisfactioni nostrorum providere, commisimus notario nostro quem miseramus ad presentiam domini Regis Aragonum pro aliis damnis illatis nostris civibus, quod etiam ista illata in portu Rodi solicitet rehabere, Et ideo dictus magnus magister, et conventus Rodi possunt ex parte sua procurare et solicitare quod dicta damna in portu suo illata
25 debite restituantur, et emendetur nuntio nostro predicto, et ob contemplationem dicti conventus sumus contenti interim supersedere usque sex menses proximos, Et si providebunt quod per catellanos dicta damna restituantur remanebimus contenti, et potius erimus contenti emendam, et satisfactionem habere a catellanis, quam a conventu suo, ut non habeamus causam aliam provisionem faciendi.

30 de parte 89
de non 15
non sinceri 3

(Reg. 54, 1422–1423, c. 167 t °).

Digitized by Google

835.

1423, 8 februarii.

Elongetur terminus ser Marco Corrario olim baiulo Nigropontis veniendi cum suis provisionibus ad consilium.

Consiliarii.

Capta. — Quod nobili viro ser Marco Corrario qui fuit Baiulus Nigropontis elongetur terminus veniendi cum suis provisionibus ad istud consilium per totum mensem Aprilis proximum.

de parte 71
de non 3
non sinceri. 4

(Reg.° 54, 1422-1423, c. 176).

836.

1424, 1 aprilis.

Concessum ser Danieli Lauredano Baiulo Nigropontis posse conduci Mothonum cum galea Nigropontis aut cum galeota Tinarum et Michonarum.

Consiliarii.

Capta. — Quod concedatur viro nobili ser Danieli Lauredano Baiulo, et capitaneo Nigropontis, considerata infirmitate persone sue que processit solummodo ex aere nature sue non conforme, quod si consignato regimine successori suo repperiretur armata galee Nigropontis, vel galeota Thinarum pro factis nostri dominii et sit ventura pro factis nostris versus partes Coroni, vel Mothoni, possit cum illa, que tunc repperietur armata et ventura erit ad dictas partes conduci usque Mothonum cum sua familia, prout viro nobili ser Marco Corrario, et quam pluribus aliis concessum fuit, et sic mandetur regimini Nigropontis et suis successoribus, quod debeant observare, et facere observari.

de parte . . . . . alii
de non 19
non sinceri 1

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 10 t.°).

Digitized by Google

837.

1424, 1 aprilis.

Electio quinque sapientum ordinum cum conditionibus ut ibi.

Ser Franciscus de Molino, ser Scipio Bono, ser Leonardus Aymo, ser Vitus de Canali, ser Bartholomeus Mauroceno, ser Nicolaus Capello, consiliarii.

5 Capta. — Cum terminus sapientum ordinum spiraverit; Vadit pars, quod eligantur per scruptinium in hoc consilio quinque sapientes ordinum, qui possint eligi de corpore Venetiarum, et a Grado ad Caput aggeris, et debeant de per se, et non cum sapientibus consilii examinare agenda, a parte maris, et super facto navigiorum armatorum, et disarmatorum, mercatorum, et mercationum, et super factis 10 Insule Crete, Coroni, Mothoni, Nigropontis, Corphoy, Durachii, Sclavonie, et Scutari, et aliarum terrarum Romanie, Albanie, et Dalmatie nec non aliorum locorum a parte maris, et super omnibus et singulis ad predicta, et predictorum quodlibet pertinentibus, et cum eorum consilio et opinionibus veniant ad dominum, consiliarios, et capita de XL, et faciant legi secundum usum, et postea veniant ad istud 15 consilium ad petitionem eorum legi, et poni debeant partes sue antequam ponantur partes aliorum qui ponere possunt partes, et sint per totum mensem Septembris proxime futuri, Et non possint remanere nisi unus pro domo, et non possint reffutare sub pena librarum centum, Teneatur venire omni die de mane, et tantum plus quantum erit necesse, et stare in omni collegio ubi possunt stare sapientes consilii, 20 Et si aliquis ipsorum non venerit per octo dies, ita quod veniret esse extra secundum ordines nostros, cadant ad penam predictam, ac si refutassent, et non valeat eis excusatio nisi de persona, et sint annorum triginta, vel inde supra.

de parte . . . . . omnes.

Electi sapientes suprascripti.

25 Ser Petrus Geno condam ser Caroli
Ser Petrus Pisani condam ser Bertucii
Ser Petrus Michael, ser Luce.
Ser Nicolaus Pizamano condam ser Phylippi
Ser Benedictus Barocio ser Antonii

30 (Reg.° 55, 1424-1425, c. 10).

Digitized by Google

838.

1424, 30 maii.

Scriptum regimini Corphoy, quod si videbit ecclesiam Sancte Marie de Casopo esse reparatam, dimittat illam sub gubernatione domini Archiepiscopi Corphiensis.

Ser Petrus Contareno, consiliarius. 5

Capta. — Cum alias in isto consilio 1413, die ultimo Augusti captum fuerit, et commissum regimini Corphoy quod provideret quod de elemosynis, et oblationibus provenientibus ecclesie Sancte Marie de Casopo dicta ecclesia reppararetur et aptaretur, et provideret quod cultus divinus ibi celebraretur, et sicut notum est dicta ecclesia repparata sit, et in ordine debito reducta; Vadit pars, quod scribatur regimini nostro Corphoy, quod si videbit, et cognoscet dictam ecclesiam esse repparatam, et quod ibi cultus divinus celebretur secundum formam dicte partis debeat dictam ecclesiam dimittere sub gubernatione domini Archiepiscopi Corphoy cui de iure spectat. 10

de parte 110 15
de non 5
non sinceri 0

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 8).

839.

1424, 2 junii.

Concessum potestati et capitaneo Neapolis Romanie posse investire in mercationibus pecunias que sibi supererunt a suo salario et venditione suorum equorum. 20

Consiliarii.

Quod nobili viro ser Nicolao Baseio potestati et capitaneo Neapolis Romanie concedatur, sicut est solitum concedi aliis Rectoribus nostris dicti loci, quod pecunias que sibi supererint, a regimine suo de salario suo, et venditione suorum equorum possit investiri facere in mercationibus pro conducendo Venetias per duos menses ante finem sui regiminis. 25

de parte . . . . . alii
de non 2 30
non sinceri 4

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 30).

Digitized by Google

840.

1424, 8 junii.

Mittantur Mothonum pro subventione dicti loci ducati mille.

Ser Robertus Mauroceno, ser Fantinus Michael, ser Antonius Contareno procurator, sapientes consilii.

5 Capta. — Cum sit necessarium providere ad recuperandum peccuniam pro multis agendis nostri dominii que requirunt celeritatem, et potissime pro mittendo denarios capitaneo nostro generali maris pro subventione hominum galearum nostrarum, pro subveniendo etiam camere nostre bladi, et nulla alia via sit recuperandi peccuniam nisi per viam facendi de imprestitis, et hoc vitandum sit quantum 10 fieri potest, aut accipiendi illos denarios qui superhabundant a prode imprestitorum, et ista via est melior, et utilior, quam de bursis civium accipere denarios suos, Et in millesimo quadringentesimo decimono, die penultimo mensis Decembris captum fuerit in isto consilio, quod quedam pars capta die quinto mensis Octobris continens quod omnes illos denarios qui pervenirent ad manus provisorum comunis vigore 15 partis capte in isto consilio 1413, die 19 Augusti confirmaretur per annos quinque; Vadit pars, Quod dicta pars capta in 1419, die penultimo Decembris revocetur in quantum spectat ad mudam mensis Martii.

de parte 97
de non 21
20 non sinceri 3

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 34).

841.

1424, 21 junii.

Vetitum aliquem civem vel subditum nostrum posse cum aliquo navigio conduci facere de partibus ponentis, intelligendo Siciliam, et a Sicilia infra, ad 25 *partes Levantis, intelligendo Corphoy, et inde supra, pannos anglicos, et alias res ibi notatas, nisi primo conducte fuerint Venetias, sub penis ut ibi.*

Ser Petrus Zeno. ser Petrus Michael, ser Petrus Pisani, ser Benedictus Barocio, sapientes ordinum.

Capta. — Cum de partibus Anglie et Bruzes et de aliis partibus ponentis con- 30 ducantur multe mercationes ad partes Levantis, que si primo conducerentur Venetias, et postmodum extraherentur pro dictis partibus Levantis darent maximam

Digitized by Google

utilitatem huic civitati nostre quam debemns totis sensibus augmentare, et in ea providere quod omnis utilitas que dari potest, et sit eidem proficua sibi detur sicut semper nostri progenitores soliti erant, et cum omni diligentia et industria facere conabantur, quos progenitores nostros debemus imitari quantum plus possumus; Vadit pars, Quod de cetero ordinetur quod nullus noster civis, subditus, vel fidelis cujuscumque conditionis existat, audeat, vel presumat sub aliquo colore, forma, vel ingenio, vel sub quocumque alio velamine, aut modo quo dici vel excogitari possent de partibus ponentis, Intelligendo partes ponentis Siciliam, et a Sicilia infra conducere, seu conduci facere cum aliquo navigio venetorum, vel forensium, pannos anglicos, vel franciscos, sarzias, ambra, varios, et stagnum ad partes Levantis, Intelligendo partes Levantis Corphoy et a Corphoy supra nisi primo dicte mercationes conducte fuerint Venetias, que postea possint extrahi secundum continentiam aliorum nostrorum ordinum, Et si quis contrafaceret, amittere debeat huiusmodi res quas conduxisset, seu conduci fecisset, seu valorem earum, et totidem pro pena, Et ad penam ducatorum ducentorum in suis propriis bonis cadant patroni navium nostrarum qui conducerent de huiusmodi rebus que essent nostrorum fidelium, et Venetorum aut forensium contra ordinem suprascriptum. Que quidem pene suprascripte committantur exigende et exequende omnibus offitialibus contrabannorum, et Advocatoribus comunis, qui habere debeant partem ut de aliis penis suorum officiorum, Et de ipsis penis non possit fieri aliqua gratia, donum, remissio, recompensatio, termini elongatio, vel aliqua declaratio ullo modo, seu forma, sub omnibus penis, et stricturis contentis in parte nova contrabannorum. Omnes autem alie mercationes, et res de partibus suprascriptis ponentis conduci possint ad partes Levantis suprascriptas sine ulla alia solutione. Et cridetur presens pars in scalis Rivoalti ut omnibus nota sit et ponatur in commissionibus Consulum nostrorum Damasci et Alexandrie ut illa observent, et per viceconsules nostros illarum partium faciant observari, et similiter in commissionibus Rectorum nostrorum partium Levantis quibus omnibus etiam predicta committantur inquirenda, et pene exigende habentibus partem, ut haberent Advocatores nostri, aut alii nostri officiales contrabannorum predicti, Et dicta pars incipiat habere vigorem a die primo Augusti proximo futuri in antea.

de parte 45, 54
de non 8
non sinceri 10, 9

Ser Vitus de Canali, consiliarius.

Vult dictam partem, excepto quod omnes alie res, et mercationes ultra predictas quinque specificatas de partibus suprascriptis ponentis conduci possint ad partes Levantis suprascriptas, que res, et mercationes si fuerint nostrorum venetorum vel fidelium solvere debeant tria pro centenario nostro comuni exceptando ab hac strictura, et solutione oleum, vinum, et fructus, qui nil solvere debeant, sed conduci possint de partibus ponentis suprascriptis, ad partes Levantis suprascriptas sine aliqua solutione. Modus autem exigendi dicta tria pro centenario sit iste, videlicet, quod mercatores, et cives nostri quorum erunt tales mercationes

Digitized by Google

pro quibus deberent solvere dicta tria pro centenario debeant postquam discaricate fuerint subito notificasse per se, vel alium suo nomine cum sacramento quantitatem et precium quo dicte mercationes constiterint sub penis, et stricturis in parte sapientum ordinum contentis nostris rectoribus, Consulibus, ac baiulis locorum, ubi tales res discaricarentur, qui sub pena ducatorum ducentorum in suis propriis bonis pro qualibet vice teneantur, et debeant subito usque ad tres menses, et similiter dicti mercatores per se, vel alium suo nomine sub penis, et scricturis predictis notificasse cum sacramento quantitatem, et precium ipsarum mercationum, quo constiterint nostris extraordinariis, et etiam sub dictis penis, et stricturis, et sub pena privationis cum stricturis predictis per quinquennium omnium patroniarum et scribaniarum navigiorum nostrorum, patroni, et scribe navium super quibus carricate fuissent hujusmodi res, et mercationes infra octo dies postquam applicuerint Venetias teneantur notificasse nostris extraordinariis cum sacramento quantitatem ipsarum mercationum. Qui quidem nostri extraordinarii habitis dictis notificationibus debeant a predictis exigere dicta tria pro centenario usque unum mensem.

de parte . . . . . 35, 33.

(Reg.° 55, 1424–1425, c. 35 t.°).

842.

1424, 21 junii.

Pro alumine de sorta conducta Venetias de partibus Romanie solvatur de datio ad introitum grossos X pro miliari et pro alumine de rocha de dictis partibus, solvatur de datio grossos XV pro mileari.

Provisores comunis.

Cepta. — Cum pro alumine de rocha, et de sorta sit differentia in exigendo datium nostri comunis propter diversitates locorum nec se intelligunt officiales exigentes datia nostri comunis; Vadit pars, quod pro alumine de sorta cuiuscumque conditionis, et maneriei, et ubicumque locorum conducta sit de partibus Ronie, et tam rubea quam alba solvere teneatur de datio nostro comuni ad introitum grossos X pro milliario, Verum de alumine de rocha cuiuscumque conditionis de dictis partibus, et tam rubea quam alba quia est majoris valoris solvere teneatur de datio grossos quindecim pro miliari.

de parte 100
de non 3
non sinceri 0

(Reg.° 55, 1424-1425. c. 35 t.°.)

Digitized by Google

843.

1421, 7 julii.

Commissum potestati et capitaneo Neapolis Romanie, quod expedita galea Neapolis a nostro capitaneo generali maris, illam mittat Mothonum ad levandum ser Marcum Geno successorem suum.

Ser Petrus Michael, sapiens ordinum. 5

Capta. — Quod mandetur viro nobili ser Nicolao Baseio potestati et capitaneo Neapolis Romanie, quod postquam galea nostra Neapolis Romanie reversa, et expedita fuerit, a Capitaneo generali maris illam debeat mittere Mothonum ad levandum virum nobilem ser Marcum Geno successorem suum sicut pluribus aliis concessum fuit per elapsum. 10

de parte . . . . . alii
de non 3
non sinceri 2

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 40).

844.

1424, 7 julii. 15

Quid responsum fuit ambaxatoribus domini despoti Arte ad ea que exposuerunt dominio.

Ser Robertus Mauroceno, ser Marinus Caravello, procurator, ser Fantinus Michael, ser Jacobus Trivisano, ser Antonius Contareno, procurator, ser Franciscus Bernardo, sapientes consilii, ser Andreas Contareno, ser Victor de Canali, 20 ser Marcus Dandulo, ser Nicolaus Maripetro, sapientes terrarum de novo acquisitarum, ser Petrus Michael, ser Benedictus Carocio, ser Petrus Pisani, sapientes ordinum.

Quod ambasiatoribus magnifici domini despote Arte respondeatur in hac forma, videlicet: 25

Capta. — Et primo ad requisitionem factam per dictos Ambassiatores nomine domini sui, Quod cum dominus despotus Grecorum convenerit treuguis factis inter eum, et dictum dominum suum per medium nostri Ambassiatoris, et etiam aliis treuguis postea inter eos factis placeat nostro dominio committere nostris Castel-

Digitized by Google

lanis Coroni et Mothoni quod ponant concordium inter eos etc; Respondemus, quod certe nostro dominio displicet audire, quod treugue facte primo per nostrum Ambasiatorem nobilem virum ser Delfinum Venerio, et similiter alie postea facte prout dicunt nullam habuerint firmitatem, Et considerantes illud quod de novo secutum est, Quod dictus despotus Grecorum ceperit principem, non videtur nostro dominio aliud dicere super hoc quia non esset cum honore nostri dominii ulterius aliquid querere super hac causa, Sed si domino suo videtur aliquam provisionem facere pro bono, et utile, et augmento sui status potest facere prout eidem placet, quia de omni re que redundabit ab bonum, et utile et ad augmentum sui status nostrum dominium remanebit contentum.

Ad aliam autem partem per quam dicti Ambasiatores requirunt quod pro remotione omnium scandalorum, et novitatum placeat nostro dominio committere regi nostro Corphoy, quod debeat videre, et examinare, et ponere confinia loci nostri Nepanti per modum quod nostrum dominium, et dominus suus habeat ius suum, Respondemus quod ut dominus suus cognoscat bonam intentionem nostram erga Magnificentiam suam, sumus contenti mittere unum ex nostris cum libertate ad plenum ad videndum, et examinandum iura nostra, et ad ponendum confinia, et ad examinandum damna illata nostratibus, et quod dicta damna si aliqua illata sunt reficiantur. Verum quia sicut dicti Ambassiatores sciunt, certa pacta et conventiones habemus cum dicto domino suo pro turri del Natalico, pro piscariis Nepanti que nobis non fuerunt observata, nec observantur, propterea committemus etiam dicto nostro quem mittemus illud, quod erit necessarium ut nobis observentur pacta predicta, Et ideo placeat etiam domino suo illi quem mittet ex parte sua dare plenam libertatem circa confinia ponenda, et circa restitutionem dannorum, si aliqua per suos illata fuerint nostratibus, et etiam circa observationem pactorum, et conventionum predictarum, ut ea que habere debemus pro tempore preterito vigore dictorum pactorum habeamus, Et quod in futurum prout iacent observetur, qui noster erit in dicto loco Nepanti ad festum Sancti Michaelis proximi.

Et ex nunc sit captum quod Mandetur Baiulo, et capitaneo nostro Corphoy quod vadat ad dictum locum Nepanti, ad executionem omnium suprascriptorum, et sicut sibi mandabitur per dominium eundo cum illa minori expensa quam poterit, et ducendo secum de illis fidelibus nostris Corphoy qui de loco nostro Nepanti habeant informationem, et dimittendo loco sui consiliarios qui ibi sunt non obstante quod complevissent.

de parte . . . . . —
de non . . . . . —
non sinceri . . . . . —

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 41).

Digitized by Google

845.

1424, 15 julii.

Quid commissum fuit ser Jacobo Dandulo ituro capitaneo Salonichi, et ser Marco Erizo, capitaneo galearum Romanie super facto manzariarum que facte sunt et fuerunt per cavalerios baiulorum Nigropontis, ac per camerarios, et scribas camere Nigropontis, fidelibus nostris Nigropontis et Insule.

Dominus et consiliarii omnes.

Capta. — Cum facta sit nostro dominio certa conscientia, et porrecta quamplura capitula de multis manzariis que facte sunt, et fuerunt fidelibus et subditis nostris Nigropontis, et Insule, per socios, et cancellarios Baiulorum, ac per camerarios, et scribas camere Ngropontis in factis custodiarum murorum civitatis, vini et commerchii barcarum que vadunt cum lignis, et aliis mercantiis, fructuum, et erbagiorum becariorum, et carnium, piscarie, et piscium mensurarum, et ponderum mercantiarum, taxarum, scripturarum et armamenti galee sicut in pluribus capitulis notatis in uno folio et dimidio seriose cavetur, Et pro honore nostri dominii faciat pro bono et status nostri in illis partibus, et alevatione dictorum nostrorum fidelium taliter providere, quod ipsi non molestentur nec graventur indebite, et iniuste contra mentem et intentionem nostri dominii, Et ulterius quod illis nostris fidelibus quibus in preterito tales usurpationes et manzarie facte sunt debite reficiantur, et quod puniantur illi qui contra Deum et justitiam, et honorem nostri dominii talia comiserunt, Quodque de cetero reliqui metu pene talia sibi caveant perpetrare; Vadit pars, quod dicta capitula dari debeant viris nobilibus ser Jacobo Dandulo ituro de nostro mandato Capitaneo Salonichi, et ser Marco Erizzo ituro Capitaneo galearum nostrarum presentis viagii Romanie, quibus commissum sit auctoritate hujus consilii, quod quando in hoc suo viagio erunt in Nigroponte debeant facere publice proclamari, quod omnes illi qui se gravare vellent de talibus manzariis, et extorsionibus debeant coram eis comparere, et similiter debeant dicti capitaneus Salonichi, et capitaneus galearum per inquisitionem diligenter inquirere de extorsionibus, et manzariis predictis faciendo, in quantum possibile eis erit, refici, et solvi illis qui taliter fuissent manzati, et extorti omnia damna sua, et providendo quantum in eis erit, Quod de cetero non committantur tales extorsiones neque manzarie dictis subditis, et fidelibus nostris, ad quod ipsi tractentur dulciter, et benigne sicut semper fuit, et est intentio nostri dominii, Et de omnibus que circa predicta ipsi fecerint debeant nostrum dominium particulariter advisare, faciendo etiam notari in cancellaria regiminis Nigropontis omnia que fecerint in predictis ut semper appareant ea que acta fuerint in predictis, et que executioni mittenda erunt temporibus in futuris, Et scripturas de quibus non poterunt facere executionem mittant nostris Advocatoribus comunis, ut super inde sicut videbitur valeat provideri, Et insuper propter brevitatem temporis quo stabunt in additu suo in

Digitized by Google

Negroponte galee predicte, quia forte non poterunt expediri omnia suprascripta per dictos Capitaneos Salonichi et galearum Romanie debeat in suo reditu Nigropontem capitaneus dictarum galearum exequi et facere circa predicta ea que fieri restabunt, conducendo secum Venetias omnes scripturas que facte fuerint super causis predictis.

de parte 117
de non 2
non sinceri. 0

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 42).

846.

1424, 17 augusti.

Fiat salvus conductus domino duche Egeopellagi et fratribus suis, possendi venire Venetias.

Ser Robertus Mauroceno, ser Marinus Caravello procurator, ser Fantinus Michael, ser Antonius Contareno procurator, ser Franciscus Bernardo, sapientes consilii.

Capta. — Quod iuxta requisitionem literarum Magnifici domini Duche Egeopelagi fiat noster salvus conductus auctoritate huius consilii in forma debita dicto domino Duche, et fratribus, seu illis ipsorum quibus videbitur velle venire Venetias possendi venire, et stare Venetiis pro aliquibus factis suis per menses quatuor, et recedere ad beneplacitum suum libere, et sine aliquo impedimento, non obstantibus aliquibus debitis tam comunis nostris quam specialium personarum, veniendo ipsos Venetias infra sex menses, a die nostri salvi conductus recepti.

de parte 56, 62
de non 48, 45
non sinceri 13, 10

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 48 t.°).

847.

1424, 6 septembris.

Revocatio concessionum et gratiarum factarum per Castellanos Coroni et Mothoni aliquibus de inde, tam de magazenis constructis quam fabricandis in burgo Mothoni, et de concessione facta cuidam civi Mothoni possendi ampliare unam eius domum, Et captum quod dicti magazeni ruinentur, ac vetitum ipsis Castellanis posse dare aliquod territorium absque licentia dominii.

Ser Franciscus da Molino, ser Andreasius Justiniano, consiliarii.

Capta. — Cum dominium nostrum fuerit nuperrime informatum, Quod per

Digitized by Google

castellanos nostros Mothoni, et Coroni, seu alterum ipsorum concessum est de gratia aliquibus civibus nostris de inde posse facere fieri, et edificari decem magazenos in burgo nostro Mothoni incipiendo a casella pontis levatoris Mothoni, et eundo versus bechariam usque ad berlinam, et apodiando ipsos magazenos muro barbachani Mothoni, ubi ab antiquo fuit impletum de terra pro fortificatione dicti loci, Et insuper quod per ipsos castellanos vel alterum ipsorum facte sunt similes gratie seu concessiones, et aliis in dicto burgo Mothoni, a parte maris quasi ante portam Mothoni ubi solitum erat trahi in terram galeotas, calcinariam, et alia navigia comunis, et specialium personarum, Et ubi solitum erat fieri gabanas mercatorum, qui ibant ad vindemias, Et preterea ultra predictos magazenos date sunt alie concessiones pro magazenis sex construendis, eundo versus portam burgi, in quorum numero est quidam magazenus concessus ante nunc Petro Bontraversi admirato Mothoni, qui omnes magazeni, et edificia sunt, et essent si fierent bastite loco nostro Mothoni cum maximo periculo ipsius loci quem debemus habere carissimum pro bono status nostri. Insuper quod concessum est nuper cuidam civi Mothoni qui habet quamdam domumculam super platea Mothoni prope lobiam posse exire extra cum tribus columpnis circa pedes sex super platea Mothoni cum maxima occupatione et deformitate dicte platee, ac sinistro maximo conversantium in loco illo, Et sit omnino neccessarium providere debite super inde; Vadit pars, quod auctoritate huius consilii captum sit, Quod omnes dicte concessiones et gratie sint revocate, et anichilate, et pro revocatis et anichilatis habeantur, Ita quod nullum sorciantur effectum, et omnes magazeni, et alia edificia que facta essent in suprascriptis locis debeant totaliter ruinari, et removeri, ac reduci loca in illis terminis, et conditionibus quibus primo erant, et hoc ad expensas illorum qui edificari fecissent, Et predicta committantur exequenda Capitaneis nostris galearum Culphy, Alexandrie et Baruti, qui subito quando in accessu suo versus Levantem erunt in Mothono videre debeant ad oculum omnia suprascripta, et mandare quod ruinentur et removeantur de locis predictis, ita quod reducantur in primo esse, et termino, ut superius dictum est, Et executionem dicti mandati debeant dicti capitanei committere Castellano nostro Mothoni, Ita quo cum effectu in reditu dictarum galearum de partibus Levantis Mothonum omnia predicta adimpleta sint, et reducta in primo statu, Et si aliquid restaret quod non fuisset executum, dicti capitanei in dicto suo reditu teneantur exequi, et fieri facere cum effectu antequam de Mothono recedant ad expensas illorum qui fabricari fecissent. Et ut tales errores et pericula de cetero non occurrant, Ex nunc sit expresse vetitum omnibus nostris castellanis Mothoni posse dare, et concedere aliquod territorium alicui pro fabrica tam in Mothono quam in burgo sine licentia nostri dominii.

de parte 67
de non 13
non sinceri 8

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 52).

Digitized by Google

848.

1424, 6 septembris.

Captum quod dicatur domino Admirato Rodi, quod si usque ad recessum Ambassiatoris nostri, a domino Rege Aragonum facta fuerit satisfacio dannorum illatorum nostris fidelibus Crete bene quidem, quando non, providebimus etc.

Ser Marinus Caravello procurator, ser Fantinus Michael, ser Jacobus Trevisano, ser Antonius Contareno procurator, ser Franciscus Bernardo, sapientes consilii.

Capta. — Cum facta de anno preterito responsione per nostrum dominium Reverendo patri domino Admirato Rodi super facto dannorum illatorum nostris fidelibus Crete qui inter cetera ob dictam causam venit ad presentiam nostram dictus Admiratus dixisset excusando causam, conventum Rodi non teneri ad emendam, et satisfactionem predictam, et quod placeret nostro dominio de dicto facto velle stare iuri etc. que sua requisitione audita, et intellecta fuerit postea die XXX decembris 1423 captum, et deliberatum per istud consilium, quod dicto domino Admirato responderetur, quod audiveramus, et intellexeramus requisitionem predictam suam, et respondebamus quod cognoscimus manifeste quod si deliberaremur stare iuri nil aliud importaret nisi rem in longum ducere et cum detrimento iurium tam suorum quam nostrorum considerato quod si in favorem nostrum terminaretur multum preiudicaret iuribus suis contra Catellanos et si contra nos terminaretur nil aliud importaret, nisi prebere causam catellanis in portu suo posse nostros cives, et subditos dannificare, Sed nichilominus considerantes quod dicta damna illata fuerunt per catellanos qui quotidie declinant ad portum suum cum suis mercationibus et bonis, et bene possent satisfactioni nostrorum providere, Commiseramus notario nostro quem miseramus ad presentiam domini Regis Aragonum pro aliis damnis illatis nostris civibus, quod etiam ista illata in portu Rodi solicitaret rehabere, et quod ideo magnus magister Rodi, et conventus Rodi poterant ex parte sua procurare et solicitare quod dicta damna in portu suo illata debite restituantur, et emendentur nuntio nostro predicto, et quod ob complacentiam dicti conventus eramus contenti interim supersedere usque sex menses, tunc proximos, et si providerent quod per catellanos dicta damna restituerentur, remaneremus contenti, et potius essemus contenti emendam, et satisfactionem habere, a catellanis quam a suo conventu ut non haberemus causam aliam provisionem faciendi, Et cum dictus dominus Admiratus Rodi sit presentialiter iturus Rodum, nec sit facta satisfactio ipsorum dannorum dictis nostris fidelibus, et dictus terminus sex mensium sit preteritus iamdiu; Vadit pars, quod dicto domino Admirato Rodi debeat dici, et fieri mentio de suprascripta responsione alias sibi facta, ut superius est expressum, et qualiter est preteritus iamdiu terminus sex mensium, nec est facta satisfactio predicta dictis fidelibus nostris qui remanserunt consumpti causa dicti

Digitized by Google

danni illati per ipsos Catellanos in suo portu Rodi, et quod bene est notum etiam quod mercationes accepte, et derobate a nostris predictis fuerunt permisse extrahi de portu Rodi, et carricari, et conduci alio, Unde attentis omnibus super inde considerandis sibi dicimus quod volentes uti omni humanitate possibili licet hoc sit cum tarditate et iactura nostrorum fidelium, sumus contenti non obstantibus supra- 5 scriptis temporizare, et supersedere adhuc usque ad recessum oratoris nostri a domino rege Aragonum, Et propterea a parte sua potest procurari, et solicitari quod dicta damna restituantur, et emendentur prout alias sibi diximus, et prout nunc replicatum fuit superius, Et si usque dictum tempus facta fuerit satisfactio predicta, bene quidem, quando autem non, vel faciemus provisionem que nobis ap- 10 parebit necessaria pro satisfactione dictorum nostrorum fidelium absque alia requisitione, ne ulterius ducatur in longum.

de parte 60
de non 26
non sinceri 27 15

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 52 t.°)

849.

1424, 6 septembris.

Quid scriptum fuit Castellanis Coroni et Mothoni, super facto custodie locorum Sancti Elie et molendinorum.

Quod Castellanis Coroni, et Mothoni, et successoribus suis scribatur 20 in hac forma, videlicet:

Ser Franciscus de Molino, ser Andreasius Justiniano, ser Marinus Caucho, ser Franciscus Michael, ser Lodovicus Storlato, consiliarii.

Capta. — Non possumus non mirari de hiis que sentimus videlicet, Quod nomine nostri dominii custodiantur loca Sancti Elie et molendinorum, et alii gau- 25 deant introitus, et usufructus eorum, Et propterea vobis scribimus, et mandamus cum nostris consiliis Rogatorum, et additionis, quatenus de introitibus dictorum locorum ea custodiri facere debeatis, et non ad expensam nostri dominii supplendo tamen quid deficeret de peccuniis nostri comunis donec aliud vobis dabimus in mandatis, Et scribatis nobis qua auctoritate fecistis expensam custodie dictorum 30 locorum tempore preterito et ad quantam summam ascendit expensa facta usque in diem receptionis presentium, non consignando tamen, nec permittendo dicta loca alicui sine nostro speciali mandato.

de parte 99
de non 6 35
non sinceri 8

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 52 t.°).

Digitized by Google

850.

1424, 21 septembris.

Item mandatum dictis castellanis quod constituant in castro molendinorum unum caput cum ballistariis, et soldo ibi notatis, et in castro sancti Elie unum aliud cum soldo et ballistariis ut ibi.

5 Ser Vitus de Canali, ser Marcus Dandulo, ser Daniel Victuri, sapientes terrarum de novo acquisitarum.

Capta. — Cum de castris molinorum, et Sancti Elye dominium nostrum habeat multo maiorem expensam quam sit ipsorum introitus, et omnino neccessarium sit providere per modum quod comune nostrum de ipsis non habeat expensam, attento 10 maxime quod custodiri possunt cum multo minori expensa quam presentialiter habeamus; Vadit pars, Quod mandetur auctoritate huius consilii Castellanis nostris Coroni, et Mothoni, quatenus constituere debeant, et retinere in castro molinorum unum sufficiens caput cum ballistariis quatuor apud se, cui capiti dare debeant ab yperperis XVI in viginti secundum qualitatem, et sufficientiam persone, et balli- 15 stariis yperpera XII pro quolibet in mense et racione mensis. In castro autem Sancti Elye constituere debeat, et tenere unum aliud sufficiens caput cum duobus ballistariis apud se, cui capiti dare debeant ab yperperis sexdecim in XVIII, secundum conditiones persone, ballistariis vero yperpera XII pro quolibet in mense, et ratione mensis, Remanentibus introitibus ipsorum castrorum in nostrum comune.

20 de parte . . . . . alii
de non 2
non sinceri. 1

(Reg.° 55, 1424-1425, c 55).

851.

1424, 24 octobris.

25 *Quid commissum fuit Castellanis Coroni et Mothoni super presentatione literarum Capitaneis Maris et culfi, et super denariis dandis dictis capitaneis, pro pagis fiendis galeis.*

Quod scribatur Castellanis Coroni et Mothoni, in hac forma:

Ser Robertus Mauroceno, ser Marinus Caravello procurator, ser Fantinus 30 Michael, ser Jacobus Trivisano, ser Antonius Contareno procurator, ser Franciscus

Digitized by Google

Bernardo, sapientes consilii, ser Petrus Balbi, ser Franciscus Bono, ser Benedictus Victuri, sapientes ordinum.

Capta. — Mittimus vobis presentibus alligatas duas nostras literas quarum alteram scribimus Capitaneo nostro generali maris, alteram ser Stephano Contareno Capitaneo Culphy, Volentes, et fidelitati vestre mandantes, quatenus litteram Capitanei generalis maris subito cum Mothonum applicuerit dicto Capitaneo consignare debeatis, ut possit exequi mandatum nostrum. Aliam autem ser Stefani Contareno Capitaneo Culphy subito per unum grippum armatum ad partes Rodi dicto ser Stefano mittere debeatis subito, et sine mora, et quam prestius potestis. Verum quia Capitaneus noster generalis maris, vobis Castellano Mothoni consignabit certam quantitatem denariorum per vos dandorum, et consignandorum ser Stefano Contareno Capitaneo Culphy quando Mothonum applicaverint, fidelitati vestre mandamus, quatenus illos denarios quos vobis dimittet dictus Capitaneus generalis maris, dare et consignare debeatis dicto ser Stefano Contareno ut possit facere pagam galeis secum existentibus, prout dicto ser Stefano dedimus in mandatis, Et quia dicto ser Stefano commisimus quod pro paga fienda hominibus galee lombarde que cum galeis nostris Alexandrie ivit in Alexandriam, et cum illis redire debet vobis Castellano Mothoni dimittat ducatos quingentos, volumus et sic fidelitati vestre mandamus, quod de dictis ducatis V centum cum dicta galea lombarda applicuerit Mothonum vos facere debeatis pagam hominibus galee predicte, non dando aliquid supracomito dicte galee, ponendo ducatos prout valebit, et scribendo nobis nomina omnium hominum quibus feceritis pagam predictam, et quantum cuilibet eorum dederitis pro nostra informatione.

de parte. . . . . omnes

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 64).

852.

1424, 18 novembris.

Regimen Corphoy habeat libertatem cassandi expensam Admirati Corphoy, et committatur officium ipsius Admirati Victori Verde cum salario ibi notato.

Consiliarii.

Capta. — Cum vir nobilis ser Sanctus Venerio miles qui rediit provisor Salonici retulerit nostro dominio quod nuper obiit Admiratus loci nostri Corphoy qui habebat yperpera septingenta in anno, que expensa est superflua cum non habeat aliud agere quam custodire galeotam, et correda ipsius, et quod regimini Corphoy videretur de scansando ipsam expensam, et officium ipsius Admirati committere Victori Verde patrono marani cum salario yperperorum centum in anno ultra provisionem quam habet, et haberet nomine Admirati, Et bonum, et utile sit scansare ipsam expensam superfluam; Vadit pars, Quod detur libertas auctoritate huius consilii Regimini nostro Corphoy possendi expensam ipsius Admirati, et ipsum

Digitized by Google

officium committere predicto Victori cum salario yperperorum centum in anno ultra id, quod habet ad presens cum nomine Admirati, sicut nobis relatum fuit ut dictum est.

de parte . . . . . alii
5 de non 0
non sinceri 0

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 67).

853.

1424, 30 decembris.

Quid scriptum fuit potestati et Capitaneo Neapolis Romanie
10 *pro Johanne Catello.*

Quod scribatur et mandetur auctoritate huius consilii potestati et Capitaneo Neapolis Romanie in hac forma, videlicet:

Ser Andreasius Justiniano, ser Marinus Caucho, ser Franciscus Lauredano, ser Ludovicus Storlato, ser Daniel Victuri, consiliarii.

15 Capta. — Comparens ad presentiam nostram probus vir Johannes Catello condam Leonis fidelis noster Neapolis Romanie querelanter exposuit nostro dominio quod quidam Nicolaus Mumuri, et Micali Catello, et Gregorius eius frater querelantes per omnem modum, et viam eius mortem dum scirent dictum nostrum fidelem, velle proficisci ad eius vindemias seduxerunt quemdam ejus rusticum ut illum in-
20 terficeret, sicque dato ordine dicti maleficii dum prefatus fidelis noster ad suas vindemias accessisset, ecce idem rusticus incitatus promissionibus predictorum in recessu antedicti nostri fidelis illum aggressus percussit quinque vulneribus, quo delicto commisso idem rusticus subito evasit, Et data noticia viro nobili ser Nicolao Baseio precessori vestro de hujusmodi excessu idem precessor vester fecit subito
25 quemdam fratrem dicti rustici detineri qui confessus fuit dictos Nicolaum Murmuri, Micali Catello, et Gregorium ejus fratrem fuisse causam dicti excessus, qui quidem precessor vester ante exitum sui regiminis per quinque dies processit contra dictum rusticum qui incideretur sibi manus dextra et ad furcas perderetur si quoquam tempore promiserit se reperiri, in quo processu est notatum quod dictus rusticus id
30 delictum et assassinariam commisit inductus ab aliquibus de quibus per id tempus nulla specialis declaratio non fiebat, postmodum transactis dictis quinque diebus ipse precessor vester non potuit super inde ulterius procedere, propter quod idem noster fidelis tenens se multipliciter gravatum de tali injuria et assassinaria comparuit coram vobis petens justitiam fieri contra predictos tres qui tanti mali causa
35 fuerunt. Vos autem quia dicitis, ut debebat sicut similes actus criminales requirunt dicitis non posse vos impedire, proinde vero idem fidelis noster qui multipliciter se gravat de tali orribili excessu, addens etiam tempore condam viri nobilis ser Nicolai Coppo precessoris vestri predictos fecisse eundem percuti in tantum quod manum

Digitized by Google

dexteram ammisit, nuper coram nobis comparens subventionem nostram in ministrando debitum iuris contra conscios et incitatores dicti excessus humiliter impetravit, Nos igitur tale enorme delictum audientes grandem displicentiam sumpsimus, quoniam intentionis nostre semper fuit et est quod fideles, et subditi locorum nostrorum in eis locis et eorum districtibus tute et secure valeant peragrare, Et quia huiusmodi crimen dici potest assassinaria nullo modo intendimus, nec volumus, quod illi qui sunt et fuerunt causa eiusdem transeant impuniti quia esset cum maximo onere nostri dominii, essetque oblata causa aliis nostris subditis similia perpetrandi. Quas ob res volentes ad hoc opportune, et ut debitum iuris deposcit, debite providere fidelitate vestre cum nostris consiliis Rogatorum et additionis volumus et mandamus efficaciter quatenus habita, et facta per vos diligenti et opportuna inquisitione et examinatione, ut debite requiritur in criminalibus, et reperta rei veritate quod predicti tres inculpati vel alii de ipso enormi actu contra dictum nostrum fidelem facto fuerit causa ipsius excessus debeatis contra illos, et quemlibet eorum quos culpabiles reperietis procedere non obstante aliquo actu vel processu precessoris vestri sicut debitum iuris, et justitie suadebit vobis ita ut de bona, et optima iustitia quam in hoc facietis sicut de fidelitate vestra plene confidimus possitis apud nos merito commendari, et alii caveant huiusmodi delicta committendi. .

de parte. . . . . alii
de non 3
non sinceri 1

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 76).

854.

1424, 26 februarii.

Quid scriptum fuit potestati et Capitaneo Neapolis Romanie ad exposita per Johannem Catello pro parte illius comunitatis.

Quod scribatur potestati et capitaneo Neapolis Romanie et successoribus suis, in hac forma, videlicet:

Ser Andreas Diedo, ser Hermolaus Donato, sapientes consilii.

Capta. — Comparens ad presentiam nostram providus fidelis noster Neapolis Romanie Johannes Catello condam Leonis nobis inter alia humiliter exposuit, et supplicavit pro parte illius nostre fidelis comunitatis Neapolis Romanie quod dignaremur providere, quod domus que dicuntur per homines civitatis predicte esse exempte a solutione cere temporibus dominorum ducis Athenarum, et Guidonis de Anguino sint exempte a dicta solutione, nec aliquid innovetur ultra id, unde super inde volentes providere cum nostris consiliis Rogatorum et additionis vobis scribimus et mandamus quod nullam novitatem faciatis illis quorum domus erant exempte a solutione cere temporibus dictorum dominorum, sed illas penitus habeatis exemptas ab ipsa solutione, Ita quod in posterum aliqua novitas vel molestia eis non fiat. Et

Digitized by Google

si qua novitas facta, aut pignus acceptum fuerit causa dicte solutionis illam penitus revocare, et illud restituere debeatis.

Preterea nobis exposuit, quod nisi debite provideatur quando galea Neapolis armatur pro agendis nostri dominii, quod homines eiusdem habeant pagas et soldum sicut habent galee Crete, illi qui assueti ascendere super ipsam galeam aufugient de dicto loco, propter quod humiliter supplicavit ut dignaremur ad hoc provisionem facere. Nos igitur volentes opportune super hoc providere, Fidelitati vestre cum nostris consiliis Rogatorum et additionis scribimus et mandamus quatenus quando dicti nostri fideles ibunt cum dicta galea contra Teucros in locis Egeopelagi habeant solum panaticam, et grassam, et quando ibunt ad servitia nostre dominationis, debeant habere pagas pro illis mensibus quibus armabitur dicta galea sicut habent fideles nostri Crete, et similiter habeant illum soldum, quem habent fideles nostri Crete predicti, qui ascendunt super galeis nostris Crete.

Ultimate nobis exposuit, quod alias tempore condam viri nobilis ser Octaviani Bono, tum potestatis et capitanei Neapolis Romanie pro recuperando denarios pro faciendo murari terram Neapolis, et pro aliis rebus necessariis ad conservationem illius loci per consilium dicti loci fuit provisum de ponendo certa onera, et solvendo aliqua datia, quam contributionem fideles nostri ipsius loci facere tunc promiserunt si forent alleviate, et absoluti a viglatico, quod ascendit in totum yperperis VII centum XLIIII, et datia, et onera predicta ascendunt summa iperperorum XIII mille in anno, unde postea in regimine condam viri nobilis ser Morbassani Polani providimus, et mandavimus cum nostris consiliis Rogatorum et additionis per literas nostras die tertio mensis septembris 1412, quod ipse et successores sui deberent de cetero de datiis, et oneribus predictis facere expensas necessarias de inde, ac etiam solvere expensam necessariam, pro dicto viglatico a quo ipsi nostri fideles sunt absoluti, et residuum quod superhabundabit a dictis expensis de tempore in tempus deberent expendere in constructione dictorum murorum, et aliis necessariis pro tutela et conservatione ipsius loci, Sed tamen videtur quod vir nobilis ser Nicolaus Baseio predecessor vester pro laboreriis ipsorum murorum imposuerit certam angariam, publicum fidelibus civibus nostris qui cum expensa sua coacti fuerunt ad laborandum, seu laborari faciendum in dictis muris, unde deposita de hoc nobis querela parte ipsorum civium Neapolis supplicatum nostro dominio humiliter fuit, super inde provideri, volentes itaque intentionem nostram in his declarare, fidelitati vestre scribimus et mandamus cum dictis nostris consiliis, quatenus cives nostros de inde compellere non debeatis ad construendum dictos muros nisi pro suo libito voluntatis, et nisi cum debita solutione, Ita quod si laborabunt habeant iustam solutionem pro laborerio suo volentes et quod in omnibus aliis non convenientibus predictis, observetis, et observare faciatis formam dictarum nostrarum literarum scriptarum die tertio Septembris 1412 condam ser Morbasano Polani et successoribus suis sicut iacent.

de parte 95
de non 8
non sinceri 1

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 96 t.°).

Digitized by Google

855.

1425, 4 marcii.

Illa banderia que de die in diem exibit de custodia platee Nigropontis sequenti sero vadat ad custodiam murorum ipsius civitatis.

Ser Andreas barbo, ser Hermolaus Donato, sapientes ordinum, ser Gaspar Superantio, qui fuit consiliarius Nigropontis. 5

Capta. — Cum ad custodiam nocturnam que sit super muris nostre civitatis Nigropontis sint deputate page triginta ex hominibus de inde cum salario yperperorum quatuor pro quolibet in mense per quos quasi nulla custodia fit super illis muris, nam derelictis postis suis raro reperiuntur ad suas custodias, quod cedit tam in detrimentum et onus nostrum quam in periculum maximum dicte civitatis, et 10 Insule respectu quod ista civitas est propinqua locis Teucrorum, Cumque sint in Nigroponte banderie quatuor peditum, quarum due sunt occupate nam intrant de die in diem una ad custodiam pontis, et alia ad custodiam platee, reliquis duabus banderiis remanentibus pro illa die a custodia absolutis, Et sit utile, et necessarium providere respectu periculi quod una vice exinde sequi posset, etiam pro scansando 15 dictam expensam superfluam ymo periculosam; Vadit pars, quod illa banderia que de die in diem exibit de custodia platee Nigropontis sequenti sero ire debeat ad custodiam murorum dicte civitatis, que quidem banderia dividatur et deputetur per regimen de inde in illis postis, et custodiis que ipsi regimini utiliores, et tutiores videbuntur, Et sit tamen licitum commilitonibus de inde appunctare dictas pagas ut 20 prefertur deputandas sicut apunctant alios stipendiarios de inde habendo medietatem dictarum appuntationum, et alia medietas sit nostri comunis. Nam per hunc modum dicta civitas erit bene custodita, et nostra dominatio aleviabitur a dicta expensa superflua.

de parte 82 25
de non 2
non sinceri 2

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 96).

856.

1425, 4 marcii.

Concessum Judeis habitantibus in Nigroponte posse murari facere duo callia in Judaica sua. 30

Ser Hermolaus donato, sapiens ordinum.

Capta. — Cum pro parte universitatis ebreorum Nigropontis nobis inter alia expositum fuerit quod cum antiquis temporibus habitarent extra civitatem Nigropontis ubi tunc derobabantur et capiebantur a Teucris venerunt habitatum postea 35 ipsam civitatem uniscentes se cum christianis propter quod in 1355 provisum fuit

Digitized by Google

per consilium Rogatorum ut regimen Nigropontis statueret sibi locum posse habitare cum securitate qui esset separatus a christianis, quod regimen sibi assignavit certum locum in quo nunc est sua iudaica ubi sunt certe domus, que sunt in uno capite civitatis Nigropontis que sunt separate et divise a christianis de quibus solvunt pro livellis, comuni, ecclesie et civibus Nigropontis yperperi a plura sexcentis singulo anno, Et quia de dictis domibus sunt alique domus multum contigue, et ab uno capite sunt duo callia inter alias domos non ita contiguas et separatas et inter alias contiguas per que inferuntur sibi multa damna per aliquos latrunculos supplicaverint proinde nostro dominio, quod dignaretur sibi concedere quod possint ad omnes suas expensas murari facere dicta duo callia ut cessent damna que sibi inferuntur faciendo portas in his locis in quibus erit necessarium, Et visa continentia partis capte in 1355 per quam mandatum fuit tunc regimini Nigropontis, ut statueret in civitate locum ubi dicti iudei deberent habitare; Vadit pars, quod auctoritate istius consilii concedatur dictis iudeis, quod possint obturari et murari facere ad omnes suas expensas duo callia predicta ut illam iudaicam, et domos habitare possint secure, et ne inferantur sibi damna, que per elapsum sibi illata fuerunt, Faciendo portas pro intrando, et exeundo sicut fuerit neccessarium.

de parte 70
de non 6
non sinceri 2

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 96).

857.

1425, 4 martii.

Commissum Castellanis Coroni et Mothoni, ut pro reparatione moli et portus Mothoni, mittatur illuc unum Arcille cum rebus que ementur pro reparatione predicta.

Ser Andreas barbo, ser Hermolaus Donato, sapientes ordinum.

Capta. — Cum Castellani nostri Coroni et Mothoni dominio nostro scripserint multas res sibi esse neccessarias pro reparatione moli, et portus Mothoni; Vadit pars, quod mitti debeat unum ex arcillis nostris qui sunt in nostro arsenatu Mothonum cum illa quam minori expensa que collegio videbitur super quo arcille conduci debeant Mothonum ille res que emebuntur pro reparationibus predictis, Et ex nunc captum sit quod pro emendo illas res necessarias pro ipsis reparationibus accipi debeant usque ducatos quadringenti triginta ad cambium, qui denarii mitti debeant ad solvendum per regimen nostrum Crete de peccunia camere nostre de inde.

de parte 89
de non 5
non sinceri 2

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 96).

Digitized by Google

858.

1425, 6 martii.

Captum de acceptando sub protectione nostri dominii dominos Aleotum de Cavopena, dominum Legene. et Arna de Cavopena suum fratrem.

Sapientes consilii.

Capta. — Cum prout lectum est isti consilio, domini Legene volunt se submittere nostro dominio cum conditionibus lectis; Vadit pars quod acceptetur sub protectione nostra secundum quod se offerunt solum pro insulis suis, a parte autèm terre firme non impediendo nostrum dominium ullo modo, Et quia dicti domini teneantur de tempore in tempus de frumento Insule sue subvenire locis nostris Nigropontis, Neapolis Romanie, et Salonichi pro nostris pecuniis et honesto precio.

de parte 109
de non 19
non sinceri. 2

Tenor expositionis facte dominio pro parte eorum.

Tenor autem expeditionis facte per dictos dominos Legene Serenissimo Ducali dominio per omnia talis est, videlicet:

Questa he la forma de la exposition da esser fata ala presentia del Illustrissimo signor missier lo doxe e la signoria de Veniexia per nome de i spectabeli signori misser Alioto de Cavopena signor de Liena e de misser Arna de Cavopena so fradelo al presente governador de la Pidiada.

Prima considerando el bon, e intimo amor che i dicti Signori misser Alioto e misser Arna hano sempre portado, portano, e totalmente intendeno de portar, a la dicta inclita e dogal Signoria de Veniesia chomo soi boni amisi, e servidori, E per lo dicto amor portado chomo he dicto de sovra chomo pora esser chiaramente informada la vostra Illustrissima Signoria da i Signori Rectori de Argos e Napoli quanto i diti Signori misser Alioto e misser Arna siano stadi prompti, a honor de vostra Signoria, e punto essi siano stadi uteli a la conservation de Argos e de Napoli in le soe besogne si contra Griesi e Albanexi chome contra Turchi, e per terra e per mar, e specialmente haver avisado i rectori de la vostra Illustre Signoria de tute chose sentide per muodo che senestro algun non podesse a quella terra esser ochorso de le qual cose i Spectabeli et egregii misser Piero Diedo, misser Marco Polani, e misser Nicolò Baseio, e tutti i altri che son stadi a Napoli et Argos ne pora far bona testemonianza, per la qual chosa a chason che questa tal benivolentia e amor chum effecto se cognosca procieder da sincera carita e fedel amicicia non siando i dicti signori misser Alioto e misser Arna sozeti ni sotoposti ad

Digitized by Google

algun Signor solo per questo amor e carita e fedel amicicia se inclinano humelmente a i pie de la Serenissima Signoria vostra cum Antonello fiolo del dicto misser Alioto supplicando che quela gratiosa e benigna Signoria se degna acceptar lor e suo heriedi per boni fioli adherenti, e rechomandati de la dicta Excelsa Signoria vostra romagnando lor e suo heriedi in el proprio stado, prometando e voiando specialmente e generalmente senza alguna exemption i dicti signori e lor heriedi esser boni e veri amisi de li amisi e inimisi de li inimisi de la prefata illustre e dogal Signoria vostra, e de i suo subditi.

Item che manchando i dicti Signori e suo heriedi che la dicta Isola e terra de Leiena chum tute soe forteze, rason e iurisdition, e tute altre Isole chel dito signor Alioto per fina al presente posiedo, e per l avegnir posedesse tute chum tutte sue rason e chum tuti i homeni se truovano over se truoverano in su quele, debiano senza alguna exception pervegnir ale man e posanza de la dicta Inclita Signoria de Veniesia, salvo el proprio mobele de i dicti Signori misser Alioto, e misser Arna e dei suo heriedi i qual posano e habiano plena liberta lor e suo heriedi de far, ordenar, e despensar tuto quelo che a lor e zascadun de lor parera e piasera.

Item che i diti signori e suo heriedi posano sempre per testemonianza, e fermezza subiection e tutella lor ad ogni bon piaser de la dicta Inclita signoria de levar e mostrar palam la famosissima e potentissima insegna del beatissimo evangelista misser San Marco protector de la dicta Illustrissima Signoria, e dei suo adherenti, e recomandati.

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 97 e 97 t.°).

859.

1425, 29 marcii.

Prorogatus fuit terminus ser Danieli Lauredano olim baiulo Nigropontis veniendi ad consilium cum suis provisionibus.

Consiliarii.

Capta. — Quod vir nobilis ser Daniel Lauredano, qui fuit baiulus, et Capitaneus Nigropontis, ut notum est, fuit valde infirmitate gravatus, nec potuit venire ad hoc consilium pro ponendo provisiones, quas ponere intendit circa illum regimen Nigropontis; Vadit pars, quod prorogetur terminus veniendi cum suis provisionibus ad istud consilium usque per totum mensem Maii proxime venturi, Et si ante venire poterit, veniet.

de parte . . . . . omnes.

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 101 t.°).

Digitized by Google

860.

1425, 29 martii.

Regimen Nigropontis ponat in corporalem possessionem Insularum Parii et Antiparii nuncium domine Marie Sanuto.

Ser Andreas contareno, ser Franciscus Lauredano, ser Daniel Victuri, consiliarii. 5

Capta. — Cum in 1423 die ultimo maii captum fuerit in hoc consilio, quod darentur Egregie domine Marie Sanuto, et suis heredibus Insule Parii, et Antipari, ut in parte super inde capta continetur, Cui parti videtur dominum Iohannem Crispo, et fratres nolle obedire, et literis nostris, que multociens sibi fuerunt scripte, sic quod penitus noluerunt restituere castra dicte Insule Parii in manibus 10 dicte domine Marie, tenentes per vim illa, et facientes illa custodiri nomine sui ad expensas ipsius domine Marie, ut per suas literas constari potest, facientes sibi etiam multas novitates in dictis Insulis, nunciis et procuratoribus, et subditis dicte domine Marie in maximum dannum et preiudicium ipsius domine, que multo tempore hic stetit cum maxima indigentia, sicut omnibus notum est, propter quod dicta 15 domina dominio nostro humiliter supplicari fecit, quatenus dignemur providere super inde, ut dicti fratres amplius non impediant se de dictis Insulis, Et pium et honor nostri sit providere quod intentio nostra super dictis Insulis per dictos fratres penitus observetur ne dicta domina amplius molestetur et destruatur cum tanto suis damnis et jacturis; Vadit pars, quod scribatur, et mandetur Regimini Nigro- 20 pontis quod quando armabitur, et exibit galea Nigropontis, vel quando redibit ad disarmandum, debeat super ea mittere nuncium ipsius domine Marie, quem ipsa ordinabit, et committere supracomito ipsius, quod debeat ipsum nuncium ponere in corporalem possessionem dictarum Insularum nomine ipsius domine Marie, et facere mandatum parte nostri dominii dicto domino Iohanni Crispo et fratribus, 25 quod aliquis eorum nullo modo se impediant, nec aliquid habeant agere, vel dicere in ipsis Insulis, nec de hominibus, qui in eis habitabunt, nec de fortiliciis earum quia penitus intendimus illas esse libere, omni exceptione remota, dicte domine Marie, et heredum suorum, et sic volumus per eos observari debere.

de parte 107 30
de non 12
non sinceri 10

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 103).

Digitized by Google

861.

1425, 31 martii.

Additio soldorum XL data cuilibet ex hominibus qui vadunt cum galea Nigropontis.

Consiliarii.

5 Capta. — Cum juxta informationem habitam subditi, et fideles nostri Nigropontis, euntes cum galea nostra de inde male possint ire cum soldo solito, considerato qualiter curit illa moneta tornesiorum ob quam causam nequeunt se substentare; Vadit pars ut dicti fideles nostri habeant bonam causam eundi cum dicta galea, et ferventioris faciendi honorem nostri dominii, et eorum debitum, quod scribatur et 10 mandetur regimini nostro Nigropontis, quod hominibus, qui vadunt cum dicta galea, videlicet hominibus a remo, ballistariis, naucleriis, et aliis, quibus solvitur ad mensem, dare debeant de cetero soldos quadraginta in mense pro quolibet ultra id quod habent ad presens.

de parte	99
15 de non	2
non sinceri	2

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 103).

862.

1425, 31 martii.

Regimen Nigropontis non faciat seminari foraginem in territoriis existentibus 20 *in burgo, sed illa vendat ad incantum.*

Consiliarii.

Cum baiulus et Capitaneus ac consiliarii nostri Nigropontis duxerint in consuetudine faciendi seminari in teritoriis nostri comunis existentibus in burgo foraginem pro suis equis, sub quibus territoriis si venderentur fabricarentur multe 25 domus in ampliationem et ornamentum dicti burgi, et bonum sit super inde providere; Vadit pars quod mandetur predictis baiulo et capitaneo ac consiliariis, et successoribus suis, quatenus nullo modo debeant de cetero seminari facere in territoriis predictis nostri comunis existentibus in burgo foraginem, Sed debeant ipsa territoria vendere ad publicum incantum per illum modum et formam qua vendun- 30 tur alia territoria nostra dicti burgi.

de parte	omnes alii
de non	7
non sinceri	2

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 104 t.°).

Digitized by Google

863.

1425, die ultimo martii.

Quid commissum fuit Capitaneo generali maris, super facto magazenorum existentium in burgo Mothoni.

Ser Andreas Barbo.

Capta. — Cum alias captum fuerit in hoc consilio, quod scriberetur Castellanis 5 nostris Coroni et Mothoni, et committeretur Capitaneo Culphi Alexandrie et Baruti, quod deberent facere removeri certas gratias magazenorum concessas in burgo Mothoni aliquibus fidelibus, et Civibus nostris de inde, eo quia dicta magazena dicebantur nociva castro et velut bastite, Et propter mandatum factum ipsis castellanis et Capitaneis dictarum galearum datum fuerit principium ruinationi aliquorum 10 magazenorum, Et modo vir nobilis ser Benedictus Dandulo Castellanus noster Coroni et Mothoni scripserit, et etiam habuerimus informationem ab aliquibus aliis nostris nobilibus aliqua magazena, que concessa fuerant a latere Levantis, exeundo a ponte civitatis, et eundo versus portam burgi non esse periculosa, nec in aliquo deformare burgum dicti loci quia distant a muris castri per vargos CL vel circa, 15 Et aliqui cives nostri de inde, qui habent de dictis magazenis a dicto latere etiam comparuerint ad presentiam nostram humiliter supplicantes, quatenus dignaremur sibi concedere, quod illa magazena possint tenere, et illa que ruinata sunt vel discoperta possint refabricare de novo cum non sint aliquo modo periculosa, et maxime quia nunc burgus dicti loci muratus est; Et pium sit cum honestate et 20 tutela dicti loci subvenire dictis nostris fidelibus; Vadit pars quod mandetur Capitaneo nostro generali maris quod quando erit in partibus Mothoni, debeat examinare diligenter illa magazena facta ibidem, que sunt et non sunt periculosa dicto castro, et deliberare, que debebunt remanere, et que debebunt ruinari, et illa que per ipsum deliberabuntur remanere debeant remanere, et illa que delibera- 25 buntur ruinari, debeant subito ruinari, secundum formam et continentiam partis capte super inde, que in omnibus aliis firma remaneat. Verum si aliquis vellet fabricare de novo de dictis magazenis, non permittatur fabricare, nisi habeat specialem licentiam huius consilii, et hec pars addatur in commissionibus Castellanorum Coroni et Mothoni. 30

de parte	omnes alii
de non	13
non sinceri.	2

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 104 t.°).

Digitized by Google

864.

1425, 10 aprilis.

Commissum Castellano Coroni, quod faciat compleri murum burgi Coroni.

Consiliarii.

Capta.—Cum vir nobilis ser Johannes Navaierio, tempore quo fuit ad regimen
5 Coroni inceperit murari facere burgum Sancti Johannis contiguum burgo Coroni, et fieri facere unum murum a Mali usque ad marinam inclusa in eo ecclesia sancti Nicolai, que erat una bastita burgo, et antequam exiverit de ipso regimine factum fuerit tantum ex ipso muro, quod non restat ex ipso nisi circa passus quadraginta in 50, ubi fierit fecit, non valens ipsum murum percompleri facere, unum fossum,
10 pro ipsius burgi securitate, Et sic steterit hucusque, et in eo sint reducti multi ad habitandum, qui diebus decursis dum Teucri intrassent Amoream steterint cum maximo timore, et periculo, Et bonum sit ad ipsorum securitatem providere; Vadit pars, quod mandetur castellano nostro Coroni, quod omni cum celeritate possibili attendere et solicitare debeat de compleri faciendo murum burgi predicti, ut ha-
15 bitantes in illo sint magis salvi, et securi faciendo ipsum murum per eum modum quo fuerint alia laboreria comunis nostri, Et si ipsum compleri facere non posset tempore suo, quod attamen non est credendum, successor suus compleri facere teneatur id quod restabit.

de parte 147

20 facta fuit litera suprascripte
partis Castellano Coroni die 10 aprilis 1425.

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 106).

865.

1425, 3 maii.

Quid scriptum fuit baiulo Corphoi super facto domorum
25 *Iudeorum habitantium ibidem.*

Quod scribatur Baiulo et capitaneo Corphoy et successoribus suis in hac forma:

Ser Thomas Dandulo, ser Matheus Barbaro, ser Nicolaus Michael, ser Hermolaus Donato, sapientes ordinum.

Capta. — Expositum est nuper dominio pro parte universitatis Judeorum Cor-
30 phoi, Quod in adeptione Corphoi facta per nostrum dominium, factum fuit per nostrum dominium quoddam privilegium Comunitati Corphoy in quo continetur

Digitized by Google

unum capitulum, quod omnes cives, et habitatores civitatis nostre Corphoy gauderent suis domibus et possessionibus, etc., propter quod ipsi Judei, qui dicunt et affirmant se esse cives, et habitatores Corphoy, debent gaudere domibus suis, quas habent in Judaicis, que quidem domus etiam sunt sibi refirmate vigore partis capte in consilio rogatorum in 1423, die 26 septembris, que continet, quod Judeis predictis reserventur domus et possessiones, quas habent per scripturas, et privilegia nostra in Judaicis dumtaxat, Unde supplicabant ne aliorum suggestionibus, dictis domibus, quas habent in Judaicis suis intra civitatem et burgum civitatis spoliarentur, quod dignaremur mandare regimini nostro Corphoy, ut nulla novitas, vel molestia sibi fieret, unde predictis auditis Volumus, et fidelitati vestre scribimus et mandamus cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quatenus si videbitis, quod dictum privilegium sibi confirmet domos, et possessiones suas, et dicta pars sibi refirmet suas domos in iudaicis suis dumtaxat, debeatis observare dictam partem, non derogando ipsi privilegio in domibus et possessionibus, quas habent in dictis suis duabus Iudaicis tantum, ut in ipsa parte continetur, Facientes has nostras literas in actis vestri Regiminis ad futurorum memoriam registrari.

de parte. 81
de non 10
non sinceri 2

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 111).

866.

1425, 22 maii.

Commissum regimini Nigropontis, quod permittat omnes illos Albanenses qui voluerint venire ad habitandum in Insulam predictam.

Quod scribatur Regimini Nigropontis in hac forma, videlicet:

Sapientes ordinum.

Capta. — Intellectis literis vestris, quibus nobis significastis, quod certa Capita albanensium ducaminis et diversorum locorum numero familiarum trecentarum intraverunt Insulam et illam volunt habitare, quorum adventus videtur summe placere Comunitati nostre Nigropontis, que etiam super inde nostro dominio scripsit, Intellecto etiam quantum eorum adventus affert comodum et utilitatem dicte Insule, Vobis respondemus cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quod placet nobis, et sic vobis mandamus, quatenus permittatis dictos albanenses et alios albanenses, qui vellent venire ad dictam Insulam, ipsam Insulam habitare, providendo et habendo tamen bonam advertentiam, quod non habitent fortilicia nostra, sed intrare et exire possint ad partem ad partem, et non habitare in eis pro securitate eorum locorum, sed extra persistant, et non inferant damnum subditis nostris,

Digitized by Google

dando etiam sibi sacramentum quod erunt fideles nostro dominio, in cunctis concernentibus comodum et honorem nostrum, Et super his ita provideatis, quod eorum adventus sit proficuus nostro dominio, et fidelibus nostris de inde. Verum quia per easdem literas scribitis Magnificum Antonium de Azaiolis conqueri de eorum adventu ad dictam Insulam, Volumus et vobis mandamus, quod si amplius vobis conqueretur debeatis facere excusationem cum illis melioribus verbis et modis, que vobis videbuntur.

de parte	117
de non	13
non sinceri.	19

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 115).

867.

1425, 23 maii.

Quid mandatum fuit Regimini Crete super provisione fienda ad reparationem portus Mothoni.

Quod scribatur duche et consiliariis Crete in hac forma, videlicet:

Consiliarii.

Quia portus loci nostri Mothoni in dies atteratur quod redundat ad maximum incomodum navigiorum nostrorum, que recipiebant optimum commodum in ipso portu, Quamobrem opus est nobis, ut sue reparationi omnino provideatur, Ideo volentes super inde providere, et intelligentes de sufficientia cuiusdam ingeniarii Candide, qui est optime expertus in huiusmodi reparationibus, et multa habet ingenia ad eas reparationes perficiendas, Fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus efficaciter et mandamus, quatenus sine dilatione dictum nostrum ingeniarium mittere debeatis Mothonum, et sibi mandare, quod esse debeat cum Castellanis nostris Coroni et Mothoni, et examinare, bene et diligenter condictionem dicti portus, et ea que erunt neccessaria pro reparatione sua, et si videbit, quod pro aptando dictum portum illa ingenia que habet Candide pro portu Candide essent utilia, debeat redire Candidam ad accipiendum illa ingenia, et ponere se in ordine, et postmodum redire Mothonum ad faciendum reparationes et laboreria ipsius portus. Si autem videretur, quod dicta ingenia non essent sufficientia, debeat cum castellanis nostris de rebus opportunis providere de inde, vel nobis rescribere, que res erunt sibi necessarie, quia illas subito de hinc mitti faciemus.

de parte.	omnes alii
de non	0
non sinceri . . .	1

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 116).

Digitized by Google

868.

1425, 23 maii.

Ematur per patronos Arsenatus unum maranum pro portando lapides pro fortificatione moli Mothoni.

Ser Andreas Barbo, ser Matheus Barbaro, ser Nicolaus Michael, ser Hermolaus Donato. sapientes ordinum. 5

Capta. — Cum castellani nostri Coroni et Mothoni pluries scripserint dominio nostro de alteratione portus nostri Mothoni, et districtus moli nostri de inde, qui non potest reparari nisi habeatur unus maranus; Vadit pars, quod autoritate istius consilii mandetur patronis nostris arsenatus quod emere debeant unum maranum habile et commodum ad ferrendum lapides pro fortificatione et reparatione ipsius 10 molli expondendo illam quam minorem quantitatem pecunie poterunt, que pecunia solvi debeat per nostrum comune.

de parte 90
de non 1
non sinceri 0 15

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 116).

869.

1425, 23 maii.

Mittantur Mothonum ballistarii L, et cassentur tot de aliis inutilibus que sunt de inde.

Sapientes ordinum. 20

Capta. — Quia castellanus noster Mothoni nobis scripsit, quod aliqui pedites seu balistarii, qui sunt ibidem non sunt apti nec sufficientes ad custodiam ipsius loci, unde petebat mitti de inde usque quinquaginta ballistarios; Vadit pars quod solidari debeant de hinc, et mitti Mothonum balistarii quinquaginta cum illo soldo, quod videbitur collegio, et mandari debeat Castellano nostro Mothoni, quod appli- 25 catis ipsis quinquaginta ballistariis debeat cassare tot alios, qui sibi videbuntur inutiles, non cassando tamen illos, qui essent ballistarii per gratiam nostram habitam a nostro majori consilio.

de parte . . . . . omnes

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 116). 30

Digitized by Google

870.

1425, 23 maii.

Mandatum Regimini Crete a Rectoribus Canee et Rethimi, quod mittant Castellanis Coroni et Mothoni denarios ibi notatos.

Sapientes ordinum.

5 Capta. — Cum castellani nostri Coroni et Mothoni scripserint dominio nostro de extrema neccessitate pecunie, quam habent yperperorum, quod supplicaverunt ut dignaremur super inde providere; Vadit pars, quod autoritate istius consilii mandetur Regimini nostro Crete, quod sub pena ducatorum quingentorum pro quolibet eorum, aut de pecunia camere nostre Crete aut per viam Iudeorum, aut 10 per aliam viam infalanter, et sine dilatione, mittere debeat yperpera quatuormilia Castellanis nostris Coroni et Mothoni, Que quidem pena ex nunc commissa sit Advocatoribus nostri Comunis habentibus partem, ut de aliis penis sui officii.

Et similiter mandetur Rectori Canee, quod mittat yperpera triamillia Rectori Rethimi, yperpera duomillia per modum et sub pena predicta.

15 de parte . . . . . omnes.

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 116).

871.

1425, 23 maii.

Quid commissum fuit Baiulo Corphoy super facto rusticorum et habitatorum Baronie condam comitis Martini.

20 Ser Robertus Mauroceno, consiliarius.

Capta. — Cumzosia chel sia comparso a la presentia de la nostra Signoria Papa Filippo Vrachno de Corfu, exponando humelmente per parte dei vilani, et habitadori de la baronia nostra che fo del conte Martin, digando che per le greve angarie personal e pecunial, a le qual i dicti sono stati sforzadi a pagar et far per 25 le antiguissime usanze, nel tempo che i erano molta zente, et possenti. A le qual per muodo algun i non sono possenti de pagar ni far al presente per la soa extrema povertade, Et etiamdio per che de homeni C.° ehe iera in quela baronia per caxon de le dicte angarie de sono scampadi la mazor parte e se romasi cercha XXV, i qual non sono possenti a fare le dicte angarie, che se soleva far per C.°, E sel non 30 se provede ancora questi altri che resta se partirano, che sera del tutto cason de la ruina e desabitation de quela baronia che seria gran damno de Comun. E pero Andara parte chel sia scrito e comandado al nostro baiulo e Capitano de Corfu, como fo comesso altre volte a ser Domenego Contarini in quela fiada Baiulo de

Digitized by Google

Corfu, ma non fo observado, se no in suo tempo, che debia examinar le angarie a le qual son tegnudi i dicti vilani e le loro condicion, E siando i dicti agravadi ultra el poder e la sua condicion i debia reconzar a quello a lui parera sia possibile a far e pagar, Si che i non habia caxon de abandonar la dicta baronia. E se per questo conzar alguna affictation de la dicta baronia fosse sta facta Si che la condizion de l afitation vignisse ad esser pizorada per questo, che i la debia chonzar, chomo sia zusto, si per la parte de comun chomo de special persone, Fugando notar dentro i suo catastichi quelo i avera fato.

Facta fuit littera suprascripte partis die 24 maii 1425.

de parte	omnes alii	
de non	0	
non sinceri	2	

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 116 t.°).

872.

1425, 2 junii.

Elongetur salvusconductus domino duci Egeopelagi et fratribus per totum mensem Junii.

Ser Johannes Navaierio, ser Marcus Dandulo, consiliarii.

Capta. — Cum alias factus fuerit salvus conductus domino duci Egeopelagi et fratribus possendi venire Venetias, et dictus salvus conductus expiraverit; Vadit pars, Quod salvus conductus predictus elongetur dicto domino duci Egeopelagi et fratribus, usque per totum mensem presentem, cum omnibus aliis condicionibus contentis in salvo conductu predicto.

de parte	omnes alii	
de non	5	
non sinceri	0	

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 120 t.°.)

873.

1425, 4 junii.

Elevetur super galeis Culfi in reditu suo Venetias dominus duca Egeopelagi.

Consiliarii omnes.

Capta. — Quod autoritate huius consilii mandetur viro nobili ser Fantino Michael Capitaneo generali maris, quod quando cum Dei gratia erit venturus Vetias ad disarmandum, elevari facere debeat super galeis sibi commissis Magnificum

Digitized by Google

dominum ducam Egeopelagi cum numero usque viginti personarum de sua societate et familia penes se, et ipsos conducere Venetias ut possit ad conspectum nostri dominii se conferre, Et ex nunc captum sit, Quod eidem domino duche elongetur terminus salvi conductus possendi cum dictis galeis venire Venetias, et stare Venetias, postquam applicuerit, per sex menses.

de parte 117
de non 11
non sinceri. 4

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 123 t.°).

874.

1425, 9 junii.

Fiat unus maranus in loco ubi facta fuit una de duabus navibus, pro mittendo ipsum Mothonum.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum pridie captum fuerit in hoc consilio, quod patroni nostri arsenatus deberent emere unum maranum pro mittendo Mothonum, Et sicut relatum est dominio nostro, dictus maranus inveniri non potest, nisi cum maximo, et incovenienti precio, Et pur necessarium sit providere, de mittendo unum maranum Mothonum; Vadit pars, quod mandetur patronis nostri arsenatus, quod debeant in loco ubi facta fuit una ex navibus nostri comunis fieri facere unum maranum sufficientem pro dicto loco Mothoni de lignaminibus nostri comunis, sed illum debeant prius incantare, et deliberare illi qui voluerit minus precium pro faciendo illum, ut comune nostrum habeat illam quam minorem expensam fieri poterit, limitando illi, qui accipiet ad faciendum dictum maranum, illum terminum qui rationabilis ipsis patronis videbitur.

de parte. 85
de non 17
non sinceri 0

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 125).

875.

1425, 12 julii.

Electio duorum Sindicorum iturorum ad partes Romanie et Crete modis et conditionibus ibi notatis.

Dominus et omnes consiliarii.

Capta. — Cum dominatio nostra semper de tempore in tempus providerit, tum respectu Dei et justicie;, tum honoris et boni status nostri de mittendo ad partes et

Digitized by Google

loca nostra Levantis, suos solennes Sindicos, pro contentamento nostrorum fidelium et subditorum, ut indebite non molestentur, neque graventur per Rectores nostros, Et sit non solum bonum et utile, sed sume neccessarium mittere de presenti sindicos nostros, maxime ad partes infrascriptas; Vadit pars, Quod in bona gratia eligi debeant per scruptinium in hoc consilio rogatorum duo Solennes Sindici, qui possint accipi de omni loco et officio, ut de judicatu petitionum, et de auditoribus sentenciarum, respondeant infra tertiam diem, Et ire debeant cum galeis nostris ponendis de novo pro viagiis Alexandrie et Baruti, Et vadant primo in Cretam ad sindicatum Rectorum qui fuerunt in dicta Insula et familiarum suarum, et faciant fieri cridas secundum usum, habendo libertatem etiam per inquisitionem inquirendi contra predictos, secundum formam antique commissionis sindicalis in criminalibus tantum prout possunt nostri advocatores communis, in rebus in quibus se possent intromittere advocatores comunis, non se impediendo de aliis ullo modo, et possint stare in dicta Insula ad exequendum predicta diebus vigintiocto in totum, non computatis diebus accessus et recessus, Et ad dictum terminum teneatur regimen nostrum Crete, et sic ei mandetur autoritate huius consilii, facere dictos Sindicos conduci Coronum cum una galeota armata in quo loco Coroni et Mothoni debeant dicti Sindici similiter facere officium suum, contra rectores qui ibi fuissent, et familias suas per modum suprascriptum, stando in dictis duobus locis diebus decem in totum non computatis diebus accessus et recessus, et de Mothono recedere debeant cum aliquo sufficienti pasagio et venire Corphoy, et ibi facere suum officium, et audire omnes volentes conqueri et gravari de rectoribus qui fuerunt in dicto loco et de familiis suis, prout de aliis superius dictum est, et expediti de inde ascendere debeant super ultima armatarum nostrarum, et venire Venetias, Habere debeant dicti Sindici a nostro comuni hic Venetiis ducatos trecentos pro quolibet pro sindicatu et ultra hoc de penis seu condemnationibus illorum, quos convincerent, velut advocatores comunis, illam partem, quam haberent advocatores comunis si per eos placitati fuissent, et non possint reffutare sub pena ducatorum ducentorum, debeant ducere secum duos famulos pro quolibet, unum notarium cum uno famulo, et unum Cochum, possendo expendere ducatos duos auri in die in omnibus expensis, non computatis nabulis navigiorum et agociis equorum, Et non possit aliquis qui fuerit Rector, Capitaneus, vel officialis in aliquo dictorum locorum ab annis decem citra, et similiter cuius pater, filius, ser frater fuerit in aliquo dictorum locorum, eligi ad sindicatum predictum, Et habeant terminum dicti Sindici ad expediendum ea omnia, que intromiserint in consiliis ordinatis de anno uno, infra quem non possint eligi ad aliquod regimen nec ad aliquam alia rem, habendo suprascriptam libertatem de sindicando Rectores, et alios de familia sua de annis decem preteritis.

Remanserunt Sindici.

Ser Michael Duodo quondam ser Jacobi
Ser Bertuzius Faledro major.

de parte 109
de non 1
non sinceri 0

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 137).

Digitized by Google

876.

1425, 19 julii.

Captum de mittendo Mothonum duas galeas grossas pro causa ibi notata, super quibus ascendant zurme duarum galearum Culphi mittendarum illuc per Capitaneum generalem maris.

5 Dominus Dux.

Capta. — Vult quod non ponantur ad ratam pro nunc alique galee, que armentur per speciales personas, Sed mittantur due galee grosse Mothonum et quando videbitur huic mandetur Capitaneo generali maris, quod mittere debeat duas ex galeis Culphi qui sibi videbuntur Mothonum, quarum Supracomiti et zurme 10 ascendere debeant super dictis duabus galeis grossis et ire ad levandum mercationes et res, que essent in Candida, Mothono et Corphoy, venientibus nabulis earum in nostrum comune et cum aliis modis qui videbuntur huic consilio.

de parte 71

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 147).

877.

15 1425, 19 augusti.

Velitum posse portare Coronum, et Mothonum, et ad alia loca ibi notata pannos forenses etc.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum dominatio nostra fecerit multas provisiones et multos ordines 20 ad obstandum ne panni forinseci conducantur ad Insulam nostram Crete, Corphoum, Nigropontem, Mothonum et Coronum, Et tamen dicte provisiones et ordines non vivant, quoniam dietim conducuntur de pannis forinsecis in grave damnum Civium et mercatorum nostrorum, qui non possunt costizare cum illis, qui conducunt dictos pannos forenses, Et non solum utile, sed neccessarium sit salubriter 25 providere super inde; Vadit pars, quod de cetero sit ordinatum quod ad dicta loca nostra nullo modo, forma, vel ingenio conduci possint aliqui panni forenses, exceptis tamen illis, qui secundum ordines nostros conducerentur per viam Venetiarum, sub pena amittendi huiusmodi pannos contra ordinem presentem sic conductos, et ulterius tam conductores venditores, quam emptores debeant solvere quinquaginta 30 pro centenario, Que quidem pena committatur exigenda, et executioni mittenda Rectoribus et officialibus dictorum locorum qui inquirere et procedere debeant

Digitized by Google

contra tales contrafacientes, habentes medietatem dicte pene, et alia medietas sit nostri comunis, et si fuerit accusator, pena dividatur per tercium, Quod si non facerent, et accusati fuerint Advocatoribus comunis quibus etiam hec committantur, debeant solvere quinquaginta pro Centenario dictis advocatoribus qui dividant ut de aliis penis sui officii, de quibus omnibus penis vel aliqua earum non possit fieri aliqua gratia, donum, remissio, recompensacio, vel aliqua declaratio, sub penis et stricturis contentis in parte nova contrabannorum, Exceptando ab hac structura pannos, qui per nostrates mitterentur ad partes Levantis et per transitum conducerentur in Candidam, Et in hoc casu sub omnibus dictis penis et stricturis huiusmodi panni, debeant presentari Regimini Crete, et sub eius clavibus conservari, donec extrahentur de Candida pro portando ad partes Levantis, Qui quidem panni non possint ullo modo in Candida nec in aliqua parte Insule Crete vendi nec alienari sub penis et stricturis omnibus predictis, Et hec pars publicetur in illis locis, ut omnibus nota sit.

de parte	omnes alii
de non	6
non sinceri	2

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 155 t.°).

878.

1425, 20 augusti.

Eligatur unus provisor Nigropontis cum conditionibus ibi notatis.

Ser Marcus da Molino, ser Marcus Dandulo, ser Petrus Lauredano, ser Paulus Corario, sapientes consilii, ser Thomas Dandulo, ser Andreas Barbo, ser Nicolaus Michael, ser Hermolaus Donato, sapientes ordinum.

Capta. — Cum sit neccessarium providere de regimine nostro Nigropontis propter mortem nobilis viri ser Donati Arimondo olim baiuli et Capitanei Nigropontis; Vadit pars, quod eligi debeat in maiori consilio per quatuor manus electionum unus provisor Nigropontis, qui teneatur respondere die qua remansit vel altera ad tercias, Et habeat pro primis sex mensibus ducatos quadringentos, tenendo suis salario et expensis quatuor famulos, et duos notarios, et duos socios cavalerios, et habeat passagium a nostro dominio, et teneatur recedere cum galeis nostris Baruti, et Alexandrie, et ire Mothonum et de Mothono cum una galeota ibi armanda ad expensas nostri dominii, vadat Nigropontem, Et incipiant dicti sex menses provisorie predicte, die qua recedet de Venetiis, Si vero velet retinere secum notarios, qui de inde sunt, et similiter cavalerios, hoc sit in libertate sua, et cum applicuerit Nigropontem exercere debeat Regimen Nigropontis cum commissione baiuli et Capitanei Nigropontis; completis autem dictis sex mensibus remanere debeat baiulus et Capitaneus Nigropontis, et completis autem dictis sex mensibus remanere debeat baiulus et Capitaneus Nigropontis *(sic)* per duos annos cum salario et conditionibus contentis in commissione baiuli et Capitanei Nigropontis.

Digitized by Google

Et teneatur ire cum dictis galeis Baruti et Alexandrie sub pena ducatorum ducentorum et perdat regimen, et non possit refutari postquam acceptaverit sub pena ducatorum ducentorum, quam exigant advocatores comunis, habentibus partem ut de aliis sui officii, Et non possit dictus terminus elongari sub pena duca-
5 torum quingentorum pro quolibet ponente partem, vel faciente gratiam in contrarium.

de parte	112
de non	2
non sinceri	1

10 (Reg.° 55, 1424-1425, c. 156).

879.

1425, 20 augusti.

Quod concedatur uxori et filiis ser Donati Arimondo olim baiuli et Capitanei Nigropontis, quod cum illa galeota cum qua ibit Nigropontem provisor noster vel cum aliis nostris galeis que de inde venirent Mothonum cum personis possint con-
15 duci Mothonum sine aliquo nabulo.

de parte	omnes alii
de non	3
non sinceri	1

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 156).

880.

20 1422, 26 augusti.

Elongetur terminus ser Danieli Lauredano olim baiulo Nigropontis veniendi consilium cum suis provisionibus.

Consiliarii.

Capta. — Quod prorogetur terminus viro nobili ser Danieli Lauredano, qui
25 fuit baiulus et Capitaneus Nigropontis veniendi ad hoc consilium cum suis provisionibus per totum mensem decembris, quia complet eius terminum per totum presentem mensem.

de parte	omnes alii
de non	1
30 non sinceri	0

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 156 t.°).

Digitized by Google

881.

1420, 23 augusti.

Exceptentur a prohibitione suprascripta pannorum forinsecorum, illi panni forinseci, qui per nostrates conducentur Mothonum et Corphoy per transitum.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum pridie captum fuerit in hoc consilio, quod nullo modo possint conduci panni forinseci ad Insulas nostras Crete, Nigropontis, Corpboy, et Mothonum et Coronum, sub penis et stricturis contentis in parte super inde capta, exceptando ab illis stricturis pannos qui mitterentur per nostrates ad partes Levantis, et per transitum conducerentur in Candidam, etc, ut in dicta parte continetur, et in ea parte non exceptentur panni forinseci, qui per transitum conducentur Corphoum et Mothonum pro portando ad partes Levantis; Vadit pars, quod addetur dicte parti, quod exceptentur etiam ab eius penis, et stricturis illi panni forinseci, qui per nostrates per transitum conducerentur Corphoum et Mothonum pro portando ad partes Levantis, Et in hoc casu sub omnibus penis, et stricturis contentis in dicta parte, dicti panni debeant presentari Rectoribus dictorum locorum, et sub eorum clavibus conservari, donec extrahentur de dictis locis pro portando ad partes Levantis, Qui quidem panni non possint ullo modo in dictis locis vendi, nec alienari sub penis et stricturis omnibus predictis.

de parte 108

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 157 t.°).

882.

1425, 3 septembris.

Regimen Corphoy debeat incantari facere datium vini forinseci, et deliberare plus offerenti.

Ser Robertus Mauroceno, Johannes Navaierio, consiliarii.

Capta. — Cum datium vini forinseci quod conducitur Corphoum, et solvit pro discaricando, exigatur per nostrum Regimen Corphoy pro nostro comuni, Et utile esset pro nostro comuni si incantaretur datium predictum singulo anno et daretur specialibus personis; Vadit pars, quod pro omni bona causa committatur Regimini nostro Corphoy, quod dacium predictum debeat incantari et ponere ad publicum incantum, deliberando illud illi, qui plus offeret, et avantaziando nostrum comune, quantum plus facere poterit.

de parte . . . . . omnes

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 160).

Digitized by Google

883.

1425, 3 septembris.

Quid commissum fuit ser Zacharie Trivisano, ut exequi debeat in Rodo circa facta Clarii de Arcangelis.

Ser Leonardus Mocenigo procurator, ser Antonius Contareno procurator, ser Marcus de Molino, ser Marcus Dandulo, ser Petrus Lauredano, ser Paulus Corrario, sapientes consilii.

Capta.— Cum sicut est manifestum, multi nostri cives habere debeant a Clario de Archangelis vigore concordii facti super hoc pro causa omnibus satis nota, bonam denariorum summam qui cives nostri ducuntur in longum et ad debitam satisfactionem pervenire non possunt et justum et debitum sit pro honore nostre dominationis, et pro bono ipsorum nostrorum civium debite providere super inde; Vadit pars, quod mandetur nobili viro ser Zacharie Trivisano ituro Consuli nostro Damasci, quod quando applicuerit Rodum, mittere debeat pro nobili viro ser Albano Mauroceno ibi existente, et ab eo scire et informari de causa, propter quam non datur nostris civibus id quod ipsi habere debent a Clario predicto de Archangelis vigore concordii supradicti, Et si predictus ser Zacharias habebit informationem ab eodem ser Albano hoc procedere ex defectu Magni magistri Rodi, eo casu descendere debeat in terram, et ire ad presentiam dicti Magni magistri cum nostris literis credulitatis, cui presentatis ipsis literis et facta debita et convenienti salutatione, et oblatione parte nostre dominationis, exponere debeat quod, sicut sua Reverendissima Paternitas scire potest, Clarius de Archangelis est debitor multorum nostrorum civium pro causa sibi nota in bona denariorum summa, quibus civibus nostris satisfacere tenetur iuxta formam concordii, cellebrati super inde, et confirmati ibidem per nobilem virum ser Bartholomeum Storlato ad presens consulem nostrum Damasci, Et quia dominium nostrum est informatum, quod ipsi nostri cives ducuntur in longum nec fit illis debita satisfactio sicut debet, non modicam admirationem habuit, attento maxime quod sicut sue Reverendissime paternitati est notissimum, nos pluries scripsimus eidem super dicta materia, diximus etiam oretenus ambaxiatoribus suis, qui fuerunt ad presentiam nostram de satisfactione predicta, et demum ipsa sua Reverendissima Paternitas et ambassiatores sui nomine suo promiserunt tenere modum, et providere cum effectu quod satisfieret civibus nostris prelibatis, Et nunc videntes oppositum, deliberavimus mittere illum ad presentiam ipsius Magni magistri pro causa antedicta, ad rogandum suam Reverendissimam Paternitatem, quod eidem placeat tenere modum et efficaciter providere, quod satisfiat civibus nostris cum effectu, et non cum verbis iuxta formam concordii supradicti, Cogendo ad hoc tam ipsum Clarium, quam eius fideiussores per modum, quod ipsi cives nostri non ducantur amplius in longum, sicut hactenus ducti sunt, Et ad obtinendum hanc nostram intentionem instare debeat idem ser

Digitized by Google

Zacharias penes ipsum magistrum magnum cum illis verbis et modis, qui et que sue sapientie videbuntur utiles et necessarii, quam si poterit obtinere bene quidem, quando autem facta omni experientia et instantia possibili ipse ser Zacharias videret ipsum magnum magistrum pertinacem in nolendo cum effectu providere ad satisfactionem faciendam nostris civibus, dicere debeat eidem, quod nostra dominatio disposita cives suos non derelinquere ymo subvenire, et presertim in tam, justissima et honestissima re, providebit ad debitam satisfactionem civium suorum per illos modos, qui erunt rationabiles atque justi, Et descendendo in terram, ut prefertur committere debeat idem ser Zacharias patronis galearum, quod nullo modo descendere debeant ibi in terram, nec permittere descendere zurmas ipsarum galearum nostrarum.

Si vero per informationem quam ipse ser Zacharias habebit ab eodem ser Albano Mauroceno videret predictum magnum magistrum non esse in deffectu, nec pro eo defficere, qui fiat debita satisfactio in hoc casu non descendat in terram sed prosequatur viagium suum.

de parte 94
de non 0
non sinceri 2

(Reg. 55, 1424-1425, c. 160 t °).

884.

1425, 3 septembris.

Quid scriptum et commissum fuit Castellanis Coroni et Mothoni super facto mercationum conductarum illuc de partibus Sirie et Egipti, que conduci debent Venetias.

Quod scribatur Castellano Coroni et Mothoni in hac forma, videlicet:

Ser Thomas Dandulo, ser Andreas Barbo, sapientes ordinum.

Capta. — Volentes providere ut mercationes, que conducte sunt de partibus Sirie, et Aegipti Mothonum conducantur Venetias, providimus illuc mittere unam galeam grossam et pro conducendis aliis mercationibus, que sunt in Candida unam aliam galeam, et ordinavimus Capitaneo nostro generali maris, ut mittere debeat Mothonum unam ex galeis nostris subtilibus de Venetiis ad reperiendum dictam nostram galeam, quam illuc mittimus, super quam quidem galeam grossam ascendere debeat Supracomitus galee subtilis predicte cum zurmis suis et ibi esse vobiscum et sentire si in Candida esset plus quam carricum unius galee, debeat ire in Candidam, priusquam carricet in Mothono, et ibi carricare totum quod superhabundaret ab altera galea, que ibit in Candidam et expeditus de Candida, debeat venire Mothonum, et ibi carricare omnes species et mercationes dictarum partium

Digitized by Google

Sirie et Egipti, cum quibus et altera galea, que redibit de Candida venire debeat Corphoum ad carricandum alias mercationes dictarum partium, que erunt in Corphoy cum quibus postea venire debeat Venetias. Si vero dictus Supracomitus sentiret iu Mothono non esse plusquam carricum unius galee, non debeat ullo modo discedere de Mothono, donec altera galea illuc applicuerit, et ibi carricari omnes mercationes dictarum partium, que erunt in Mothono et postea dicte due galee in societate venire debeant Corphoum, et ibi carricare sicut superius dictum est, et postmodum venire Venetias ad disarmandum, Quare nunc Fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quatenus, sicut dictum est, observetis et faciatis inviolabiliter observari, Et ut contrabanna non committantur in damnum et preiudicium nostri comunis, volumus et vobis efficaciter mandamus cum dictis nostris consiliis, quatenus scribi faciatis particulariter et distincte omnes mercationes que carricabuntur, et quantitatem et qualitatem earum mercationum, et quorum erunt, et nos ut dictum est ad plenum informare debeatis, ut de hinc diligenter perquiri faciamus, si contrabanna erunt commissa. Ceterum vobis mandamus quod mandare debeatis Supracomitis dictarum galearum, quod sub pena ducatorum quingentorum pro quolibet eorum in suis propriis bonis, et pro quolibet officialium dictarum galearum ducatorum exigendorum per officiales nostros contrabannorum non debeant ullo modo carricare nec permittere carricari aliquid in staciis cohoperte, nec subtus cohopertam, nisi dicte galee habuerint suum caricum, et ulterius quidquid carricatum fuerit sit amissum, Et in omnibus predictis bonam diligentiam ita adhibeatis, quod intentioni nostre prescripte nullatenus contrafiat. ⌈⌈ Ceterum vobis mandamus, quod illam galeam subtilem que veniet Mothonum, cujus zurma et Supracomitus ascendet super dictam galeam grossam, in Candidam ad Navarescam mittere debeatis.

Similis ser Marco Michael baiulo Corphoy ad ⌈⌈, et aliqualiter mutatis mutandis.

de parte	80
de non	0
non sinceri	1

(Reg.° 55, 1424-1425, c 161 t.°).

885.

1425, 3 septembris.

Detur libertas ser Antonio Michiel ituro provisori Nigropontis possendi sibi solvi de inde de eo quod habere debet.

Consiliarii.

Capta. — Cum vir nobilis ser Antonius Michiel iturus de nostro mandato provisor et baiulus ac Capitaneus Nigropontis, habere debeat pro provisoria du-

Digitized by Google

catos 400 auri, et quia propter indigentiam denariorum illos de hinc habere non potest, et similiter habere non potest libras 41, 13, 7, 7, qui denarii pro baiulatu Nigropontis habere solent baiuli, que solutio solent hic Venetiis habere; Vadit pars, quod detur libertas ser Antonio, et committatur consiliariis Nigropontis, quod ipse ser Antonius de inde possit sibi solvi de pecunia dicte camere ad ducatos auri seu ad valorem ipsorum, secundum quod valet ducatus deinde usque ad quantitatem denariorum supradictorum.

de parte 91
de non 1
non sinceri 0

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 160).

886.

1425, 13 novembris.

Quid commissum fuit Baiulo Corphoy super refectione cuiusdam muri, et aptatione unius turris, accipiendo pecuniam necessariam de datio vini a spina, et mandetur comiti Catari, quod pecuniam perceptam de sale Corphoy misso illuc mittat Corphoy, pro dicta causa.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum pro casibus occurrentibus, quos Deus advertat, sit necessarium providere ad securitatem civitatis nostre Corphoy, et per ea que habuimus a viro nobili ser Marco Miani, nuper baiulo et Capitaneo ab inde profecto, necessarium sit reficere unum murum, qui partim ruinatum est et partim minatur ruinam a parte austri passuum circa centum, et reparare fossum Corphoy, per modum quod aqua possit intrare, et etiam sit neccessarium facere alias provisiones pro securitate dicti loci; Vadit pars, quod scribatur auctoritati huius Consilii baiulo et Capitaneo nostro Corphoy, quod debeat facere refici et fieri dictum murum, et fodi dictum fossum per modum, quod aqua in ipsum intrare possit, faciendo fodi illud fossum cum securitate et fortitudine murorum dicti loci, sic quod non possint ruinari, Et quia Camerlengaria et Cancelaria sunt magis alte quam murus dicti loci, quod non est bonum propter multos bonos respectus, mandetur dicto baiulo, quod ipsam Camerlengariam et Cancellariam faciat ita cassari quod nullo modo sint altiores muro, sed sint equales lobie dicti loci.

Preterea quia turris, que est oppositum lobie, est male in ordine, mandetur dicto baiulo, quod faciat fieri scallas et beltrescas, et alia ibidem necessaria, et facere pontem ipsius turris qui sit levatorius pro meliori securitate ipsius turris.

Et ut melius dictus baiulus et capitaneus possit facere dicta laboreria, ex nunc dictus baiulus possit accipere de pecunia datii vini a spina dicti loci, et si non posset habere tantam pecuniam de dicto datio, debeat accipere ad mutuum a judeis

Digitized by Google

de inde quibus obligetur et satisfiat postmodum de pecunia dicti datii, Et mandetur Comiti nostro Catari quod totam pecuniam de qua est debitrix camera nostra Catari pro sale misso illuc de Corphoy mittere debeat Corphoum sine aliqua dilatione, ut melius possint fieri laboreria et reparationes predicte.

5 de parte . . . . . omnes alii
de non 4
non sinceri 1

(Reg.° 55, 1424-1425, c. 173).

887.

1425, 30 novembris.

10 *Mandatum Baiulo et Capitaneo Corphoy et successoribus suis, quod non permittat edificari, neque sacrari aliquam ecclesiam presbiterorum Caloierorum, sub pena ducatorum mille, que exigatur ut ibi.*

Ser Nicolaus de Molino, ser Petrus Bembo, ser Antonius Gradonico, sapientes ordinum.

15 Capta. — Cum in civitate nostra et Insula Corphoy sint multi presbiteri Caloieri, qui querunt quotidie multiplicare ecclesias suas in maximum damnum et preiudicium fidei catolice, Et per ea, que habentur, nisi provideatur dicti presbiteri possent subvertere omnes latinos dicte Insule, propter quod bonum et utile est providere super inde; Vadit pars, quod mandetur baiulo et Capitaneo nostro Cor-
20 phoy et successoribus suis, quod amplius et de cetero non debeant in civitate nec Insula Corphoy permittere hedificari, nec sacrari aliquam eorum presbiterorum ecclesiam, sub pena ducatorum mille pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice, que pena committatur exigenda advocatoribus nostri comunis, et de ea non possit fieri aliqua gratia, donum, remissio, recompensatio, vel aliqua declaratio sub pena
25 predicta, et sic procedatur de pena in penam usque in infinitum, Et ponatur presens pars in commissione baiuli nostri Corphoy.

de parte 78
de non 2
non sinceri 1

30 (Reg.° 55, 1424-1425, c. 174 t.°).

Digitized by Google

888.

1426, 18 martii.

Captum de mittendo unam galeam Corphoy, ut ibi armari possit, si videbitur fore necesse.

Dominus, ser Bulgarus Victuri consiliarius, ser Daniel Victuri, sapiens terrarum de novo acquisitarum. 5

Capta. — Cum propter nova Catellanorum et ob alios respectus utile et bonum sit habere aliquas galeas armatas pro conservatione et tutela locorum et navigiorum nostrorum, propter ea que in presenti occurrunt; Vadit pars quod in bona gratia eligi debeat, in maiori consilio per quatuor manus electionum Capitaneos Culphi cum salario et conditionibus solitis Capitaneis Culphi, Et similiter eligantur 10 duo Supracomiti per quatuor manus electionum in maiori consilio cum salario et conditionibus supracomitorum, qui fuerunt anno elapso, Et hic pro dicto Capitaneo et Supracomitis armari debeant galee tres, Et possint eligi ad capitaneatum et Supracomitariam predictam de illis qui fuerunt anno elapso, considerato quod sumus in guera. 15

Item mitti debeat una galea subtilis Corphoi ut possit armari in Corphoi si videbitur fore neccesse.

de parte. 80

(Reg.° 56, 1426-1428, c 2 t.°).

889.

1426, 6 maii. 20

Mandatum Baiulo et Capitaneo Corphoy, quod mittat Catarum de sale, non obstante quod Comes Catari non mittat pecuniam.

Ser Hermolaus Donato, sapiens ordinum.

Capta. — Cum Comes noster Catari scripserit, quod baiulus noster Corphoy amplius non vult sibi mittere de sale nisi habeat pecuniam, et impossile sit dicto 25 Comiti posse mittere pecuniam Corphoum propter expensas quas habet in eo loco Catari, sicut nobis scripsit; Vadit pars, quod mandetur baiulo nostro Corphoi, quod non obstante, quod Comes noster Catari non mitteret sibi pecuniam quam extraheret de sale qui mitteretur de Corphoy, debeat nichilominus mittere Catarum de sale predicto de tempore in tempus, sicut Comes Catari requisiverit, tenendo com- 30

Digitized by Google

putum dicti salis, qui mittetur per eum baiulum Catarum, quem computum mittere debeat officialibus nostris rationum.

de parte . . . . . omnes alii
de non 3
5 non sinceri. 0

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 11 t.°).

890.

1426, 16 maii.

Captum de dando unam galeam domino duce Egeopelagi fulcitam remigio et aliis necessariis.

10 Ser Marcus Justiniano, ser Benedictus Aimo, consiliarii.

Capta. — Cum galea, quam habebat Magnificus dominus et duca Egeopelagi combusta sit, et bonum sit providere, quod non stet absque galea, quia reputari potest, quod habendo ipsum ducham unam galeam, nos habeamus ibi unam ex nostris galeis continue paratam ad omnia opportuna; Vadit pars, quod eidem domino 15 duche detur una ex galeis subtilibus nostri arsenatus, fulcita remigio, et aliis suis corredis, quam galeam idem ducha solvere teneatur in annis quinque proximis, videlicet omni anno quintam partem, sicut pro parte sua nostro dominio supplicatum est.

de parte. 82
20 de non 3
non sinceri 3

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 12).

891.

1426, 16 maii.

Mandatum ser Marco Geno potestati et capilaneo Neapolis Romanie, quod mit-
25 *tere debeat Mothonum galeam armatam, ad levandum ser Bernardum da Musto successorem suum.*

Ser Marcus Justiniano, ser Jacobus de Pesaro, ser Benedictus Aimo, ser Paulus Truno, consiliarii.

Capta. — Quod mandetur viro nobili ser Marcus Zeno Potestati et Capitaneo 30 nostro Neapolis Romanie, quod mittere debeat Mothonum galeam armatam Neapolis Romanie secundum usum ad levandum virum nobilem ser Bernardum de Musto successorem suum, sicut pluribus aliis concessum fuit per elapsum.

de parte. 75
de non 4
35 non sinceri 3

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 12 t.°).

Digitized by Google

892.

1426, 16 maii.

Concessum suprascripto ser Marco Geno posse investire pecuniam, quam sibi superabundavit, a regimine suo in mercationibus.

Ser Bulgarus Victuri, ser Jacobus Trivisano, ser Benedictus Aimo, ser Jacobus de Pesaro, consiliarii. 5

Capta. — Quod nobili viro Marco Geno potestati et Capitaneo Neapolis Romanie concedatur, sicut est solitum concedi aliis Rectoribus nostris dicti loci, quod pecunias, que sibi supererint a regimine suo de salario suo et venditione suorum equorum, possit investiri facere in mercationibus pro conducendo Venetias per duos menses ante finem sui regiminis. 10

de parte 91
de non 3
non sinceri 1

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 12 t.°).

893.

1426, 12 julii. 15

Pro dando expeditionem capitulis comunitatis Nigropontis, detur libertas collegio possendi providere.

Sapientes ordinum.

Capta. — Quod pro dando expeditionem capitulis nobis porrectis per Ambassiatores Comunitatis nostre Nigropontis, quia sunt nimium longa, detur libertas 20 collegio, ut possit ad ea providere, sicut sibi videbitur.

de parte . . . . . 82.

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 27)

894.

1426, 12 julii.

Quid scriptum fuit regimini Nigropontis super facto Thinarum et Michonarum 25 *quas tenet Ordelafus Faledro, in casu quo non solveret camere quod tenetur pro eis.*

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum habuerimus per literas Regiminis nostri Nigropontis, quod Ordelafus Faletro qui tenet et habet Insulas nostras Thinarum, et Michonarum, 30

Digitized by Google

tenetur camere nostre Nigropontis in certa quantitate pecunie quam non curat solvere, et, sicut notum est, dicta nostra Camera indiget pecunia, et necessarium sit providere quod dictus Ordelafus solvat; Vadit pars, quod mandetur Regimini nostro Nigropontis, quod recepto presenti nostro mandato debeat mandare dicto Ordelafo, quod usque sex menses debeat solvisse totum id, quod dare tenetur nostre Camere predicte occasione dictarum Insularum, Et in casu quo dictus Ordelafus non solveret, debeat dictum Regimen accipere sibi dictas Insulas, ad quarum gubernationem et exactionem introituum et reddituum dictum Regimen debeat mittere unum ex fidelibus nostris Nigropontis sufficientem et fidum, per modum illum, quo mittit ad Fitileum, donec aliud providebit super inde.

de parte 54
de non 14
non sinceri 5

(Reg.° 56, 1426–1428, c. 27 t.°).

895.

1426, 13 julii.

Responsiones facte capitulis civium et totius universitatis Insule Nigropontis.

Capitula porecta pro parte fidelium civium et totius universitatis terre Insule Nigropontis, Quorum tenor talis est, videlicet:

Prima nui domandemo ala nostra excelsa Signoria, che conzosiache, da poi la intromission fata per la nostra Serenissima Signoria, de lo luogo de Salonichi de tempo in tempo, ma plui in questo anno, e stada questa nostra Isola, del tuto opressa dal Turcho in tanto in diversi tempi l e stado via menado plui et infinite aneme, como per questo Magnifico rezimento e stado scrito, in fina questi di passadi per do fiade, Siando sta qui l armada del Turcho in diversi luoghi, de tuto a quele dela Isola depopulade e guaste, e per che considerando la possanza de quel Signor esser grande, e piu cha mai avesse el padre, pero oltra la Signoria del padre, el tien pacificamente Palatia e Altologo, tien el signoriza, Ancora el Ziton e tuti altri luoghi, qui a noi vixini, fin al nostro ponte, e vedemo ancor che per non haver el dicto Turcho impazo granmente multiplica, e a cressuda de possanza in mar: Conzosia del mese de fevrer prossimo passado, qui el vene suo fuste XXII, discorando questa Ixola in una pertinentia dicta Lavlona, quela molto vastando et derobando, et da poi de avril, e ne due ne fuste XLVII a Loreo quela pertinentia consumando vien, menado de li aneme 700. Unde al tuto vedemo la ixola depopulada e guasta, et successive manchandoni 2 vilani, Nui suo citadini al postuto semo consumadi, e per la qual cossa habiando respeto ali divulgi, fato per la dita armada in el suo ultimo esser qui, a l ixola che e al tuto volir qui retornar, a nostra ultima consomtion, che cossa fatibele, e per non aver qui alo incontro li sia. Abiamo

Digitized by Google

ancor de fermo sentimento che oltra le fuste qui ultime vegnude e le galie XIII compide in Galipoli, le qual e a soa posta ad armar, cum le qual et altre sue fuste, qui vegnando non habiando nui suvention da la vostra Illustrissima Ducal Signoria, per mar, i poria de la terra ferma ancor sopra questa Ixola zente passar, e schurir tuta la ixola chon queli, non y possano per algun muodo obviar che seria la total 5 desfation nostra, vedemo ancor che per aver voludo continuo questa Ixola sovvegnir a Salonichi de gram, semo remaxi molto nudi, et per quelo se vede la saxon va pesima, unde se l armada del Turcho qui descendesse, como se raxona, e non se possano recogir le biave, questa terra non senza gran necessitate, e dubio romagniria per esser frontiera a tuti altri suo luogi, la qual desfatta che Idio non el 10 consenti, tuti altri suo luogi de questo Levante mal se sostigneria.

Ad hoc respondeatur, quod multum nobis displicuit et displicet audire nostros fideles et subditos Nigropontis, sustulisse et habuisse tot damna quot exponunt habuisse, et, sicut eis notum est, ad oppressionem Teucrorum et pro tutela et conservatione Insule nostre Nigropontis, misimus his diebus Capitaneum nostrum 15 culphi, qui cum multis galeis reperiet se in illis partibus ad oppressionem dictorum Teucrorum, et ad conservationem dicte Insule, et aliorum locorum nostrorum, Ita quod ipsi fideles nostri aliqualiter non poterunt dubitari de armata Teucrorum.

Secundo. Avisando la so excellentia nui de fermo sentimo la intention del Turcho e personalmente qui vegnir cum le suo gente apostuto a nostra desfation 20 e per le qual caxon nui vedemo questa ixola convien ben reguardarse da tal suo pessimo voler tuto l ano, e specialmente se possente armada de la nostra Signoria chi sovegnisse, E poi se partisse senza pase como questo anno, e l altro a fato, E pero supplichemo se degni misericordioxamente proveder a nostra guarda e defexa, mandando quela armada per mar che a la Signoria apar ne possi salvar cum quelo 25 comandamento i par che nui possamo tuto tempo de l ano romagnir seguiti dale forze del Turco predicto.

Ad secundum respondeatur, quod in adventu Capitanei nostri Culphi Venetias dabimus ordinem opportunum quod dicti nostri fideles poterunt se tueri ab invasionibus Teucrorum, et sic de tempore in tempus providebimus opportune, prout rerum 30 occurrentia requirent.

Tertio. E ben nui siamo certissimi la Signoria potente a nostra suvention e guarda a destrution del Turcho provedera per mar de potente armada, la qual attendando a ultima compunzion del Turcho verso Galipoli se distenderia over ad altri luogi ala so Signoria parera aver forsi che dio zio non lassi, l armada del 35 Turco qui defendaria verso la ixola nostra, E voria passar zente sopra quela o ver lor proprii defender ali qual non se obviando, la ixola seria desfata, supplichemo la Signoria se degni voler comandar a questo rezimento e ali suo successori che debiano soldar Stracioti, e homeni da cavalo cum i qual se porano devedar el desender in terra ali Turchi predicti sovra la ixola che sera la conservation dele 40 maxime de la ixola, et salude de tuta la terra et ixola, Avixando la Signoria che de questa ixola la Signoria a de intrada iperperi LXV mile, et oltra, di qual tenea de la ixola, la qual deffagandosse tuto se perderia, e successive, voiando sostegnir la terra contro la possanza del Turcho se cio far se podesse la Signoria convegne-

Digitized by Google

ria spender iperperi C mille, et oltra al ano per conservation de la terra che seria cum suo gran damno como non dubitemo i puo considerar.

Ad hoc respondeatur quod mandabimus Regimini nostro Nigropontis, quod in casu, quo presens Capitaneus noster Culphi non posset obtinere pacem cum domino Teucrorum, dictum regimen in redditu ipsius Capitanei debeat solidare usque ducentos stratiotos bonos, et sufficientes cum illa quam minori expensa fieri poterit, non accipiendo aliquem de Insula Nigropontis, sub pena regimini Nigropontis ducatorum quadringentorum pro quolibet contra hoc accipiendo.

Quarto. Ancor per caxon ex improviso per lo Turco el fi per un subito fato armada per mar, Et quella in questi luoghi mandada per obviazion de la qual voiando scriver ala nostra Signoria per avere suvention e quela aspetar da Veniexia e longo e poria esser non senza dubio de nostra devastation e consumazion, pero Nui supplichemo la se degni comandar al rezimento de Candia, Napoli de Romania, Thine, e Micone che a susidio segurta et defension nostra in quanto per questo rezimento e suo successori, siano tegnudi segondo li sera scrito exeguire soto quela pena ala nostra Signoria apar, et a zio piu potentemente farse possa l onor de la nostra Signoria J' piazi scriver in quela forma i par al Magnifico signor Ducha de l Arcipelago, mandi la suo galia se l sera requiesto con la qual et altri nui avessamo, possamo i nostri e suo luogi in ogni evegnimento defender e guarentar.

Ad hoc respondeatur quod mandabimus Regimini Crete, et potestati, et Capitaneo nostro Neapolis Romanie, et illi, qui habet insulas Tinarum et Michonarum ut dent sibi favorem et subsidium ut per dictum capitulum petunt.

Quinto. E per caxon in questa ixola el ne sono alguni castelli principal de la nostra Signoria i quali son stadi affitadi a spezial persone, e sono ancora altri castelli, e tore, i qual sono da alguni zentilomeni de questo luogo in li qual vegnando furti de Turchi, e stado anticamente provixo J homeni et fameie stano per la ixola se dieno per sua segurtade redur, J qual castelli del tuto parte de queli per terramoti sono derupade, E parte se lassano andar in ruina, che e al tuto la desfation de questa ixola, pero nui supplichemo la Signoria se degni in li suo castelli talmente proveder che in ogni caxo occorresse le dite aneme li se die redur siano salve e successive a questo rezimento e ali successori, comandar soto quele pene e streture ala nostra Signoria aparera che con effetto fazi questi zintilomeni ano castelli over tore infra quel tempo i par li debia aver conzade e in bon termene reducte, soto quele pene i parera, le qual i se debia tuor e scuoder complido el termene se non averano obedido.

Ad hoc respondeatur, quod super hoc providebimus opportune, et ex nunc mandetur baiulo nostro Nigropontis, quod debeat equitare per Insulam et videre et examinare omnia fortilicia que erunt reparanda et fortificanda, et providere quod fortilicia, que erunt specialium personarum, per ipsas speciales personas, et illa que erunt nostri comunis reparentur per nostrum comune, et ut Comune nostrum et speciales persone non habeant tantam expensam, quod Regimen Nigropontis provideat, quod rustici dicte Insule per angariam contribuant, et dent subsidium ad dictas reparationes, provideat etiam dictum Regimen, quod dicte speciales persone debeant reparasse dicta fortilicia intra illud tempus, et sub illa pena, quod et

Digitized by Google

que sibi videbitur, quam vero penam dictus baiulus mittere debeat executioni sub pena ducatorum quingentorum in suis propriis bonis exigenda per advocatores comunis. Quia autem multa ex dictis fortiliciis nostri comunis affictantur et dantur multis specialibus personis, debeat dictum regimen providere, quod dicte speciales persone illa teneant in puncto et in ordine ut non vadant in ruinam, Et ut de cetero 5 dicta fortilicia, que remanebunt, habitentur, Ex nunc captum sit, quod de cetero non possit vendi per Insulam vinum a spina nisi in dictis fortiliciis, et quod omnes gratie facte de vendendo vinum extra dicta fortilicia, sint penitus revocate, et nullius sint vigoris.

Sexto. Preterea sopra questa Ixola in la pertinentia de la Valona dove sono 10 piuy castelli e tore ben habitade el se costimava far per dextro de li homeni de la pertinenzia predicta, che molto e granda e longa do Capetanarie l un di qual stava in un castel de comun dito la Coppa, et altro in uno castel de comun dito Potiris in li qual i feva raxon ali suditi de queli luogi partido per mitade la dita pertinentia, et che v era cum gran utele de comune destro de li diti homeni et romagniva 15 i diti castelli sempre in bona guarda per lo habitar feva i diti capitanei in li Chatelli predicti, e per caxon ancora in quele pertinenzie le de necessitade per guarda de de la nostra Ixola far e fasse in algune parte zerte guarde che e la salvacion de le aneme de questa ixola, da quela parte el se fera doy viglochomi, e puo fu reduto in un, i qual iera tegnudi vixitar le guarde predicte, le qual guarde sono salariade 20 per comun, et quele manchava fina portade el qual viglocomo aveva de salario iperperi 2.° (?) al anno, la qual cosa iera e serave sempre de salude e conservation de questa terra e ixola, Siando questo observado, ma el sia sta supplicado da poco in qua ala vostra docal Signoria per alguni de esser Capetanii in li diti luogi, et aver etiam lo officio de niglocomadego, i qual tal mente che guarde alor i par 25 dandoli in pagamento de le suo page panni, et altre cosse, che se trova haver, el qual satario a lor i par, le qual guardie ancora per non haver altro Superior che l dito Capetanio che e viglocomo mal sessa se fano el so dever che e con manifesto danno, e ruina de questa ixola, ne ancora per i diti Capetanei occupadi i fa raxon e altre conse li achade per el so officio puo vixitare spesso le guarde predite como 30 se deveria per nostra segurtade, E pero supplichemo la Signoria volli a tanto ben proveder e far che l ne sia como sempre era do Capetanii in li luogi prediti e do viglocomi como avanti era, Avixando la sua Excellentia che con el salario a questo Capitanio e viglocomo che a ora la Signoria a fato solo lo officio de viglocamadego, el ne seria do boni homeni i qual a tuto attenderia como fo la intention de la terra 35 quando tal officii fo creadi, et azoche abia boni homeni ale dite guarde, e che se denari i siano pagadi con integritade, Supplichemo che l sia comanda che quando per i viglocomi se fara le page a le dite guarde, i debia quelle far davanti li capetanii de la Vlona, Fanzandoli le suo page de mexe in mexe de denari contadi, ali qual Capetanii sia comandado soto quela pena par ala nostra Signoria non lassa 40 dar altro salario denari per le suo page, E che habiano bona advertentia in veder se ano boni homeni ale guarde predite.

Ad hoc autem respondeatur, quod fiat sicut exponunt postquam vir nobilis ser Antonius Justiniano, qui habuit gratiam a nostro dominio, compleverit terminum

Digitized by Google

sue gratie, Et ut de cetero non fiant huiusmodi gratie, ex nunc captum sit, quod amplius non possit dari per gratiam alicui de castellanis Capitaneriis, et de aliis huiusmodi beneficiis nostre Insule Nigropontis, sub pena ducatorum quingentorum pro quolibet ponente vel consenciente partem vel gratiam in contrarium, que pena committatur exigenda Advocatoribus nostri comunis, habentibus partem, ut de aliis penis sui officii.

Septimo. E perche de anno in anno la nostra Signoria a costimado a questo rezimento comandar armar la galia de qui a obedientia de misser lo Capetanio del colfo el qual quela da poi con lui mena, e tien tuto el tempo el sta fuora con gran spesa de la nostra Signoria, e roman questa ixola spoiada de ogna guarda per segurtade de la qual al principio essa galia fo messo e deputadi alguni datii per sostegnir quela armada ala bexogna de l ixola in el qual tempo neanche la dita galia asai fiade e occorse, et ala zornada occore, che questa ixola fo fato de notabelissimi damni per do over quatro fuste de Turchi, qui vien sentando le fuste non aver algun li possi obstar, le qual cosse e con desfation de la camera e destrution de questa ixola, Pero supplichemo che la Signoria se degni cassar la dita galea per guarda salude e conservation de questa isola.

Ad hoc respondeatur, quod semper quando mittimus Capitaneum nostrum Culphi ad illas partes, Ipse habet in mandatis, de providendo ad ea que concernunt tutelle et conservationi dicte Insule, Ita quod non expedit facere ut exponunt.

Octavo. Ancor per lo tegnir conciemo la dita galia armada e altre spexe che par occore asai fiade el fa de mestier in armar la dita galea affanar i cittadini in disborsar moneda, Et alguni compar ala presentia de la nostra Signoria, supplicando aver provision, dando ad intender cosse asay, per le qual, manchando la nostra Signoria de tuta vera information, como piatosa se degna largamente a queli dar provision, per le qual senza utele el se acresse la spexa a questa suo Camera, Pero supplichemo che quando tal provision de qui fi dimandade, el se degni la nostra Signoria al rezimento de qui scriver li avisi sopra ziò, toiando information de queli zintilomeni de qui che a loro parera, aziò la Signoria de tuto avisada ne possi far quela deliberation i parera.

Ad hoc respondeatur, quod quando occureret casus huiusmodi gratiarum que ab aliquibus peterentur bonam advertentiam et considerationem habebimus, sicut actenus etiam habuimus.

Nono. Ancor a supplication del Spectabil Cavalier misser Nicolo Zorzi Signor de Caristo e lo i fo concesso che li homeni de Caristo, i qual pagava per zascaduna famegia iperperi do por capivicho fosseno asolti de tal pagar chon condition che l dito misser Nicolo al qual i era sta dado una galiota dovesse quela armar ala guarda de questa ixola, la qual cossa non e possibile lui tegna si per non aver luogo de quela poder tegnir et oservar, como ancor homeni de quela armar et de condanno de comuu, et poria de quela galiota seguir cossa non utele a questa ixola, pero nui supplichemo se debia per la camera scuoder i diti capvichi, vigliatichi da queli da Caristo, como per avanti se feva, Fo etiamdio in altre fiade per la nostra Signoria provvisto, vedando el beneficio tornava el tegnir la galia armada a guarda de questa ixola meter datio ali vini se vende a spina per la ixola et per lo simele

Digitized by Google

a la carne et cusi a ora se pagai per sostegnir la dita galia, ma segondo la intention dela nostra Signoria el non par vegni exeguida, pero el fi extrato Caristo da tal datii, pertanto considerando la dita galia cusi e, et guarda Caristo como tuto el resto de la isola, Supplichemo el sia comandado a questo rezimento et ali suo successori debia constrenzer i diti da Caristo a pagar i datii prediti, como fa tuto el resto de la ixola, segondo fo ancor in quela l intention dela parte predicta.

Ad hoc respondeatur et fiat ut continetur in capitulo.

Decimo, Ancor per guarda de questa terra le mure de le qual zenze piu de un mio e fo za longo tempo provisto se avesse de note ale guarde di muri poste X, in le qual vardava homeni tre per posta chon salario de iperperi IIII el mexe di citadini per el pagar de le cha, el fo messo certo datio, ma nuovamente per la nostra Signoria, ele sta provisto quele tute cassar, voiando li soldadi de qui se truova che le faza, redogando le dite poste X in poste V, la qual cossa e impossibile cum segurita de questo luogo poder durar e a pagamento soldi IIII per homo per esser de le bandiere di soldadi el qual pagameto chaxi quela la suma dela prima spexa de le poste X. E pero supplichemo ala nostra Signoria se degni le dite prime poste uxade con quei pagamenti i che prima se feva, e che i soldadi romagna solo a far a le varde ale suo bandiere, como da prima i feva, E che per misser lo Bailo et Capitaneo diligentemente se faza i pagamenti de le dite guarde, siche cadauna de quele abia a complimento i suo pagamenti.

Ad hoc respondeatur, quod fiat ut exposuerunt.

Undecimo. Ancor da puo che la Illustrissima nostra Signoria intromesse el dominio de questo luogo al so governo provete mandar uno bailo et Capetanio con doi conseieri ai qual fosse comesso ministrar raxon e giustizia, ma da puocho tempo in qua per la nostra Signoria el se sta ordenado de doi in doi mesi, uno de i diti conseieri dover star ala camera a scuoder cum el camerlengo xe a la Camera, per el star del qual conseier ala Camera, molti senestri receve la terra, pero supplichemo se degni voler che l dito conseier non sia tegnudo piu star ala Camera, ma che la tenda al rezimento, como de prima se feva, lassando el camerlengo che e al presente cum uno altro camerlengo in so compagnia scuoder le intrade de comun e pagar quelo per el rezimento i sera ordenado.

Ad hoc respondeatur, quod consideratis multis respectibus, quos bene consideravimus non videtur nobis facere in hoc aliquam mutationem.

Duodecimo. E perche molte parte prexe in li conseii de la nostra Excelsa Signoria, et ala zornada se prendera mandade a questi nostri Signori Rectori, le qual sono a benefizio de zittadini e conservation de la terra et ixola nostra de Nigroponte le qual parte per non essere in scritti in la commission dei diti Signori Rectori e anche per la mutation deli diti rezimenti che se fa de do in do anni, ai diti Signori Rectori non e possibele, tute le sorascrite parte poder saver et a exequition mandar per non esserli noto ne manifesto, E azoche tal parte per l avegnir, possi aver effetto et execution como e la intention de la nostra Signoria, Supplichemo la se degni che li provededori de la comunitade che se fa de anno in anno per el nostro conseio sia astreti per sagramento che de tempo in tempo possa tal parte far note e manifeste azoche essendoli fate manifeste la intention de la

Digitized by Google

Signoria abia effetto et exequition, e non se observado le dite parte che li diti provededori, Sia streti per sagramento quele per so letere notificar ala Serenissima nostra Signoria.

Ad hoc resqondeatur quod hactenus est observatum, quod quando mittimus regimini nostro Nigropontis literas aut partes perpetuo observandas, sibi mandamus ut illas faciant in actis regiminis de inde registrari, et sic credimus illud regimen facere, Ita quod non expedit aliam provisionem facere super inde, tamen volumus, quod de his rebus et provisionibus, que erunt publice pertinentes fidelibus nostris deinde, fiat sicut nobis exposuerunt per dictum capitulum, Et sic captum sit, quod dictum regimen inviolabiliter debeat observare.

Tertiodecimo. Ancor conzosia qui in la terra et ixola el Rev.^{mo} in Christo padre Monsignor de Veniexia el qual a e tien in comenda el patriarchado, a e tien molte possession, tore, e vilani, e castelli per segurtade ben utele e destro di qual ad insieme con i altri casteli luogi e vilani de la nostra Excelsa Signoria, e dei altri zintilomeni de qui et adevien che l bexogna far qualche provision per la qual se convien spender como e in retegnir galie mandar Ambassiatori et altre provision, o per via de imprestedo tuor denari a costo in execution de tal provision, in la qual spesa tuti zintilomeni, et altri tuti citadini de questo luogo, et se i vilani de la nostra Signoria, como de spezial persone participa, et sente como e justo, E per i procuratori del dito Monsignor continuo fiando a tal universal spexa a chiesto per le possession e beni a el dito Monsignor pagar over dar el vegni recusado in quela spexa voler participar mostrando da la nostra Illustrissima Signoria aver otegnudo de esser exempto de ogni facion et angaria, e spexa de qui ne occore, unde tanto piu incargo roman et e sopra l universita de Nigroponte, galdando ampezo el ditto Monsignor le suo castella, tore e possession e beni de tute utilitade e gratie e destro che se a et obtien per lo far de le spexe predite, la qual cossa quanto sia iusta et equa puo ben la nostra Illustrissima Signoria zudegar, e tanto piu, quanto el quarto de la ixola largamente e del patriarchado, E pero supplichemo se degni comandar, che damo avanti como sempre per lo passado dapoi questa ixola fo per franchi conquistada de man de griexi, E che sempre tegnandola la nostra Illustrissima Signoria fin a hora pochi anni fa misser lo patriarcha deva e pagava al recimento debia in tuti incargi e fazion havera la terra e ixola e sostignera tuta la universitade de la terra e ixola, costrenzer i beni del patriarchado rata per rata dar e pagar, come e justo e conveniente ad ogni equitade.

Ad hoc respondeatur, quod considerato, quod Reverendissimus dominus Cardinalis subit alias factiones et onera cum nostro dominio, nolumus pro nunc in his que petunt illum aggravare, Sed in tempore futuro si erit aliquis patriarcha Constantinopolitanus, qui possideret dicta loca in ea Insula, Volumus, et sic mandabimus Regimini Nigropontis, quod substinere debeat factiones et onera prout per elapsum est consuetum.

Quartodecimo. Apresso, la Excellentia vostra da anni quatro in qua provedete e manda a questo suo rezimento che de anno in anno el devesse elezer, e crear tre zudexi i qual avesse a zudegar de iperperi 10 in zozo, ai quali per lo rezimento era alora, fo tansa per suo salario iperperi ottanta al ano per cadaun, che monta

Digitized by Google

in tuto e per tuti tre iperperi 240. Ma per esser el dito salario picolo era vegnudo el dito zudegado in persone de bassissima condicion et ignoranti in grandissimo detrimento de la terra, E non possendo ancora el recimento prexente per le occupation de le presente novita ben attender ala bancha per modo che la tera ne portava senestro, esso recimento presente revoco li antediti zudexi ignoranti e feze doy zudexi de miglior de la terra per sie mexi azo che piu participasse de questo beneficio, con salario de iperperi diexe al mexe per uno azio la terra non patisse senestro e con autorita de poder zudegar fin ala suma de iperperi cinquanta e chon condicion che se i non fosse d accordo per tessera gli fosse dado uno de i provededori de la comunita, e che zaschum che se tegnisse aggravado de le lor sentencie, se podesse appellar da le lor sentencie al rezimento, la qual cosa e stada da grandissimo utele ala terra, Ma perche questi tali non averave luogo sono in tempo di guerra, Supplichemo ala Serenita Vostra considerada la utilita e dextro ne segue ala terra la degni concieder che per ogno tempo i diti cudexi *(sic)* debia perseverar, e fir fati cum salario de iperperi 150 per uno, et cum arbitrio de zudegar fin ala summa de iperperi cento, e con altre condition con le quale son fati li antediti doi zudexi.

Ad hoc respondeatur, quod volumus, quod fiant dicti judices per modum, et cum conditionibus ut petunt, hoc tamen declarato, quod dicti judices non possint reddere jus nisi a vigintiquinque iperperis infra.

Quintodecimo. Supplicando a essa nostra Signoria, Se degni che tute parte a mandada, e mandara si per lo presente como per lo avegnir, sia cum quela stretura a i rectori suo cometer che tal parte a execution cum efeto sia mandade.

Ad quintumdecimum respondeatur, quod bene provisum est, sicut in uno ex capitulis super annotatis continetur, et sic providebimus temporibus futuris.

Sextodecimo. Ancora la dita Comunita humel e devotamente supplica ala prefata nostra Excelsa Signoria che conzosia la munition del suo arsenal de Negroponte sia al tuto tuta nova e spoiada de ogni cossa pertinente a offesa e defesa, si per dar a galie son capitate li, si per mandar a Salonichi, si per le fortezze e castelli de l ixola, degni quela Signoria mandar quele munition per lo dito arsenado de le qual el rezimento a scrito piu et infinite volte ala dita nostra Signoria, altramente non mandando le dite munizion scorsemo manifesto pericolo.

Ad hoc respondeatur quod providebimus opportune.

(Reg.° 56, 1426–1428, c. 28 t.° 32).

896.

1426, 22 julii.

Modus servandus per capitaneum galearum Romanie in aquis Nigropontis propter pestem ibi vigentem.

Ser Bulgarus Victuri consiliarius et sapientes ordinum.

Capta. — Cum habeatur sentimentum de epidemia, que est in partibus Nigro-

Digitized by Google

pontis, Et utile sit providere et vitare, ne morbus ipse intraret super galeis nostris Romanie; Vadit pars, quod quando Capitaneus noster dictarum galearum Romanie erit in aquis illis, si habebit sentimentum pestem esse in Nigroponte, sit in libertate sua se conferendi cum galeis sibi commissis ad Civitatem Nigropontis, vel ire ad scopulum de Millemoza, quod est valde propinquum dicte civitati, Et si terminabit ire ad scopulum de Millemoza faciat discaricari ibi omnes mercationes discaricandas in Nigroponte, et postea per viam rectam pontis Negropontis sequatur iter suum, non permittendo aliquem hominem descendere in Nigroponte.

de parte	omnes alii
de non	2
non sinceri	1

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 38 t.°).

897.

1426, 23 julii.

Cum poneretur de procedendo contra virum nobilem ser Marco Miani qui fuit baiulus et Capitaneus Corfoi pro VIII capitulis sibi oppositis, nil captum fuit.

Ser Michael Duodo, ser Bertucius Faletro, sindici.

Si videtur nobis per ea, que dicta et lecta sunt, quod procedatur contra virum nobilem ser Marcum Miani olim baiulum et Capitaneum Corphoy pro VIII capitulis sibi oppositis.

de parte	67, 67.
de non	44, 53.
non sinceri	26, 16.

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 38 t.°)

898.

1426, 8 augusti.

Nobilis vir ser Bernardus de Musto potestas et Capitaneus Neapolis Romanie levetur super galea de inde ad Culfi custodiam deputata et conducatur ad ipsum locum.

Capitaneo Culphi.

Ser Marcus Justiniano et Leonardus Karavello, consiliarii.

Capta. — Scribimus et mandamus vobis cum nostro consilio de C quatenus si

Digitized by Google

in redditu vestro de partibus Romanie, habiliter poteritis sine incomodo agendorum vobis commissorum, mittere debeatis Mothonum galeam Neapolis Romanie ad levandum et conducendum Neapolim virum nobilem Bernardum de Musto, iturum Potestatem et Capitaneum nostrum Neapolis Romanie.

de parte. . . . . omnes alii 5
de non 9
non sinceri . . . 1

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 43 t.°).

899.

1426, 13 augusti.

Quid scriptum fuit et ordinatum Baiulo et capitaneo Corfoy pro frumento recuperando pro Salonico, et illuc mittendo per navim ut ibi. 10

Baiulo et Capitaneo Corphoy.

Ser Robertus Mauroceno, ser Antonius Contareno procurator, ser Fantinus Dandulo et ser Paulus Corario, sapientes consilii, ser Orius Pasqualigo et ser Johannes Pisani, sapientes ordinum. 15

Capta. — Quia habemus necesse, quod ematis staria millequingenta frumenti pro mittendo Salonichium, Fidelitati vestre mandamus cum nostro consilio, quatenus receptis presentibus, debeatis dextro modo emere dicta staria millequingenti frumenti, Providendo de habendo dictum frumentum ita paratum et in ordine, quod quamprimum navis, que subito post presentes literas hinc recedet Corphoy accessura ad levandum dictum frumentum, applicuerit illuc, possit sine perditione temporis dictum frumentum carricare, et sequi viagium suum denotantes vobis ad vestram informationem, quod navis predicta non debet ibi stare juxta navlizatum suum nisi octo diebus. Pecuniam autem solutionis dicti frumenti, quia non cognoscimus patronum presentis gripi, et etiam pro evitando omne periculum, non misimus per ipsum gripum, Et propterea accipiatis dictam pecuniam de camera nostra deinde, vel eam recuperetis aliter illum habiliorem modum, qui vobis videbitur, Nam per navim predictam hic recessuram, ut prefertur, destinabimus vobis ducatos quingentos pro solutione dicti frumenti. 20 25

de parte. 84 30
de non 2
non sinceri 1

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 44).

Digitized by Google

900.

1426, 14 septembris.

Confirmatio et renovatio unius de terceriis Nigropontis Janulo filio quondam Nicolai a carceribus duche Egeopelagi.

Ser Robertus Mauroceno, ser Antonius Contareno procurator, ser Fantinus
5 Dandulo, ser Paulus Corario, sapientes consilii.

Capta.—Cum alias in millesimo trecentesimo octuagesimo quinto die vigesimo secundo mensis Junii captum fuerit in consilio Rogatorum, quod concederetur quondam ser Januli de Noe de Nigroponte, qui dicebat ad se spectare unum de terceriis Nigropontis ratione parentelle et propinquitatis quam habebat cum quon-
10 dam domino Nicolao a carceribus olim duche Egeopellagi, quod deberet gaudere, et habere usufructus, et redditus dicti tercerii a clesura ultra cum certis modis et conditionibus in parte super inde capta, et literis eidem factis contentis, De inde postea in millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, die tertio julii, post mortem dicti Januli dicta concessio confirmata fuit quondam Nicolao eius filio, et fratribus
15 suis legitimis cum modis et conditionibus in parte super inde capta, et literis confectis, contentis, Et modo cum dictus Nicolaus, et fratres mortui sint, quidam Janulus filius legittimus dicti Nicolai comparuerit ad presentiam nostram humiliter petens dictam concessionem factam quondam eius patri et fratribus sibi confirmari, et renovari, cum fuerit semper et sit fidelissimus dominii nostri, Et habita bona
20 informatione de obedientia, et fidelitate dicti Januli, et progenitorum suorum, sit res humanissima ostendere erga dictum nostrum fidelem clementiam et benignitatem nostri dominii; Vadit pars, quod dicatur dicto nostro fideli, quod licet dicta concessio explorata sit, et ad eum non se extendat, tamen volentes, ut ipse propter fidelitatem suam etiam senciat gratiam et benignitatem nostri dominii, quia reddi-
25 mur certi, quod sequetur vestigia suorum progenitorum qui fuerunt fidelissimi nostri dominii, Sumus contenti quod in vita sua gaudeat et habeat illammet concessionem dicti tercerii cum illis modis et condicionibus cum quibus habebant dictus quondam eius pater et barbani sicut in eorum privilegio seu literis continetur, habendo presentem concessionem vigorem a die mortis ultimi predictorum.

30 de parte . . . . . omnes alii
de non 0
non sinceri. 2

(Reg.° 56. 1426-1428. c. 53 t.° e 54).

Digitized by Google

901.

1426, 14 septembris.

Privilegium super inde factum prope dicto Janulo.

Ex suprascripta parte extractum sive formatum fuit unum privilegium infrascripti tenoris, videlicet:

FRANCISCUS FOSCARI, Dei gratia Dux Venetiarum etc. — Nobilibus et sapientibus viris Antonio Michiel de suo mandato Baiulo et Capitaneo Nigropontis etc. Consiliariis suis, et eorum successoribus, fidelibus dilectis, salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, qnod in nostro consilio sapientum, in millesimoquadragentesimovigesimo sexto, Indictione quinta, die quartodecimo mensis septembris capta fuit pars tenoris infrascripti, videlicet cum alias in millesimotrecentesimooctuagesimoquinto, die XXII mensis Junii captum fuerit in consilio rogatorum, quod concederetur quondam Janulo de Noe de Nigroponte, qui dicebat ad se spectare unum de terzeriis Nigropontis ratione parentele et propinquitatis, quam habebat cum quondam domino Nicolao a Carceribus olim duche Egeopellagi, quod deberet gaudere et habere usufructus et redditus terzerii a clesura ultra, cum certis modis et conditionibus in parte super inde capta, et literis nostris contentis, Que conditiones quidem et modi fuerunt in hac forma, quod si in dicto terzerio essent aliqua castra vel loca, et fortilicia, quod illa remanerent et forent in manibus et custodia nostra, et communis Venetiarum; Item quod jus et justitia fienda in civilibus et criminalibus in dicto terzerio spectaret domino duci, et comuni Venetiarum, et quod expense neccessarie secundum usum pro custodia et conservatione dictorum locorum, et castrorum, non augendo illas ullo modo, solverentur et acciperentur de redditibus et introitibus dictorum locorum secundum usum, Non preiudicando propterea in aliquo juribus egregie domine Petronile, nurus tunc Serenissimi domini ducis, ymo remanentibus partibus factis, et datis ipsi domine Petronile per baiulum et Capitaneum, ac consiliarios Nigropontis, in sua firmitate, et non intelligendo in hoc aliquam iurisdictionem sanguinis vel dominii, que remaneant et sint comunis Venetiarum, deinde postea in millesimotrecentesimononagesimoquarto, die tertio Julii, post mortem dicti Januli, dicta concessio fuit confirmata quondam ejus filio, et fratribus suis legitimis cum modis et conditionibus in parte super inde capta, et literis nostris contentis, Que quidem condiciones et modi fuerunt in hac forma, Quod ipsi Nicolao, et aliis suis fratribus legitimis ipse nostre concessionis litere renovarentur, Ita quod equaliter, dum ultimus illorum vixerit possint gaudere percipere, et habere usufructus, redditus, et proventus illius partis solummodo dicti tercerii Nigropontis a clesura ultra, cujus habuit et percepit dictus quondam ejus pater dum vixit cum omnibus conditionibus contentis in literis nostris antedictis, et cum hac etiam additione, quod in recognitione ipsius nostre concessionis ipsi teneantur et debeant habere, et tenere continue duos bonos equos, cum uno sufficienti famulo in varnitionem, de quibus quibuslibet quatuor mensibus teneantur

Digitized by Google

monstram facere nostro regimini Nigropoutis, et declarando, quod per istam nostram concessionem non augeatur eis jus aliquod, nec ad eos devenire possit aliqua utilitas vel aliqui redditus, qui possent spectare ad istud tercerium per mortem alicujus vel propter aliam causam in futurum, que omnia libere in nostrum comune debeant pervenire, Et nunc cum dictus Nicolaus, et fratres mortui sint, quidam Janulus filius legitimus dicti Nicolai comparuerit ad presentiam nostram humiliter petens dictam concessionem factam quondam ejus patri, et fratribus sibi confirmari et renovari, cum fuerit semper et sit fidelissimus nostri dominii, Et habita bona informatione de obedientia et fidelitate dicti Januli et progenitorum suorum, sit res humanissima, ostendere erga dictum nostrum fidelem clementiam et benignitatem nostri dominii; Vadit pars, quod dicatur nostro fideli, quod licet dicta concessio expirata sit, et ad eum non se extendat, tamen volentes, ut ipse propter fidelitatem suam etiam sentiat gratiam et benignitatem nostri dominii, quia reddimur certi, quod sequetur vestigia suorum progenitorum, qui fuerunt nostri fidelissimi. Sumus contenti quod in vita sua gaudeat et habeat illammet concessionem dicti tercerii, cum illis modis et conditionibus, cum quibus habebant dictus quondam eius pater et barbani, sicut in eorum privilegio, seu literis continetur habendo presentem concessionem vigorem a die mortis ultimi predictorum. Quare cum dicto nostro consilio, fidelitati vestre scribimus et mandamus, quatenus dictam partem, et contenta in ea, in quantum ad vos spectat, debeatis observare, et facere inviolabiliter observari, facientes has nostras literas in actis vestri Regiminis ad futurorum memoriam registrari.

Datum in nostro Ducali palatio, die XIIII septembris, Inditione quinta MCCCCXXVI.°

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 54).

902.

1426, 24 octobris.

Magno magistro Rodi scribi possint litere in recommendationem filii ser Victoris Mauroceni pro beneficiis vacantibus per obitum olim domini Angeli de Rubeis fratris illius religionis, que sunt sita in terris nostris.

Consiliarii omnes et capita de XL.

Capta. — Cum defunctus sit dominus Angelus de Rubeis, qui erat ex religione et fratribus Rodi, et sit bonum providere, quod beneficia, que habebat, que sunt in terris nostris, non dentur forinsecis, Sed quod nostri cives illa habeant; Vadit pars, quod scribi possint litere Reverendo domino Magno Magistro Rodi in recommendationem filii olim nobilis viri ser Victoris Mauroceno pro habendo dicta beneficia, qui est similiter ex religione et fratribus Rodi.

de parte 72
de non 26
non sinceri 4

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 59).

Digitized by Google

903.

1426, 21 januarii.

Quid scriptum fuit regimini Nigropontis pro factis Albanensium Magnifici domini Antonii de Azaiolis, et etiam ipsi domino Antonio.

Quod scribatur Regimini nostro Nigropontis in hac forma, videlicet:

Ser Zacharias Grimani, ser Orius Pasqualigo, ser Johannes Pisani, sapientes ordinum. 5

Capta. — Accepimus literas vestras per quas vos baiule et vos Paule Zane consiliarius noster scripsistis opinionem vestram, quam habuistis et habetis, quod mandata nostra executioni mitterentur, scilicet quod Albanenses Magnifici domini Antonii de Azaiolis permitterentur de Insula vestra Nigropontis redire ad loca 10 ipsius domini Antonii, sicut in literis vestris continetur. Insuper recepimus alias literas vestri ser Tadei alterius consiliarii, per quas nobis significastis habuisse contrariam opinionem in non permittendo dictos Albanenses redire ad loca ipsius domini Antonii, Quibus literis receptis voluimus omnia in eis contenta diligenter examinare, et similiter ea omnia, que scripserunt nobis super inde provisores 15 illius nostre fidelis comunitatis, et omnibus diligenter discussis et examinatis, videntes, quod dicta comunitas, que pluribus mensibus suum ambassatorem pro hac causa ad presentiam nostram mittere debebat, hactenus non misit, et nolentes amplius hanc rem in longum ducere, vobis respondemus mandantes efficaciter cum nostro consilio centum, quatenus sicut alias vobis scripsimus omnibus dictis 20 Albanensibus a quibus nulla utilitas haberi potest, sicut alias scripsistis, qui volent abinde recedere, et ire ad loca dicti domini Antonii, licentiam prebeatis ad ea loca se conferendi, Alios autem Albanenses, quos dixistis utiles esse, et obedientes, qui de Levadie partibus et de Blachia priusquam suprascripti, illuc venerunt, sicut scripsistis, debeatur retinere in Insula, et sibi providere de aliquo territorio nostri 25 comunis, aut de alia re, ut vivere et stare possint in ea Insula, sed cum illo quam minori damno et incomodo nostri comunis poteritis, sicut per iam dictas literas vobis scripsimus.

Verum quia vos baiule petitis declarari, si dicti Albanenses recedent de Insula, si debetis illos permittere extrahere suas jumentas, et si de suis aliis animalibus, 30 que extraherent de Insula solvere debent datium vel non, Vobis declaramus, quod permittatis omnes dictos Albanenses, quos permittetis ab inde recedere extrahere sine solutione alicuius datii suas jumentas et alia sua animalia, que secum conduxerunt ad dictam Insulam, et que ex illis animalibus secum conductis ad dictam Insulam nata sunt, Et hoc in complacentiam et ob respectum illius domini Antonii 35 de Azaiolis.

Digitized by Google

Domino autem de Azaioli scribatur in hac forma, videlicet:

Literas Magnificientie Vestre recepimus, quibus nobis significastis Regimen nostrum Nigropontis non executum fuisse literas nostras, quas sibi scripsimus, ut permitteret Albanenses vestros qui ad Insulam nostram Nigropontis se reduxerunt ad loca vestre Magnificentie redire, unde vestris literis intellectis, nobis displicuit audire, quod ipsum Regimen non fuerit executum mandata nostra, et presertim in his rebus, que tangunt comodum vestre Magnificentie quoniam vos tenemus et habemus in optimum amicum nostrum. Quare deliberavimus scribere dicto regimini in efficaci forma ita, et taliter, quod ipsum regimen mittat executioni mandata nostra in permittendo ipsos Albanenses ad loca vestre Magnificentie redire.

de parte	omnes alii
de non	2
non sinceri.	1

(Reg.° 56, 1426–1428, c. 70 t.°).

904.

1426, 28 martii.

Declaratum quod domus Neapolis Romanie que tempore aliorum dominorum erant exempte a solutione cerre, sint etiam exeempte, ab ipsa solutione sub nostro dominio.

Ser Zacharias Grimani, ser Orius Pasqualigo, ser Johannes Pisani, sapientes ordinum.

Capta. — Cum alias supplicatum fuerit pro parte fidelis Comunitatis nostre Neapolis Romanie, quod dignaremur providere, quod domus, que dicuntur per homines civitatis predicte esse exempte a solutione cere temporibus dominorum ducis Athenarum, et Guidonis de Anguino, essent exempte a dicta solutione, nec aliquid innovaretur, Et per hoc consilium captum fuerit, quod mandaretur Potestati et Capitaneo Neapolis Romanie et successoribus suis, quod nullam novitatem facerent illis, quorum domus erant exempte a solutione cere temporibus dictorum dominorum, sed penitus illos haberent exemptos a dicta solutione, Et coram ducali dominio comparuerit vir discretus Johannes Catello fidelis noster Neapolis Romanie, nomine dicte Comunitatis exponens, quod dicta pars nequaquam observabatur per Rectores preteritos Neapolis illis in quos transferuntur seu venduntur dicte domus, quia dicunt dictos tales gaudere non debere beneficio dicte exemptionis, sed solum illi quorum prius erant dicte tales domus exempte; Vadit pars in modum declarationis, quod illi qui presentialiter tenent, et habent, et in futurum habebunt dictas domus, sint exempti a dicta solutione cere pro dictis domibus, et mandetur Potestati et Capitaneo predicto, et Successoribus suis, quod sic debeant inviolabiliter observare et facere observari, Ita quod in posterum aliqua novitas vel molestia

Digitized by Google

illis, qui presentialiter habent et in futurum habebunt dictas domus, non fiat eis pro dictis domibus, Et si qua novitas facta, aut pignus acceptum fuerit causa dicte solutionis, illam penitus revocare, et illud restituere penitus debeat.

de parte 64
de non 10 5
non sinceri 7

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 87).

905.

1427, 2 aprilis.

Ambaxiator iturus ad despotum Amoree habeat ducatos II centum pro dicta ambaxiata. 10

Capta.— Quod sicut captum fuit, quod Ambaxator iturus ad despotum Amoree habere debeat de salario ducatos III centum pro dicta ambaxata, ita habere debeat solum ducatos ducentos.

de parte . . . . . alii
de non 8 15
non sinceri 0

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 89).

906.

1427, 6 junii.

Magister Georgius Cornario mittatur Mothonum pro Ciruico dicti loci, et cassetur Judeus. 20

Consiliarii.

Capta. — Cum in loco nostro Mothoni sit quidam medicus Judeus, non gratus nec acceptus fidelibus nostris de inde, Et ob hoc Castellani nostri Coroni et Mothoni nostro dominio scripserint instanter ut provideretur de uno alio medico Ciruicho, Et ad requisitionem dicte Comunitatis electus fuit fidelis civis noster magi- 25 ster Georgius Cornario; Vadit pars, quod dictus magister Georgius mitti debeat Mothonum pro Ciruicho dicti loci, loco dicti Judei, qui subito cassari debeat, Et habeat dictus magister Georgius salarium et alias conditiones et utilitates, quas habebat dictus Judeus.

de parte . . . . . omnes alii 30
de non 9
non sinceri 5

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 101).

Digitized by Google

907.

1427, 27 junii.

Mittatur Nigropontem et Salonicum una galea grossa que conducat fantarias et munitiones que remaneat illic, et si homines illarum vellent remanere cum dicta galea, eis solvitur, pro tempore ibi stabunt.

5 Sapientes consilii et ordinum.

Capta. — Cum sit omnino neccessarium mittere Nigropontem et Salonichum multas fantarias et alias municiones necessarias pro bona custodia et conservatione dictorum locorum nostrorum; Vadit pars, quod illuc mitti debeat una galea grossa ad Navarescham de mensuris aut Romanie aut Flandrie, sicut videbitur collegio, 10 cum qua conducantur fanterie et munitiones predicte, que galea de inde remanere debeat quia propter casus, qui occurrere poterunt multum est necessaria, sicut scribunt Rectores nostri Salonichi; Verum si patronus dicte galee, et homines qui ibunt, sive aliqui eorum, remanere vellent cum dicta galea in partibus illis, sit in eorum libertate, quibus solvetur pro tempore, quo stabunt et servient super ipsa 15 galea, Alii autem qui remanere non vellent vadant ad serviendum super galeis nostris culfi donec Venecias revertentur.

de parte 90
de non 1
non sinceri 0

20 (Reg.° 56, 1426–1428, c. 108).

908.

1427, 27 junii.

Ser Filippus de Canali iturus consiliarius Nigropontem sit ad conditionem aliorum habere debentium salaria sua.

Ser Franciscus Barbadico, consiliarius et ser Ludovicus Michael, caput 25 de XL.ta

Capta. — Quod vir nobilis ser Filippus de Canali, iturus consiliarius Nigropontis, qui restat habere de suo salario circa ducatos triginta, sit ad conditionem aliorum Rectorum debentium habere suum salarium ante suum recessum.

de parte . . . . . omnes.

30 (Reg.° 56, 1426–1428, c. 110).

Digitized by Google

909.

1427, 22 julii.

Regimen Nigropontis applicatis illuc ballistariis L qui illuc mittuntur, cassent totidem de aliis deinde.

Ser Johannes Pisani, Sapientes ordinum.

Capta. — Cum solidati sint ballistarii L pro mittendo Nigropontem: Vadit pars, quod mandetur Baiulo et Capitaneo Nigropontis, quod applicatis Nigropontem predictis L peditibus, debeat subito cassare totidem de stipendiariis nostris deinde existentibus, qui sibi insufficientiores et inutiliores videbuntur, ponendo hos, qui sibi mittentur loco dictorum cassorum, ne augeatur expensa nostro comuni.

de parte	omnes alii
de non	0
non sinceri.	2

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 111).

910.

1427, 24 julii.

Commissio viri nobilis ser Marci Miani oratoris ad dominum despotum grecorum.

Ser Paulus Corario, sapiens consilii.

Nos Franciscus Foscari, Dei gratia, Dux Venetiarum etc., Committimus tibi nobili viro Marco Miani dilecto civi et fideli nostro, quod ire debeas in nostrum solennem Ambaxatorem ad illustrem dominum Despotum Grecorum et ad partes Amoree, et in itinere cum applicueris Mothonum, Volumus, quod esse debeas cum castellano nostro illius loci, et ultra informationem per nos hic tibi datam, summere omnem informationem, quam habere poteris de juribus nostris que habemus in istis tribus locis, videlicet de Molines, S. Elie, et de Necline, pro quibus est differentia cum dicto domino Despoto, Similiterque te debeas informare de damnis illatis fidelibus nostris locorum de inde, et de locis de novo nobis occupatis, Et sumpta de predictis plenaria informatione, Te conferre debeas ad presentiam dicti domini Despoti, cui presentatis literis nostris credentialibus, quas tibi fecimus exhiberi, dicere et exponere debeas, quod tam literis castellanorum nostrorum Coroni et Mothoni, quam relationibus subditorum nostrorum, fuimus informati de damnis, incursionibus, et violentiis, que per gentes suas fiunt super territoriis nostris in partibus Amoree, de quo quidem dolemus et gravamur, et non immerito, maxime respectu bone vicinantie, que per nostros fit subditis suis, ac amoris amicitie et

Digitized by Google

benevolentie, que fuit inter ipsum, et totam illustrem domum suam et nostrum dominium, ac etiam favorem per nos impensorum ad predictam illustrem domum suam, Et hoc existimamus processisse propter occupationes, quas habemus in partibus de hinc, quibus speramus cum dei gratia presto ponere bonum finem, Et propterea rogamus Excellentiam suam, ut cum effectu providere velit quod gentes sue a talibus se abstineant, Ita, quod de cetero subditi nostri ab eis non molestentur Et insuper quod damna predictis subditis nostris illata per gentes suas integraliter emendentur et loca occupata nobis libere relaxentur, ut habeamus causam et materiam in bona amicitia et amore cum Excellentia sua perseverare, Et circa hoc uti debeas illis bonis et utilibus verbis, que tue sapientie videbuntur ad nostram intentionem obtinendam, Et si ad hanc nostram intentionem eum reducere poteritis, sumus contenti quod possis te componere cum eo pro dannis nostris illatis in illa summa, quam melius poteris solvenda in illis temporibus, que tibi convenientia videbuntur, et non possendo ad emendam eum reducere, sumus contenti, quod tu possis ei damna predicta remittere, promittente eo, et obligante se de cetero non inferre nec inferri permittere per suos damna aut molestia locis nostris.

Et si ipse dominus Despotus tibi responderet hoc fecisse, quia ei retinemus tria castra predicta, que diceret fore sua, et ei spectare, In hoc casu volumus quod sustinere debeas jura nostra cum illis rationibus que tibi videbuntur, secundum informationes, quas hic et in Mothono habueris, faciendo pro posse de reducendo ipsum ad intentionem nostram, de qua superius dictum est.

Quando vero per aliquem modorum suprascriptorum non posses secum esse concors, volumus ut ei dicas, quod nostra dominatio, que in cunctis occurrentibus deliberat non discedere a jure, Est contenta, quod hoc de jure videatur aut velit per Summum Pontificem aut per collegium cardinalium, aut per Magnificum dominum Mantue, qui est cognatus suus, Et quod dominatio nostra est contenta quod eligat illum, qui sibi videbitur ex predictis, Et contentante eo, promittat interim, quod causa pendet, non inferre molestiam locis nostris.

Et si ad predictum ipsum dominum Despotum reducere non posses, et sperares eum trahere per medium monete, contenti sumus quod expendas, quam minus poteris usque ad summam ducatorum duorummillium pro reducendo rem ad bonam concordiam, Et in hoc casu volumus, quod per instrumenta publica ipse dominus Despotus cedat omnia iura, que habere posset in dictis locis et veniendo ad conclusionem volumus, ut provideas accipere ad cambium denarios qui tibi neccessarii erunt occasione predicta.

Et si ad hoc etiam ipsum dominum Despotum reducere non posses, Volumus, quod ei dicere debeas, quod dominatio nostra hoc non sperabat ab Excellentia sua, Et quod tu vis redire ad nostram presentiam et nostro dominio reportabis id quod ab eo habuisti, Et sic recedere debeas inde et venire Mothonum ubi debeas diligenter informare de progressibus et condicionibus domini despoti de Larta, Et de omnibus informatus debeas in bona gratia repatriare.

Insuper volumus, quod si te reperies in loco, ubi sit dominus Despotus de Larta, debeas ad presentiam suam comparere, et ei presentatis nostris literis credentialibus, et factis salutationibus et oblationibus convenientibus, debeas sue Ma-

Digitized by Google

gnificentie dicere, quod alias dum ivissès ad eius presentiam pro causa condam viri nobilis ser Francisci Foscari tum fuisti cum Magnificentia sua vel suis concors, quod ipsa differentia videretur et definiretur per Summum pontificem vel deputatos ab eo quod postea observare noluit, et quia heredes dicti condam ser Francisci nichil aliud petunt, quam jus, que eorum petitio nobis videtur honestissima, Magnificentiam suam rogabis, quod velit esse concors cum dictis heredibus condam ser Francisci, aut contentari, quod ipsa differentia per Summum pontificem vel deputatos a Sanctitate sua de jure videatur et decidetur, ut jam contentus fuit, et audita responsione, dices, quod illam reportabis nostro dominio, Si autem non ires in loco, ubi esse despotus debeas literas nostras directivas dicto Despoto super hac materia, quas tibi fecimus exhibere, ipsi sue Magnificentie mittere.

de parte 16

Ser Robertus Mauroceno, ser Leonardus Mocenigo, procurator, ser Fantinus Michael, ser Antonius Contareno procurator, sapientes consilii, ser Johannes Pisani, sapiens ordinum.

Volunt, quod fiat commissio suprascripta in forma predicta exepto, quod nolunt capitulum quartum de expendendo ducatos duos mille.

de parte 59
de non 1
non sinceri. 3

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 112 t.° e 113).

911.

1427, 28 julii.

Ser Christoforus Duodo iturus Castellanus Coroni et Mothoni conduci possit cum cocha sua Coronum.

Sapientes consilii.

Capta. — Cum vir nobilis ser Christoforus Duodo iturus sit castellanus noster Coroni et Mothoni, et idem ser Christoforus vadat cum cocha sua, et supplicet, qood cum dicta cocha conduci possit Coronum, cum primo intrare debeat Regimen Coroni; Vadit pars, quod concedatur dicto ser Christoforo, quod cum dicta sua cocha conduci debeat Coronum, et de hoc sunt contenti patroni aliarum cocharum et ob hoc etiam evitabitur expensa, que sequitur nostro comuni in faciendo armare in Mothono galeotam cum qua castellani conducuntur Coronum.

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 115).

Digitized by Google

912.

1427, 11 augusti.

Ad viagium Mothoni et Candide deputentur galee quatuor cum condicionibus ibi notatis.

Ser Johannes Pisani, sapiens ordinum.

5 Vult quod ad dictum viagium deputentur galee tres, quibus sunt obligate omnes species, que reperientur in Mothono et Candida, non derogando tamen per hoc in aliquo parti capte die XX Junii in hoc consilio circa factum navigandi, habeant ballistarios XIII populares, et 2 nobiles, vadant Mothonum et Coronum, Stando in quolibet dictorum locorum die uno, postea Candidam. et ibi levent spe-
10 cies, et alia que levare poterunt, ubi stent diebus sex, postea redeant Mothonum, et ibi levent species, et omnia que sibi consignabuntur ibi, stando diebus octo non computatis diebus accessus et recessus, Nec vadant Rodum, Teneanturque recedere usque XV septembris, et possint caricare usque ad ultimum diem recessus, In reliquis autem vult prout volunt quatuor Sapientes consilii, videlicet in facto nabu-
15 lorum et electionis et conditionum, Capitanei ipsarum galearum, et aliis contentis in parte ipsorum, Cum hac tamen additione videlicet, Et ex nunc autoritate huius consilii mandetur patronis nostri arsenatus, quod solicite in ordine poni facere debeant tres galeas de mensuris Flandrie, que mittantur Mothonum ad Navarescam per illum modum, qui collegio videbitur, Nam cum ipse galee fuerint parate provi-
20 debitur de expeditione ipsarum prout isti consilio videbitur, declarando quod nabula ipsarum debeant dari et respondi dictis patronis arsenatus.

de parte 14
de non 0
non sinceri 3

25 (Reg.° 56, 1426-1428, c. 118 t.°).

913.

1427, 17 augusti.

Incantus trium galearum ad viagium Mothoni, Coroni, et Candide.

Sapientes consilii et ser Johannes Pisani, sapiens ordinum.

Capta. — Cum per ea que comprehendi potuerunt pridie super incantu quatuor
30 galearum pro viagio Mothoni et Candide non sit possibile reperire patronos pro ipsis quatuor galeis, Et conveniens sit se adaptare et providere secundum conditiones temporum, propterea, Vadit pars, Quod in nomine Yhesu Christi, et in bona gratia ad viagium Mothoni, Coroni, et Candide, deputentur galee tres de mensuris

Digitized by Google

Flandrie, que dari debeant et deliberari per incantum secundum usum, quibus quidem galeis ex nunc obligate sint usque ad eorum integrum caricum omnes species, que usque ad recessum dictarum galearum de Candida et Mothono reperientur in dictis locis, et etiam que conducte fuerint ad ipsa loca cum navibus nostris Sirie et Alexandrie deputatis ad illud viagium. 5

Et eligatur Capitaneus dictarum galearum per quatuor manus electionum in majori consilio, qui Capitaneus sit cum salario, et omnibus aliis conditionibus, quas soliti sunt habere Capitanei galearum Alexandrie.

Et sint dicte galee ad unum denarium in facto nabuli eundo et redeundo.

Et debeant dicte galee habere solum duos nobiles ballistarios pro qualibus et 10 decem populares, et habeant dicti ballistarii nobiles illud salarium, quod soliti sunt habere ballistarii nobiles galearum Alexandrie, Et insuper debeant dicte galee levare in Mothono quindecim ballistarios pro galea, ex illis LXXXX ballistariis navium Baruti, quibus solvere debeant pro tempore quo stabunt in galea.

In facto autem Admiratis, Comitorum, patronorum, juratorum, scribarum, et 15 aliorum hominum salariatorum galearum, et similiter hominum a remo, debeant esse dicte galee ad conditionem galearum Alexandrie, dando tamen hominibus pagam solum duorum mensium.

Ire debeant primo Mothonum et Coronum in quibus locis stare debeant una die pro loco, et discaricare id quod habebunt pro ipsis locis, Et postea vadant 20 Cretam, et ibi stare debeant diebus sex et levare species, et alias dictis galeis per modum predictum obligata, Et deinde venire Mothonum, ubi similiter levent species, et alia sibi obligata, ut supra, Stando similiter Mothonum diebus sex.

Habeant de nabulo de his que levabunt hic pro Mothono, Creta, et aliis partibus Romanie basse illud nabulum, quod habere sunt solite galee Baruti et Alexan- 25 drie, In reditu autem suo habeant de rebus, quas conducent de Mothono et Creta tria quinta nabuli.

Et teneantur dicte galee recedere die duodecimo Septembris proximi, et possint carricare usque ad ultimum diem sui recessus, Et sit dictus terminus recedendi ultimus et peremptorius, Et non possit amplius elongari, suspendi, aut declarari sub 30 pena ducatorum V centum pro quolibet ponente vel consenciente partem in contrarium, que pena committatur exigenda nostris advocatoribus comunis habentibus partem ut de aliis sui officii.

Et quia tenendum est, quod remanebit rata a dictis galeis, ex nunc captum sit, quod capta presenti parte, mandetur patronis nostri arsenatus, ut poni faciunt 35 in ordine tres galeas de mensuris Flandrie, que mitti debeant Mothonum ad Navarescham per illum modum, qui videbitur Collegio, ad levandum ratam predictam.

Et si oneratis dictis tribus galeis, que mittentur ad Navarescham remanebit in Mothono rata ab eis, debeat ipsa rata conduci Venetias per naves nostras Sirie et Alexandrie, que naves habeant de ipsis a Mothono citra unum quartum nabuli, 40 quoniam pro speciebus quas conducent de partibus Levantis ad ipsa loca habent duo quinta, verum si galee Romanie in earum reversione reperient dictas species et poterunt illas levare, In hoc casu non conducantur cum ipsis navibus, sed conduci debeant per ipsas galeas Romanie habendo a Mothono citra de eis medium nabulum.

Digitized by Google

Et si coche nostre Syrie et Alexandrie non applicuissent ad loca Candide et Mothoni usque ad ultimum diem recessus galearum predictarum de dictis locis, Quod in hoc casu ipse galee non possint recedere de Mothono quousque dicte naves nostre applicuerint Mothonum, excepto quod si haberent earum carricum.

5 de parte 69
de non 3
non sinceri 0

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 119 e 119 t.°).

914.

1427, 13 septembris.

10 *Commissio ser Antonii Diedo Capitanei galearum ad viagium Mothoni, Coroni, et Candide.*

Ser Iohannes Pisani, sapiens ordinum.

Capta. — Nos Franciscus Foscari Dei gratia, Dux Venetiarum etc., Committibus tibi nobili viro Antonio Diedo dilecto civi fideli nostro, Quod de nostro 15 mandato ire debeas Capitaneum trium galearum deputatarum ad viagium Mothoni, Coroni, Candide, quas galeas cum hominibus, mercantiis, et bonis in eis existentibus reges et gubernabis ad honorem nostri dominii et comunis Venetiarum, ministrando jus et justiciam in civilibus et criminalibus omnibus hominibus dictarum galearum, sicut tibi secundum Deum, justiciam, et honorem nostrum videbitur.

20 Cum dictis galeis ire debeas Corphoy et ibi discaricare mercationes, ibi discarricandas et expeditus, de Corphoy ire debeas Mothonum et Coronum, in quibus locis stare potes diebus duobus scilicet pro quolibet loco uno die pro discarricando illas mercationes, que erunt in dictis galeis pro locis illis, Et postea ire debeas in Candidam ubi stare debeas diebus sex, et non ultra pro levando species, et alia 25 dictis galeis obligata, sicut distincte contineri videbis in copia incantus dictarum galearum, quam fecimus tibi dari, Et cum in Candida omnia super dictis galeis fuerint carricata venire debeas Mothonum, et similiter ibi caricari facere super galeis tibi commissis species et alia, que ibi erunt et obligata sunt dictis galeis juxta formam dictis incantus, possendo stare pro dicta causa in Mothono diebus sex et 30 non ultra, Et expeditus de Mothono redire debeas cum ipsis galeis Venetias cum omni possibili solicitudine habendo semper bonam considerationem, et advertentiam ad salutem et conservationem dictarum galearum, hominum, mercationum, et bonorum omnium existentium in eisdem.

Insuper debeas observare in tenendo galeas tibi commissas fulcitas hominibus 35 de remo et de pede, Commissionem Capitanei nostri Alexandrie.

de parte 79
de non 0
non sinceri 0

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 124 t.°).

Digitized by Google

315.

1427, 13 septembris.

Supradictus capitaneus et patroni galearum viagii Mothoni, Coroni et Candide recedant sub pena.

Ser Johannes Pisani, sapiens ordinum.

Capta. — Cum elapsus sit terminus ad quem tenebantur recedere galee tres iture ad viagia Mothoni, Coroni et Candide, et bonum ymo neccessarium sit providere, quod dicte galee recedant et vadant in bona gratia ad exequendum viagium suum; Vadit pars, quod autoritate huius consilii injunctum sit Capitaneo dictarum galearum et patronis, Quod recedere debeant de Venetiis cum galeis sibi commissis die XVIII presentis mensis et ire ad suum viagium sub pena ducatorum quingentorum Capitaneo, et ducentorum pro quolibet patronorum in suis propriis bonis, quas exigant advocatores comunis, habentes partem ut de aliis sui officii, et sit terminus peremptorius, qui non possit elongari ulterius sub pena ducatorum ducentorum pro quolibet ponente vel consenciente partem in contrarium, que pene similiter commisse sint et exigantur per advocatores comunis ut supra.

de parte 78
de non 3
non sinceri 1

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 125).

916.

1427, 24 settembris.

Tres galee grosse que ad Navarescam debebant mitti Mothonum non mittantur, Et tres supracommitti culphi revertantur Venetias ad disarmandum, debeantque Castellani nostri deinde providere quod species conducant cum navibus in modis et ordinibus ibi notatis.

Capta. — Cum provisum fuerit, quod mitterentur tres galee grosse Mothonum ad Navarescam, pro conducendo Venetias species, que conducerentur cum navibus, que galee nondum sunt expedite, nec videtur modus, quod possint expediri usque ad plurimos dies, unde verisimiliter est credendum, quod ipse galee non erunt Mothoni fortasse ad diem XV vel XX novembris, Ita quod dici potest, quod oportebit quod revertantur in corde hiemis, Etiam, considerato quod ad expediendum istas galeas, expendentur circa II mille ducatos, Et etiam si ille tres galee Culphi, qua-

Digitized by Google

rum zurme debent ascendere super his tribus galeis grossis in redditu debent ascendere super tribus galeis grossis in reditu debent stare ibi tanto tempore ad expectandum, nostrum comune recipiet damnum fortasse V mille ducatorum, Et propter hos respectus, ac etiam ut mercatores possint habere eorum species ad tempus, bonum est providere, Et etiam, quia posset occurrere, quod dicte galee reverterentur vacue, quoniam fortasse potuisset esse, quod facte non fuissent mercationes in partibus Soldani, Et ex hoc nostrum comune veniret recipere aliud damnum aliorum IIII mille vel V mille ducatorum;

Vadit pars, quod iste tres galee grosse non debeant mitti, Et mandetur illis tribus patronis galearum Culphi, qui debebant ascendere super his tribus galeis grossis, quod recepto nostro mandato in bona gratia revertantur ad disarmandum, non obstante alio ordine vel mandato, quod hactenus factum esset. Scribaturque et mandetur Castellanis nostris Coroni et Mothoni, Quod applicatis illuc navibus nostris, que conducent species, debeant mandare illis parte nostri dominii, quod carricatis primo illis tribus galeis, que iverunt ad levandum species, vel dimissis in terram in Mothono tot speciebus, quod ipse galee habeant carricum suum, Postea ipse naves veniant directe Venetias, cum omnibus speciebus, quas habebunt, declarando eis, quod naves habere debeant de nabulo a Mothono usque Venetias grossos viginti pro quolibet collo de Alexandria, et grossos X pro quolibet collo de Baruto, Et residuum nabuli quod solvi debuisset galeis armatis veniat in nostrum commune, et iste pecunie dentur patronis nostri arsenatus pro factis nostri comunis, que ibi fieri habent.

Et insuper sicut jam captum est, mandetur nobili viro ser Andree Mocenigo Capitaneo Culphi, quod Venetias revertatur ad disarmandum.

Mandetur etiam Capitaneo Cocharum, Quod quando dicte naves intraverint in Culfum nostrum, Omnes sint in sua libertate veniendi ab beneplacitum suum Venetias.

Et mandetur etiam Castellanis Coroni et Mothoni, quod dividi faciant collos inter dictas naves equaliter per ratam, secundum qualitatem et portatam navium, quanto melius poterunt.

de parte . . . . . 40.

Ser Johannes Pisani, sapiens ordinum, vult partem per totum salvo,

Quod species suprascripte, que de Mothono Venetias conducentur cum navibus solvere debeant duo quinta nabuli, quod solvisset galeis armatis de Levante Venetiis, Ex quibus duobus quintis, unum quintum sit dictarum navium, et aliud quintum sit nostri comunis, et pecunie huius quinti dentur patronis nostri arsenatus pro factis illius domus.

de parte 27
de non 5
non sinceri. 2

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 126).

Digitized by Google

917.

1428, 22 aprilis.

Castellani Coroni et Mothoni pro reparacione castrorum portus Zonchi, et duorum aliorum castrorum districtus Mothoni possint expendere ducatos centum.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum Castellani nostri Coroni et Mothoni inter cetera suis literis a nostro dominio instantissime requisiverint licentiam expendendi de pecuniis nostri comunis pro necessaria reparatione et fortificatione castrorum portus Zonchi, et aliorum duorum castrorum districtus Mothoni, suis literis expressorum; Vadit pars, quod autoritate huius consilii detur licentia dictis castellanis nostris expendendi de nostri comunis pecunia, pro dictis reparationibus fiendis in dictis castris, usque ad quantitatem ducatorum centum auri parsimonizando, tantum quantum cum honestate poterunt.

de parte 106
de non 0
non sinceri. 1

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 181).

918.

1428, 18 maii.

Baiulus et capitaneus Corphoy de introitibus datii vini a spina solvat Georgio Sothoremeno de Corphoy.

Consiliarii.

Capta. — Cum fidelis noster Georgius Sothoremeno de Corphoy habere debeat a nostro comuni ducatos LXXXXVIII vel circa, prout aparet per quandam literam cambii, factam per castellanos nostros Coroni et Mothoni pro frumento et farina a dicto Georgio receptis, Et dictus Georgius sit contentus recipere dictam pecuniam in Corphoy; Vadit pars ut dictus pauper homo suam pecuniam habere possit, cum a Camerariis nostris comunis nullum denarium habere possit, quod dicta litera cambii mittatur ad solvendum Baiulo et Capitaneo Corphoy, cui mandetur expresse quod illam persolvat quanto citius poterit de introitibus nostris de inde datii vini a spina.

de parte. 98
de non 3
non sinceri 6

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 185 t.°).

Digitized by Google

919.

1428, 31 maii.

Quid scriptum fuit baiulo et capitaneo Corphoy, propter modum servatum in non permittendo extrahi frumentum emptum pro conducentibus in Cretam.

Consiliarii.

5 Capta. — Cum Regimen nostrum Crete per suas literas denotaverit nostro dominio, quod miserunt Corphoy nuncium suum pro emendo frumentum pro ubertate Insule nostre Crete, quod frumentum emptum Baiulus et Capitaneus noster Corphoy, extrahere non permisit, et oportuit, quod navigia redirent in Creta vacua, et habuerunt nabula sua, cum magno damno nostri comuni, que nabula deberet 10 solvere dictus Baiulus, postquam eius defectu processit, et cum naulizaverint Johannem Androni pro caricando frumentum in Corphoy, per dictum suum nuncium emptum, dignemur mandare dicto nostro Baiulo, quod permittat nuncium suum frumentum, per eum emptum, super dicto navigio carricari; Vadit pars, quod scribatur dicto nostro Baiulo et Capitaneo Corphoy, quod multum nobis displicet modus 15 per eum servatus, in non permittendo nuncium Regiminis nostri Crete frumentum emptum in Corphoy caricare, et permiserit navigia vacua in Cretam redire, quibus oportuit nabula sua de vacuo solvere, que ipse Baiulus solvere deberet, postquam defectu suo hoc processit, Quod sub pena ducatorum quingentorum in suis propriis bonis permittat nuncium Regiminis nostre Crete caricare super dicta navi Johannis 20 Androni, vel super alio navigio frumentum per eum emptum, ut dicta navis non redeat in Cretam vacua pro comodo nostri dominii.

de parte . . . . . omnes.

(Reg.° 56, 1426-1428, c. 192).

920.

1428, 7 junii.

25 *Regimen Corphoy mittat salem Scutarum de tempore in tempus, ut ibi.*

Sapientes ordinum.

Capta. — Quia ob defectu salis, qui fuit iam longo tempore in Durachio, alias ordinatum fuit, Quod Comes et Capitaneus Scutari posset mittere acceptum de sale Corphoy pro fulcimento Scutari, Quod autoritate huius consilii scribatur, et man- 30 detur Baiulo et Capitaneo Corphoy, et Successoribus suis, quod ad omnem requisitionem Comitis et Capitanei Scutari, et Successorum suorum, ipsi debeant dare

Digitized by Google

eis illam quantitatem salis, quam requiret, absque eo quod dicti Comes, et Capitaneus Scutari, et Successores mittant dictis Baiulo Corphoy, pecuniam pro solutione salis, quem de tempore in tempus mittent illuc acceptum, Verum debeat Baiulus et Capitaneus Corphoy tenere ordinatum computum de toto sale, quem de tempore in tempus dabunt predicto Comiti et Capitaneo Scutari ad suam requisitionem, quem computum mittere debeat Venetias officialibus rationum, solvente dicto Rectore Scutari nabulum navigiorum conducentium salem predictum, Et teneantur dicti Comes et Capitaneus Scutari, sive Camerarius et Castellanus Scutari designare bonum computum ordinate hic Venetiis nostris officialibus rationum veterum de receptione et administratione dicti salis.

de parte 110
de non 9
non sinceri 2

(Reg.° 57, 1428-1430, c 4 t.°).

921.

1428, 14 junii.

Quid captum fuit debere dici oratori domini despoti Janine, pro causa heredum condam ser Francisci Foscari.

Sapientes consilii.

Capta. — Cum dudum fuerit, et sit quedam differentia inter Magnificum dominum despotum Janine ex una parte, et quodam virum nobilem, ser Franciscum Foscari, seu inter filios et heredes suos ex altera, pro quodam castro nuncupato el Dragomesto, quod alias datum fuit in dotem ipsi ser Francisco, pro qua causa pluries, et per literas et per ambaxatores et nuncios intercessimus apud dictum despotum, ut idem civis noster ius suum consequi posset, et commisimus alias viro nobili ser Marco Miani, quem misimus oratorem ad dictum dominum despotum, ut super hac re efficaciter intercederet, qui nobis scripsit habuisse responsum, quod ipse dominus despotus contentus erat stare iuri, aut in romana curia, aut in curia regni Apulee, ubi placeret dicto ser Francisco, Ob quam causam licet jura civis nostri essent ita clara, quod non indigebant alia declaratione, tamen pro honestate acceptatum fuit judicium pape seu collegii Reverendissimorum dominorum Cardinalium, Fuitque scriptum dicto domino despoto, quod placeret mittere ex suis ad romanam curiam, quia civis noster similiter mitteret, ut differencia ista deffiniretur, Sed postea idem despotus non considerans honorem suum, nec debitum juris et honestatis mutavit propositum, et nunquam fuit modus, quod voluerit mittere ad romanam curiam, Imo negat unquam dixisse hoc, et modo per unum modum, modo per alium jamdudum traxit rem istam in longum, et trahere nititur absque alio

Digitized by Google

respectu juris vel honoris nostri dominii, et sui, in grave damnum, et preiudicium nobilium civium nostrorum filiorum et heredum dicti condam ser Francisci, circa quam materiam pro debito iuris et iusticie, ac pro honore nostro providendum est, quoniam si dicti Cives nostri non habebunt alium favorem vel subsidium a nostro dominio remanebunt ex toto eorum bonis et juribus spoliati; Vadit pars, quod isti oratori prefati domini despoti, hic presentialiter existenti, iterato dicatur hoc factum cum verbis et modis ad materiam pertinentibus, et quod dicat domino suo parte nostra, quod licet jura Civium nostrorum clarissima sint, tamen pro servanda honestate, et sequentes petitum, quem elegerunt, datum ac propositum per suam Magnificentiam contenti sunt mittere ad romanam curiam, ubi res ista deffiniatur, et quod placeat sue Magnificentie usque per totum mensem decembris proxime futuri mittere pari modo ad romanam curiam aliquem vel aliquos de suis juribus informatos, ubi erunt etiam aliqui pro dictis civibus nostris, Ita quod huic differentie finis debitus imponatur, Et disponente eo mittere, adviset nos de tempore, quo sui ibi erunt, ut similiter Cives nostri ibi esse possint aut mittere eodem tempore. Si vero mittere recusabit infra dictum terminum, Ex nunc sibi declaramus, quod nos, qui non possumus, nec debemus civibus nostris ius et justiciam denegare, providebimus ad satisfationem eorum in bonis prefati domini despoti vel subditorum suorum ubicumque de eis poterunt reperiri, Et ex nunc sit captum, quod recusante dicto despoto dare dictum castrum Dragomesto prefatis civibus nostris, aut recusante eo judicium Pape seu romane curie, aut non mittente ad dictum terminum ad judicium in romana curia ut prefertur, intromitti et accipi debeant de bonis suis, seu subditorum suorum, ubicumque poterunt reperiri, usque ad valorem eius, quod habere debent dicti Civis nostri, quibus fiat solutio et satisfatio de bonis illis, sicut est debitum et honestum, ut amodo his factis conclusio imponatur, et ut cives nostri, contra jus, et honestatem tanto tempore fatigati, eorum debitum consequantur.

de parte	82
de non	4
non sinceri	3

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 8).

922.

1428, 14 junii.

Castellani Coroni de cetero quando exibunt de regimine pro veniendo Mothonum possint venire per terram et per aquam.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum alias antequam castrum Grisi perveniret ad manus nostri do-

Digitized by Google

minii, ordinatum et captum fuerit, Quod castellani nostri Coroni et Mothoni, quando cambiebantur de Corono Mothonum, nullo modo deberent venire per terram, sed per mare, et hoc pro evitandis periculis, que potuissent eis occurrere, respectu, Quod dictum castrum Grisi, quod est in medio vie non erat dominii nostri, Et a pluribus annis citra cessaverit causa dicte prohibitionis, quia castrum Grisi nostrum est, Et prout est manifestum dicta via maris sit periculosissima propter fustas et ligna Teucrorum, que ab aliquo tempore citra ceperunt se nutrire in aquis Coroni et Mothoni, quibus de causis omnino neccessarium est providere tutele dictorum nobilium, prout etiam presentes Castellani nostri dictorum locorum pluribus suis literis a dominio humiliter requisiverunt; Vadit pars, quod dictus ordo alias super inde editus, revocetur in tantum, Quod ipsi Castellani nostri suique Successores possint de cetero, dum exibunt de regimine Coroni venire Mothonum, tam per viam terre, quam per viam maris, prout eis melius et securius videbitur, venientibus ipsis ad omnes suas expensas proprias.

de parte 78

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 10).

923.

1428, 28 julii.

Concessum ser Bernardo de Musto potestati et capitaneo Neapolis Romanie, quod pecunias sibi superhabundantes a regimine suo de salario et equorum possit investire ut ibi.

Consiliarii.

Capta. — Quod concedatur nobili viro Bernardo de Musto, Potestati et Capitaneo Neapolis Romanie, sicut est solitum concedi Rectoribus nostris dicti loci, quod pecunias, que sibi supererint a Regimine suo de salario suo, et venditione suorum equorum, possit investire seu investiri facere in mercationibus pro conducendo Venetias, per duos menses ante finem sui regiminis.

de parte 90
de non 11
non sinceri 0

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 24 t.°).

Digitized by Google

924.

1428. 27 augusti.

Commissio ser Johannis Corario ambasiatoris ad partes Amoree.

Sapientes consilii et ser Alexander Marino, sapiens ordinum.

Nos Franciscus Foscari, Det gratia, Dux Venetiarum. — Committimus tibi nobili viro Johanni Corario, dilecto civi et fideli nostro, quod debeas ire in nostrum honor Ambaxiatorem ad partes Amoree, et in itinere tuo cum applicueris Mothonum, volumus quod esse debeas cum Castellano nostro illius loci, a quo ultra informationem per nos tibi hic in scriptis datam, sumere debeas omnem informationem, quam habere poteris de juribus nostris que habemus in istis tribus locis, videlicet de Molines, Sancte Elie, et de Neclines, et in omnibus aliis locis pro quibus est differentia cum domino Despoto, Similiterque te debeas informare de damnis illatis fidelibus nostris locorum de inde in casalibus et possessionibus suis, et de locis de novo nobis occupatis, Et habita de predictis plenaria informatione, te conferre debeas primo ad presentiam Serenissimi domini Imperatoris Constantinopolis, si ibi erit, cui presentatis nostris literis credulitatis quas tibi fecimus exhiberi, et factis debitis et convenientibus salutationibus et oblationibus, sicut honori suo et nostro videbis convenire, debeas exponere, quod anno elapso informati tam ex literis Castellanorum nostrorum nostrorum Coroni et Mothoni, quam relationibus subditorum nostrorum de damnis, incursionibus, et violentiis, que per gentes fratris sui domini Despoti super territoriis nostris in partibus Amoree illate fuere, Misimus ad presentiam dicti domini Despoti virum nobilem ser Marcum Miani Ambassiatorem nostrum causa habendi satisfactionem et compositionem dictorum dannorum, et pro imponendo aliquod bonum medium, ac remedium differentiis, quas cum eo Dispoto habebamus. Et credebamus, quod per missionem ipsius nostri Ambassiatoris, differentie omnes predicte tollerentur, Sed, sicut manifestum est, dictus noster Ambaxiator redivit sine aliqua conclusione, ymo, quod peius est, post predicta damna, multa alia damna secuta sunt, in maximum damnum et detrimentum locorum et subditorum nostrorum, de quibus quidem dannis vehementer dolemus et gravamur, et non immerito, maxime respectu bone vicinantie, que per nostros fit subditis suis, ac amoris, amicitie, et benivolentie, que fuit inter ipsum et totam Illustrissimam domum suam, et nostrum dominium, ac etiam favorem, per nos impensorum predicte Illustrissime domui sue. Quare continuantes secum in bono et perfecto amore et benivolentia deliberavimus mittere te ad suam presentiam et rogare Serenitatem Suam, ut dignetur providere quod gentes sue, et fratris sui domini Dispoti, ab hujusmodi dannis et violentiis se abstineant, Ita quod de cetero nec subditi, nec loca nostra molestentur ab eis, Et insuper quod damna predictis subditis nostris illata per gentes suas, et fratris integraliter emendetur, et loca occupata nobis libere relaxentur, ut habeamus causam et materiam in bona amicicia et amore cum Serenitate sua et

Digitized by Google

fratre suo perseverare, Et circa hoc debeas uti illis bonis et utilibus verbis, que tue sapientię videbuntur ad hanc nostram intentionem obtinendam.

Et similiter volumus quod predicta omnia exponere debeas dicto Dispoto predicto in omnibus et per omnia sicut expones dicto domino Imperatori.

Et si ad hanc nostram intentionem illos reducere poteris, sumus contenti, quod 5 possis te componere pro damnis illatis nostratibus in illa summa quam melius poteris, solvenda in illis temporibus, que tibi convenientia videbuntur.

Et si predicti domini Imperator et Dispotus tibi responderent hec damna illata fuisse nostratibus, quia sibi retinemus predicta tria castra, et alia loca que dicerent et allegarent fore sua et eis spectare, In hoc casu volumus, quod sustinere debeas 10 jura nostra cum illis rationibus, que tibi videbuntur, secundum informationes, quas hic et in Mothono habueris, faciendo pro posse de reducendo ipsos ad intentionem de qua superius dictum est.

Quando vero per aliquem modorum suprascriptorum non posses esse secum concors, Volumus, ut eis dicas quod nostra dominatio, que in cunctis occurentibus 15 deliberat non discedere a iure, est contenta, quod hoc de jure videatur, aut velint per Summum pontificem, aut per collegium dominorum Cardinalium, aut per Magnificam Comunitatem Florentie, aut per collegium Studii bononiensis; Et si de aliquo istorum non essent contenti, et vellent, quod dominus Georgius de Vulcho esset judex in hac causa, Sumus contenti, quod dictus dominus Georgius sit judex, 20 Sed quod promittant interim, quo causa pendet, non inferre molestiam locis et subditis nostris, et quod restituantur loca nobis ablata, et occupata per eos.

Et si facta per te omni possibili experientia ipsos dominos ad predicta reducere non posses, et sperares ipsos trahere per viam remissionis partis vel omnium damnorum, sumus contenti, quod remittas sibi partem predictorum dannorum vel in 25 totum, sicut melius facere poteris pro comodo et utili fidelium nostrorum damnificatorum; Et in casu quo aliter facere non posses, et esses requisitus de faciendo talem concordium per medium monete, Sumus contenti, quod apud remissionem dictorum dannorum possis expendere quam minus poteris ad partem ad partem usque ad summam ducatorum triummilium vel eorum valorem, sicut melius facere 30 poteris pro avantagio nostri comunis facientibus predictis nobis cessionem in quolibet casuum predictorum vel concessionem de castris et locis nobis datis per principem Achaie, et jurisdictionibus eorum libere, prout habuimus a predicto domino principe Achaie. Et quod per instrumenta publica ipsi domini cedant omnia jura que habere possunt in dictis locis, Et veniendo ad conclusionem, volumus, quod 35 provideas accipere ad cambium denarios, qui tibi necessarii erunt occasione predicta, tamen habeas advertentiam, quod promissionem aliquam non facias de dicta pecunia nisi prius fueris requisitus. Et quia sunt de fidelibus nostris, qui habent certa pheuda et beneficia in jurisdictionibus eorum dominorum, volumus quod in dicto concordio ponas, quod subditi et fideles nostri gaudeant pheudis beneficiis et 40 possessionibus et aliis bonis suis, que haberent in locis suis.

Si vero in dictis practicis per eos tibi fieret aliqua mentio de claudendo murum Eximilie, et quod vellent quod dominatio nostra contribueret ad expensam, debeas ad hoc respondere, quod super hoc nullum habes mandatum, Sed speras facta com-

Digitized by Google

positione et concordio de aliis rebus, et mittentibus ipsis dominis ad nostram presentiam suam ambaxiatam, quod dominatio nostra reducetur ad faciendum illas res, que erunt juste et rationabiles.

Et in casu quo venires ad aliquod concordium per modos dictos superius, cum suprascriptis dominis, volumus quod subito per plures literas scribere debeas, et advisare baiulum nostrum Constantinopolis de concordio secuto, ut ipse Baiulus informatus sciat quid debeat observare in hac re propter mandata nostra, que tibi fecissemus.

Verum si predictos dominos ad aliquod concordium, sicut superius dictum est, reducere non posses, volumus, quod eis dicere non debeas quod dominatio nostra, que semper dilexit illos, et suam Excellentissimam domum, non sperabat ab excellentiis suis talem responsionem habere, que nobis ultra modum erit molesta, consideratis dannis, violentiis, et novitatibus illatis fidelibus et locis nostris, quas nullo modo poterimus tollerare, Et propterea redibis ad nostram presentiam, et nostro dominio reportabis id quod ab eis habuisti, et quod dominatio nostra, que hactenus pertulit hujusmodi novitates et molestias non poterit aliter facere coacta ex debito honestatis et justicie, que est a parte nostra, quod providere per illos modos et vias, qui et que nobis condecentes, et expedientes videbuntur, et sic recedere debeas de inde et venire Mothonum, Et postea de omnibus novis et conditionibus illarum partium plene informatus, debeas in bona gratia reverti Venetias.

Et quia occurrere posset quod in partibus Amoree non esset dominus Imperator predictus, volumus, quod suprascriptam commissionem exequi debeas cum Dispoto Misistre non obstante absentia dicti Imperatoris.

Preterea volumus, quod quando eris in dictis partibus Amoree, debeas te caute et secrete informare, si disponeremus illuc mittere gentes in casu quo non possemus esse concordes cum predictis dominis, quot gentes armigeras et quot pedites esset necessarium illuc mittere ad guerizandum, et in quibus locis commode et habiliter possent stare, et de quantitate straminis, que haberi posset, et unde haberi posset, et similiter victualia pro dictis gentibus et si dicte gentes poterunt esse fortes in Campo, et ad quem locum in casu necessitatis se reducere possent, et in quo tempore dicte gentes illuc mitti possent, Et denique de omnibus ad hanc materiam pertinentibus debeas te ad plenum informare, et dum redibis Venetias particulariter et distincte dominium nostrum informabis.

Verum volumus quod quando in isto tuo itinere applicueris Corphoum, debeas te diligenter informare, si dominus Imperator aut dominus Dispotus erunt castramentati ad Civitatem Patrasii, et si erunt ad campum circa dictam Civitatem, debeas ibi in Corphoy expectare Capitaneum nostrum generalem Maris, cum quo volumus, quod vadas Patrassium ad exequendam presentem commissionem, sicut per eumdem Capitaneum tibi dabimus in mandatis. Et si sentires ipsos dominos, aut aliquem ipsorum non esse ad campum ad dictam Civitatem, volumus, quod sequi debeas iter tuum versus Mothonum, et ad partes Amoree, et exequi sicut superius tibi committimus.

Ceterum quia fideles cives nostri Mothoni Albertus et Andronandinus de Justis fratres passi sunt aliqua damna illata a gentibus et fustis dictorum dominorum, tam

Digitized by Google

per terram, quam per aquam, in multis mercationibus suis, sicut per eorum informationem videre poteris, volumus, quod debeas procurare omnibus modis tibi possibilibus apud dictos dominos satisfactionem, seu restitutionem dictarum mercationum et bonorum, Et quia dicti fratres videntur esse debitores in pecunia et rebus que penes eos sunt aliquibus suis Subditis, et specialiter uni qui fuit principalior ad faciendum dicta damna, qui petere possent sibi jus ministrari contra dictos fratres, volumus, quod esse debeas cum Castellano nostro Mothoni, et sibi dicere, quod si predicti Subditi dictorum dominorum peterent sibi ministrari jus et justiciam contra dictos fratres, debeat sic dissimulare, et illos ducere cum bonis verbis, et nichil innovare contra dictos fratres, donec videatur si sequeretur aliqua concordia, et in casu quo fieret aliqua concordia tunc dictus Castellanus debeat ministrare sibi jus et justiciam contra ipsos fratres, Si autem aliqua concordia non sequeretur, tunc res et denarii, qui sunt penes ipsos fratres, de ratione Subditorum ipsorum dominorum, debeant remanere sequestratos penes ipsos fratres.

Item quia quidam Nicolaus Contareno, civis et fidelis noster Mothoni, passus est certa damna pro vinis et aliis rebus suis, quas mittebat Corphoum, et que ex tempestate maris, postea ablate fuerint per dominum principem Achaye, et ejus Subditos, sicut per ipsius Nicolai informationem, quam facies tibi dari Mothoni, poteris intueri, volumus, quod debeas sibi principi scribere vel mittere aliquem ad eum sicut melius facere poteris, et procurare integram satisfactionem dicti nostri civis, Et in casu quo dictus dominus princeps nollet facere dictam restitutionem, Sumus contenti et sic dicere debeas Castellano nostro Mothoni, quod ministret jus et justiciam dicto Nicolao contra bona cujusdam Ebrei subditi domini principis predicti, que sequestrata ibidem fuerunt occasione dictorum damnorum, Et istud idem, quod dicimus de predictis dannificatis, quod observes, debeas observare erga omnes alios nostros fideles quos sentires fuisse dannificatos per hunc modum.

de parte . . . . . 50.

Ser Franciscus Lauredano, sapiens terrarum acquisitarum de novo.

Capta. — Vult commissionem suprascriptam in totum et per totum, excepto, quod non vult quod expendat aliquam pecuniam pro castris et locis, que habuimus a domino principe Achaye, Sed solum remittantur damna, cum aliis modis in capitulo annotatis.

Et quod aptetur, quod in casu quo dictus Ambaxiator non veniret ad aliquod concordium, dictus Ambaxiator dictis dominis dicere debeat, quod nostra dominatio non sperabat talem responsionem ab eis habere, et quod omnia que ab eis habuerit, reportabit nostro dominio, quod providebit, sicut sibi videbitur.

de parte 66
de non 0
non sinceri 7

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 33 t.° e 35).

Digitized by Google

925.

1428, 31 augusti.

Ser Jacobus Georgio iturus potestas et capitaneus Neapolis Romanie levetur super galeis grossis, et conducatur usque Mothonum.

Sapientes ordinum.

5 Capta. — Cum vir nobilis ser Jacobus Georgio condam ser Fantini militis, iturus potestas et Capitaneus Neapolis Romanie debebat ire cum galeis Alexandrie usque Mothonum, cum quibus si ivisset, ivisset multum ante tempus, cum precessor suus compleat XXVII.° novembris; Vadit pars, considerato, quod dictus noster nobilis non habet aliud passagium, quod concedatur dicto nobili nostro, quod cum 10 sua familia, et arnesiis, levetur, super galeis nostris grossis disarmatis, et conducatur usque Mothonum, sicut concessum fuit viro nobili ser Paulo Aurio, qui ivit Capitaneus Salonichi, eo solvente ducatos decem auri de nabulo nostro communi.

de parte 105
15 de non 4
non sinceri 0

(Reg.° 57, 1428–1430, c. 35 t.°).

926.

1428, 7 septembris.

Ser Bernardus da Musto potestas et capitaneus Neapolis Romanie mittat ga-
20 *leam de inde Mothonum ad levandum ser Jacobum Georgio successorem suum.*

Ser Marcus Barbadico, ser Marcus Polani, ser Daniel Lauredano, consiliarii.

Capta. — Quod mandetur viro nobili ser Bernardo de Musto Potestati et 25 Capitaneo nostro Neapolis Romanie, quod mittat galeam de inde Mothonum ad levandum virum nobilem ser Jacobum Georgio Successorem suum, secundum usum.

de parte . . . . . omnes

(Reg.° 57, 1428–1430, c. 38).

Digitized by Google

927.

1428, 16 septembris.

Modus servandus in casu quo remaneret rata a galeis grossis ituris in Cretam, Mothonum et Corphoy.

Sapientes ordinum.

Capta. — Quia posset occurrere, quod superhabundaret rata ab istis duabus galeis grossis ituris in Candidam, Mothonum et Corphoum, Et bonum et conveniens sit subvenire mercatoribus nostris, quorum mercationes superhabundaret a dictis galeis in Candida, cum non habeant aliud passagium nisi navigia disarmata; Vadit pars, quod scribatur regimini nostro Crete, quod superabundante rata in Creta a dictis galeis, dictum Regimen debeat accipere in notam pondos specierum, et signalia dictorum pondorum, et nomina quorum erunt pondi, qui superabundarent a dictis galeis, significando nobis quantitatem eorum pondorum et signalia, et nomina, quorum sunt, particulariter, et distincte pro nostra informatione, Et sit in libertate mercatorum vel regiminis predicti mittendi illos Venetias cum navigiis disarmatis, Et istud idem observetur in Mothono et Corphoy, in casu quo superhabundaret rata a galeis predictis, et a galeis viagiorum, declarando, quod species et res, que conducerentur ad dicta loca, post recesssum galearum Alexandrie et Baruti, de partibus Alexandrie et Baruti, non possint conduci Venetias, sub penis et stricturis contentis in parte nova contrabannorum.

Instanti die facte fuerunt litere Regiminibus Crete, Mothoni, Coroni, Corphoy.

de parte 95
de non 5
non sinceri 1

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 38 t.°)

928.

1428, 13 novembris.

Baiulus et Capitaneus Corphoy eligendus, eligatur cum salario et condicionibus ibi notatis.

Ser Paulus Valaresso, sapiens ordinum.

Capta. — Cum propter mortem viri nobilis ser Laurentii Venerio, cui Deus parcat, sit summe necessarium providere de Baiulo et Capitaneo nostro Corphoy;

Digitized by Google

Vadit pars, quod Baiulus et Capitaneus Corphoy nuper eligendus, et alii Baiuli et Capitanei Corphoy, qui de cetero eligentur, sint cum salario familia, modis, et conditionibus omnibus, cum quibus soliti erant esse Baiuli et Capitanei Corphoy, qui fuerunt ad dictum regimen, antequam revocarentur Consiliarii Corphoy, et solvatur eis de illa moneta, et per illum modum, quibus eis solvebatur ante dictam revocationem consiliariorum, Respondeatque baiulus nuper eligendus infra tercium diem, Et teneatur recedere cum primo navigio butarum centum quinquaginta vel inde supra, quod vadat Corphoy, sub pena ducatorum ducentorum in suis propriis bonis, Et non possit refutare postquam acceptaverit sub pena ducatorum ducentorum, nec possit terminus recedendi sibi elongari vel suspendi sub pena ducatorum V centum pro quolibet ponente vel consenciente partem in contrarium, que pene committantur exigende nostris Advocatoribus comunis, habentibus partem, ut de aliis sui officii.

de parte 96
de non 24
non sinceri 3

(Reg.° 57, 1428–1430, c. 55 t.°).

929.

1428, 17 decembris.

Baiulus et capitaneus Corphoy cum applicuerit Corphoy videat et examinet si vice-baiulus tenuerit numerum famulorum et equorum, et cancellarium etc.

Ser Marcus Barbadico, ser Bartholomeus Mauroceno, ser Marcus Polani, ser Benedictus Aimo, ser Paulus Corario, consiliarii, ser Bertucius Delfino caput, loco consiliarii.

Capta. — Cum ob mortem condam nobilis viri ser Laurentii Venerio olim baiuli et Capitanei Corphoy, electus fuerit in Corphoy per consilium XII nobilium, convocatorum ad istud, vicebaiulus et vicecapitaneus dicte terre nobilis vir ser Paulus Venerio filius dicti condam ser Laurentii, cum conditione quod de familia, et equis tenere debeat illam expensam quam voluerit habendo illud salarium quod per dominium fuerit terminatum, cumque dominio relatum sit quod dictus vicebaiulus a morte dicti sui patris citra tenuerit ac teneat illum numerum famulorum et equorum ac illum Cancellarium et duos socios milites quos tenebat dictus quondam pater suus dum esset baiulus et viveret; Vadit pars, quod auctoritate hujus consilii committatur et mandetur nobili viro ser Michaeli Duodo ituro Baiulo et Capitaneo Corphoy, quod cum applicuerit ad ipsum regimen debeat diligenter videre et examinare, si dictus vicebaiulus tenuerit illum numerum famulorum, equorum ac Cancellarium et duos socios milites quos tenebat dictus condam Baiulus ac tenere debebat ex forma sue commissionis, et si inveniet quod ipse tenuerit totam dictam familiam et equos ad complementum, ex nunc sit quod dictus vice-baiulus pro tempore quo

Digitized by Google

steterit in dicto Regimine habeat pro rata illud salarium quod habebat dictus Baiulus defunctus; si vero dictus vice-baiulus non tenuisset totum ipsum numerum familie et equorum, tunc et isto casu habeat et habere debeat tantum minus salarii pro rata.

de parte . . . . . omnes alii 5
de non 2
non sinceri. 1

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 63).

930.

1428, 23 decembris.

Terminus solutionis calogerum et Sacerdotum grecorum quem faciunt pro mense octobris prorogetur per totum mensem decembris, et terminus aprilis elongetur per mensem julii. 10

Ser Paulus Mauroceno, ser Paulus Valaresso, ser Petrus Quirino et ser Petrus Coppo, sapientes ordinum.

Capta. — Cum pro parte Calogerum villanorum et Sacerdotum Grecorum loci 15 nostri Mothoni supplicatum fuerit nostro dominio, quod quoddam debitum, quod annuatim bis solvunt nostro dominio de mense octobris et aprilis dignemur mittere ad decembrum et julium, quo tempore cum sua majori comoditate satisfacient nostro comuni; Vadit pars, quod terminus solutionis, quem faciunt per totum mensem octobris, prolongetur per totum mensem decembris, et terminus aprilis elongetur 20 per totum mensem julii, sicut humiliter supplicarunt, quoniam ipsis temporibus completis vindemiis et recollectionibus suis magis complete poterunt debitum predictum satisfacere nostro dominio, Remanentibus ipsis obligatis omnibus penis, ad quas primo obligabantur.

de parte . . . . . omnes . 25

(Reg. 57, 1428-1430, c. 64 t °).

931.

1428, 24 januarii.

Grane, sete, et alie mercationes que remanserunt a rata galearum Romanie in Corphoy possint conduci Venetias, Et similiter conduci possint res que remanserunt in Mothono et Corono. 30

Sapientes ordinum.

Capta. — Quia remanserunt Corphoy a rata galearum nostrarum Romanie, grane, sete, et aliud havere subtile Civium et mercatorum nostrorum, Et bonum

Digitized by Google

sit providere, quod dicte res conducantur Venetias per illum meliorem modum, qui fieri possit; Vadit pars, quod dicte grane, sete, et alie mercationes, que remanserint a rata dictarum galearum Romanie sub bulla Regiminis nostri deinde, libere conduci possint Venetias cum quolibet navigio nostro disarmato; Verum ut Comune nostrum in hoc non defraudetur, Teneantur mercatores, quibus remanserint in Corphoy mercationes a dicta rata, ire ad nostros provisores comunis, et dare eis in nota infra tres dies, postquam presens pars capta fuerit, pondus, miliaria, et signa, suarum mercationum, que ibidem remanserint a dicta rata, Et ex nunc mandetur Baiulo et Capitaneo nostro Corphoy, quod particulariter et distincte scribere debeat nostro dominio omnes et singulas mercationes, que remanserint a dictis galeis, et quecumque quocumque navigio conducentur Venetias ut supra, Et pondus, signa et miliaria dictarum mercationum, Et si aliquid conducetur ultra res, que remanserint sub bulla nostri regiminis habeatur pro contrabanno, Et similiter conduci possint res, que remanserint in Mothono et Corono.

de parte 94
de non 5
non sinceri 1

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 72)

932.

1429, 10 martii.

Responsiones ad capitula porrecta per Alexium de Bertis ambaxiatorem comunitatis Nigropontis.

Ser Paulus Mauroceno, ser Paulus Valaresso, ser Petrus Quirino, ser Petrus Coppo, sapientes ordinum.

Quod ad capitula porrecta nostro dominio per prudentem virum Alexium de Bertis Ambaxiatorem fidelis Comunitatis nostre Nigropontis, Respondeatur in hac forma, videlicet:

Et primo ad primum capitulum per quod dicta Comunitas effectualiter se recomendat nostro dominio, Supplicans ut provideamus saluti et conservationi dicte Insule etc.

Respondeatur, quod considerata integra fidelitate illorum nostrorum fidelium civium, Nos providebimus saluti et conservationi illius nostre civitatis et Insule prout semper fecimus, illis modis qui nobis videbuntur utiles ad conservationem suam.

Ad secundum capitulum per quod in effectu supplicat respectu guerre vigentis et aliis causis in illo expressis, sibi provideri de Stratiotis ducentis etc.

Respondeatur, quod sumus contenti, et placet nobis, quod teneantur in Nigroponte homines ab equo sive stratioti L in totum, nam hic numerus bene erit sufficiens pro presenti, Et sic scribemus Baiulo et Capitaneo Nigropontis, Quod

Digitized by Google

computatis stratiotis octo, qui nunc tenentur in Nigroponte, ipse debeat de novo scribere sub duobus vel uno capite, sicut Regimini de inde videbitur melius usque ad numerum quinquaginta stratiotorum in totum, quibus dare possit usque ad libras quatuordecim tornesiorum in mense, et dictis Capitaneis libras vigintiquinque, qui omnes esse debeant forenses, qui non habitaverint ultra annos sex in Nigroponte vel Insula, in quibus Stratiotis non debeat esse aliqua paga mortua, Ex quibus quinquaginta stratiotis decem mitti debeant Caristum pro securitate dicti loci, Preterea pro scansando expensas superfluas etiam quia sumus veridice informati banderias nostras de inde non esse bene in ordine, Mandabimus dicto Baiulo et Capitaneo nostro, quod de banderiis quinque in quibus sunt page centum decem peditum debeat facere et reducere ad banderias quatuor, et pagas nonaginta, videlicet banderias duas ad viginti pro banderia, et duas ad vigintiquinque cum soldo solito, cassando insufficientiores, declarando, quod omnes esse debeant balistarii et forenses et catholici, qui non teneant legem grecam sed latinam, qui non habitaverint in Civitate, burgo, seu Insula Nigropontis, ultra annos sex, Et quando due banderie illuc mittentur de tempore in tempus cum Rectoribus, cassentur de predictis quatuor, que ibidem erunt secundum formam sue commissionis, Et quando aliquis ponetur loco alicuius, ille sic remissus habeat libras quatuordecim in mense, et non ultra, sicut habent alii scripti ibidem, Nec sit in dictis banderiis ultra unum ragacium pro qualibet ipsarum, neque ulla paga mortua, acceptando tamen aliquas pagas mortuas datas per gratiam dominii nostri, que habere debeant soldum solitum ultra dictas LXXXX pagas, Ex quibus quidem nonaginta pagis debeat Regimen Nigropontis de tempore in tempus mittere ad custodiam castrorum Orci et Fitilei in illo numero, qui eis videbitur secundum, quod erit expediens pro defensione ipsorum. Que omnia in hoc capitulo contenta observare teneantur Baiuli et Capitanei Nigropontis presentes et futuri sub pena ducatorum decem pro qualibet paga, tam ballistarii, quam stratioti, in qua contrafaceret predictis vel alicui predictorum, Et committantur hec inquirenda et pene exigenda nostris advocatoribus comunis, habentes partem ut de aliis sui officii.

Ad tercium autem per quod requirit mitti munitiones etc.

Respondeatur, quod citissime providebimus, quod de munitionibus necessariis mittentur ad dictam nostram Insulam in quantitate sufficienti, Et ex nunc sit captum, quod cum primo sufficiat passagio, mitti debeant Nigropontem omnes ille munitiones de omni sorte, que videbuntur collegio deputato.

Ad quartum per quod requirit provideri de biscotis pro subventione galearum nostrarum, ne illi nostri fideles patiantur incomodum respectu caritudinis ibi vigentis.

Respondeatur, Quod iam providimus per galeam, que presto hic recedet, et in futurum oportune secundum exigentiam temporum providebimus per modum, quod illa terra propter hoc non patietur incomodum.

Ad quintum per quod supplicat provideri super dannis que fiunt eis in suis possessionibus et bonis per homines galearum nostrarum etc.

Respondeatur, Quod habentes molestum, quod sibi fiant talia damna etc. Committimus nostris Capitaneis Culphi, Et sic iniungatur in eorum commissionibus, Quod si de cetero per aliquem ex hominibus galearum sibi commissarum, fuit ali-

Digitized by Google

quod damnum tam in civitate, qnam Insula Nigropontis in animalibus vel aliis bonis partium predictarum, Ille talis condemnetur per Regimen de inde ad reficiendum damnum, et si ille vel illi non reperientur, et si homines galearum non dabunt illam vel illos predones in manibus Regiminis, omnes salariati illius galee vel galearum solvere debeant damnum predictum, Et in hoc casu Regimen Nigropontis mittat damna nostro dominio et officialibus Armamenti in scriptis ut per salariatos galeis damna predicta reficiantur.

Ad sextum per quod requirit fieri provisiones super denariis datiorum deputatis pro armamento galee de inde, sic quod non tangantur, ut ipsa galea armari possit in casibus opportunis, supplicantes etiam fieri alias provisiones pro dicta galea etc.

Respondeatur, quod deliberavimus ne defectu pecunie restetur armari dicta galea, Et sic mandabimus Baiulo et Capitaneo Nigropontis et Successoribus suis, Quod omnes denarios datiorum Sancti Andree, et del Capinicho, qui de cetero exigentur, Regimen Nigropontis debeat eos continue tenere in capsa comunis, que est in palatio, sub clavibus Regiminis et Camerariorum, qui denarii nullo modo possint in aliquo alio tangi, expendi, nec dispensari, nisi in armando ipsam galeam, sub pena ducatorum ducentorum Baiulo et Capitaneo contrafacienti, et privationis per quinque annos de omnibus officiis et beneficiis comunis Venetiarum intus et extra, Que pene committantur exequende nostris Advocatoribus comunis habentibus partem ut de aliis sui officii. Verum si dicte pecunie non sufficerent ad armamentum dicte galee, debeat Baiulus de tempore in tempus supplere de aliis pecuniis Camere de inde, Et similiter si quid superabundaret de dictis duobus datiis, armata dicta galea, possit id quod superesset expendi in aliis opportunitatibus dicte civitatis. Preterea quia expensa hominum de anno curente alias deputatorum pro armando dictam galeam est omnino inutilis, Et bonum sit alleviare nostrum Comune ab onere talis expensa, illamque scansare, tamquam superfluam, Ex nunc mandetur Baiulo et Capitaneo Nigropontis, quod recepto presenti nostro mandato, debeat omnino cassare omnes dictos homines de anno curente, Sed loco dicte provisionis, Mandetur dicto Baiulo et Capitaneo Nigropontis suisque successoribus, Quod debeat de presenti et omni anno quando armabitur dicta galea, facere publice proclamari, tam intra Civitatem, quam in illis locis Insule, ubi sibi videbitur, Quod omnes illi qui volent se obligare ire in galeam et ibunt, eo anno quo ibunt erunt absoluti a Capinicho et vigiliatico omnibusque aliis angariis factionum et coltis realibus et personalibus impositis vel imponendis per Regimen vel Comunitatem Nigropontis, Et debeant dicti homines galee habere soldum in hunc modum, videlicet homines a remo iperpera duodecim in mense, Balistarii iperpera quatuordecim, et socii iperperi sexdecim in mense et ratione mensis. Reliqui autem salariati dicte galee habeant salaria sua solita. Ordinetur etiam pro scansando expensam et pro alleviando cameram nostram Nigropontis, Quod semper quandocumque armabitur dicta galea poni debeant per texeram vel concordium super dicta galea duodecim ex ballistariis dictarum banderiarum loco duodecim ex numero ballistariorum deputatorum pro dicta galea, Si hoc videbitur Regimini de inde, quod cum securitate Insule id fieri possit, si vero aliter videbitur, fiat ut est consuetum.

Digitized by Google

Ad septimum per quod supplicat provideri, Quod ambo consiliarii sedere debeant ad bancum juris una cum Baiulo ad jus reddendum, neque occupentur ad cameram etc.

Respondeatur, Quod propter partem et ordines nostros super hoc captos, pro nunc eis in hac causa complacere non possumus. 5

Ad octavum Capitulum faciens mentionem de biscotis et manifacturis biscotorum, que fuerit per rusticos mandato illius Regiminis.

Respondeatur, Quod scribemus Baiulo et Capitaneo nostro Nigropontis, Et sic ei committatur quod debeat solvi facere omnibus habere debentibus de tempore lapso pro dictis biscotis comunis nostri, quos fecerunt, Quodque temporibus pro- 10 futuris quando fieri faciet biscotos, debeat providere solutioni illorum qui facient dictos biscotos sic quod non habeant querele causam.

Ad nonum Capitulum faciens mentionem de gratia per nos concessa in 1422 illi fideli comunitati nostre pro vinis forensibus non vendendis ad spinam etc.

Respondeatur, quod iniungi mandabimus in commissione Baiuli et Capitanei 15 nostri Nigropontis et successorum suorum gratiam predictam super inde captam in 1422, quam debeant inviolabiliter facere observari, Et si per aliquem contrafiet debeant contrafacientes perdere totum vinum, quod posuissent pro vendendo ad spinam, cujus pene medietas sit accusatoris et alia medietas nostri comunis. Verum declaretur pro comodo et ubertate pauperum, Quod vina terrarum et locorum no- 20 strorum non intelligantur vina forensia, sed sint ad conditionem eorum, que nascuntur super Insulam, solvendo datia consueta solvi.

Ad decimum vero per quod petunt provideri quod sibi fiant cedule per camerarios de denariis quos solvent de tempore in tempus pro terraticis et aliis causis etc. 25

Respondeatur, Quod cognoscentes hoc esse justissimum efficaciter mandabimus nostro Regimini Nigropontis, Quod faciant omnino fieri dictis nostris subditis per camerarios de inde polizas de pecuniis quas de tempore in tempus solvent ad illam cameram nostram quibuscumque de causis, sic quod exinde semper remanebunt cauti et securi. 30

Super capitulo Iudeorum Nigropontis facientes mentionem de iperperis mille, quos solvunt annuatim, item et de factionibus dicte nostre Civitatis, et demum de de domibus ipsorum Judeorum.

Respondemus, Et primo super facto iperperorum mille etc. dicimus, Quod super hoc presenti non videtur nobis aliquid innovare. Preterea ad factum factionum et 35 pecuniarum quas Regimen nostrum Nigropontis de tempore in tempus accipit mutuo a christianis et judeis pro opportunitatibus Insule Nigropontis etc. Dicimus, quod taliter mandabimus Regimini nostro Nigropontis, et successoribus suis, Quod non gravabunt super hoc ipsos Judeos ultra debitum et honestum. Ceterum ad id quod dicunt de domibus suis sitis in Civitate Nigropontis, Respondemus, Quod alias 40 misimus, Regimini nostro Nigropontis partem super inde captum in nostris consiliis, in qua inter cetera fit expressa mentio, quod per illam nolumus derogare privilegiis et concessionibus per nos factis Judeis pro Judaicis terrarum nostrarum maritimarum, prout non dubitamus dictos Judeos esse plenissime informatos de continentia

Digitized by Google

dicte partis, Et proinde non debent aliqualiter dubitare, nam intentionis nostre est, quod super inde non graventur ultra continenti dicte partis, quam volumus inviolabiliter observari.

de parte 82
5 de non 6
non sinceri 10

Facta fuit littera suprascriptorum capitulorum Nigropontis die XX martii 1429.

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 81 t.°).

933.

10 1429, 10 martii.

Cum poneretur quod Baiulus et capitaneus Nigropontis et consiliarii eligantur in maiori eligantur in maiori consilio per quatuor manus electionum cum salario ibi specificato, Et quando occurreret armare galeam Nigropontis unus consiliarius per texeram vel per concordium vadat pro supracomito,
15 *Et aliquis eorum non possit ascendere Supracomitus alicujus alterius galee sine mandato dominii, Captum de non.*

Ser Paulus Mauroceno, ser Paulus Valaresso, ser Petrus Coppo, sapientes ordinum.

Cum bonum et utile sit providere, Quod Regimen nostrum Nigropontis sit
20 bene fulcitum Rectoribus, et quod illuc vadant de civibus, de quibus terra facit mentionem, et sicut notum est predictis Rectoribus Nigropontis, et omnibus aliis Rectoribus Levantis solvitur ad rationem soldorum nonaginta sex pro ducato, et propter magnum augmentum tornesiorum, qui nunc curunt centum quadraginta pro ducato difficiliter reperiri possint Rectores, qui illuc ire velint, Propterea
25 Vadit pars, Quod Baiulus et Capitaneus Nigropontis et Consiliarii eligendi eligi debeant in maiori consilio per quatuor manus electionum, Et habeat dictus Baiulus et Capitaneus de salario ducatos ducentos ultra id quod habet ad presens, Et Consiliarii ducatos octuaginta pro quolibet, ultra id, quod habent ad presens, Et quotiens erit opus armare galeam Nigropontis, unus consiliarius per texeram vel per con-
30 cordium ascendere debeat Supracomitus dicte galee, Et non possit aliquis dictorum consiliariorum ascendere Supracomitus alicujus alterius galee sine expresso mandato dominii, Et sint dicti baiuli et Consiliarii cum omnibus aliis modis et conditionibus solitis.

de parte 29
35 (Reg.° 57, 1428-1430, c. 84).

Digitized by Google

934.

1429, 10 martii.

Eligatur unus supracomitus galee Nigropontis per modum et cum salario ibi specificato.

Ser Petrus Quirino, sapiens ordinum.

Capta. — Quia nobilis vir ser Marcus Grimani, qui erat Supracomitus galee nostre Nigropontis mortuus est, et necessarium sit, quod unus Supracomitus ibi sit; Vadit pars, quod eligi debeat unus Supracomitus dicte galee per quatuor manus electionum in maiori consilio, et habeat de salario in anno et ratione anni ducatos ducentos sexaginta, et sit per tres annos cum aliis omnibus conditionibus, quibus fuit ser Marcus Grimani predictus.

de parte 79
de non 5
non sinceri 4

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 81).

935.

1429, 1 aprilis.

Baiulus et capitaneus Nigropontis eligendus habeat ducatos ducentos ultra salarium solitum.

Ser Franciscus Lauredano, ser Troilus Maripetro, ser Daniel Victuri, consiliarii.

Capta. — Cum consideratis conditionibus presentibus partium Romanie, laudabile et bonum sit habere ad regimen loci et Insule nostre Nigropontis, personam sufficientem, que in omni casu faciat honorem nostri dominii; Vadit pars, Quod Baiulus nunc eligendus habere debeat de salario in anno et ratione anni ducatos ducentos ultra salarium solitum, ad rationem, qua habet aliud suum salarium de inde de soldis nonagintasex pro ducato cum omnibus aliis modis et conditionibus consuetis, ei pro ista vice tantum.

de parte 97
de non 28
non sinceri 0

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 88 t.°).

Digitized by Google

936.

1429, 15 aprilis.

Ser Bernardo Diedo castellano Coroni et Mothoni prorogetur terminus veniendi ad consilium.

Consiliarii.

5 Capta. — Quod elongetur terminus viro nobili ser Bernardo Diedo, qui fuit Castellanus Coroni et Mothoni, veniendi cum suis opinionibus ad hoc consilium usque per totom mensem augusti proximi.

de parte . . . . . omnes.

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 94).

937.

10 1429, 30 maii.

Forma salviconductus facti Manoli Magaducha dicto protostratora subdito Misistre cupientis mittere de bonis suis ad loca nostra.

Consiliarii.

Cum per literas viri nobilis ser Zanoti Calbo Castellani Coroni et Mothoni 15 informati simus quod quidam Manoli Magaducha dictus protostratora, subditus domini dispoti Misistre, videns malum dominium, quod fit per grecos, deliberaverit depositare in loco nostro Coroni totum aut partem sui haveris, requisiveritque, quod sibi fiat salvus conductus, ut possit mittere ad ipsum locum nostrum vel ponere in eo suum havere vel partem ipsius, et ad omne suum beneplacitum illud vel 20 partem ejus exinde extrahere libere, et absque ulla contraditione, et quod tale suum havere sibi impediri non possit aliqua novitate, que fieret locis nostris, tam per Grecos, quam per Albanenses, Cunque dictus ser Zanotus etiam scribat, quod predictus Magaducha sit homo bone conditionis et magnus dives, sibique quamplurimum displicent male gesta, et suadeat nostro dominio, ut dignemur concedere 25 et fieri facere salvum conductum juxta requisitionem dicti Magaduche; Vadit pars, quod autoritate hujus consilii concedatur et fieri debeat salvus conductus eidem Magaduche prout inferius continetur.

Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum etc. Universis et Singulis Nobilibus et Sapientibus viris de suo mandato Capitaneo generali maris, Capitaneo 30 galearum a mercato, Supracomitis atque patronis quarumcumque galearum et galeotarum, ac navium armatarum, Nec non Castellanis Coroni et Mothoni ceterisque Rectoribus nostris partium Levantis, ad quos presentes advenerint Fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Cum informati fuerimus quod Egregius vir Manoli Magaducha, dictus prothostatora certa bona et honesta causa deliberaverit 35 depositare in loco nostro Coroni certum suum havere, et requiri fecerit, ut dignemur eidem concedere nostrum Salvumconductum pro havere et bonis suis, que

Digitized by Google

mittet et ponet in deposito in predicto loco nostro Coroni, Fidelitati vestre et cuiuslibet vestrum harum tenore facimus manifestum, quod cum nostris consiliis Rogatorum et additionis affidamus et assecuramus, ac affidatum et assecuratum esse volumes omne et totum havere, bona et res, quod et quas mittere et depositare volet prefatus Manoli Magaducha in loco nostro Coroni aut Mothoni, et quod ad omne eius beneplacitum illud havere et bona, seu partem eorum exinde libere, et absque ulla contraditione extrahere valeat, Et etiam, quod ipsum havere et bona nullo modo impediri nec arrestari possit aliqua novitate, que fieret prenominatis locis nostris per Grecos aut Albanenses, Quare vobis et cuilibet vestrum tradimus in mandatis, quatenus presentem nostrum Salvumconductum et fidantiam exequi, servare, et adimplere, prout iacet effectualiter debeatis. 18 Julii 1429.

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 107).

938.

1429, 2 julii.

Quid scriptum fuit Castellanis Coroni et Mothoni pro subditis dominii illorum locorum qui non audeant impetrare et recipere aliquod pheudum, donum, vel provisionem ab aliquo domino vel persona forensi sub pena ut ibi.

Quod scribatur Castellanis nostris Coroni et Mothoni ac eorum Successoribus.

Ser Jacobus Trivisano, ser Antonius Contareno, procurator, ser Paulus Corario, Sapientes consilii.

Capta. — Intelleximus, quod aliqui ex Subditis nostris querunt habere in pheudum a Despoto Grecorum seu a dragassi de locis jurisditionum nostri dominii usurpatis et ablatis per grecos, que per ipsos grecos presentialiter possidentur, que res nobis displicet ultra modum, Ideo cum nostro consilio rogatorum et additione vobis scribimus et mandamus, quatenus faciatis ibi publice proclamari. Quod aliquis Civis vel habitator locorum illorum, aut Subditus noster, nullo modo vel ingenio audeat vel presumat de cetero impetrare, nec recipere aliquod pheudum, donum, vel provisionem ab aliquo domino vel persona forensi, sub pena iperperorum mille, et standi duobus annis in carceribus pro quolibet contrafaciente et qualibet vice, quam penam exigere debeatis a contrafacientibus habendo medietatem pene pecuniarie, et alia medietas sit nostri comunis, Et si accusator fuerit super inde per quem veritas habeatur, habeat tercium dicte pene, tertium sit vestrum, et tertium nostri comunis, Mandantes vobis, quod ad hoc factum diligentem advertenciam habeatis, ut non contrafiat huic nostre intentioni, faciatisque hunc ordinem nostrum inviolabiliter observari.

de parte 124
de non 2
non sinceri. 3

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 107 t.°).

Digitized by Google

939.

1429, 9 julii.

Dominus preceptor Amoree et thesaurarius hospitalis Rodi, possint armare unam nostram navim pro eundo Rodum, cum provisione et devetu, ut ibi narratur.

5 Ser Leonardus Mocenigo, procurator, ser Fantinus Michael, procurator, ser Jacobus Trivisano, ser Antonius Contareno, procurator, ser Georgius Cornario, ser Paulus Corario, sapientes consilii.

Capta. — Cum illustris dominus dux Burgundie suis amicabilibus literis fraterne et amicabiliter scripserit nostro dominio cordialiter, et instantissime, Recom-
10 mittendo nobis fratrem Foncaldum de Rochecchoart, preceptorem Amoree, et fratrem Petrum Lamant tesaurarium hospitalis Rodi, dilectos consiliarios suos, qui ad partes Rodi presentialiter proficiscuntur, ut placeat eis et Comitive sue providere de navigiis, cum quibus transfectari possint, et Rodum accedere prestissime, Et ipsi nobiles ad nostram presentiam comparentes petierint, ut eis concedamus
15 quod navlizare possint unam nostram navim pro eundo Rodum cum eorum comitiva, familia, et rebus; Vadit pars ob reverentiam Creatoris, cuius res agitur, et in complacentiam ipsius domini ducis, ac prefatorum dominorum, quod concedatur eis, quod suis expensis possint naulizare unam nostram navim pro eundo Rodum ut petunt, Et ex nunc sit captum, quod super ipsa navi carricari non possit ullo modo
20 aliquod havere, capse, mercatores, nec ullas alias mercationes pro conducendo ad partes Sirie, nec ad aliquas alias partes sub pena contrabanni, Et etiam quod ipsa navis ire non possit ad terras et loca Soldano subiectas ullo modo. Verum si patronus suprascripte navis ante ejus accessum Rodum sentiret armatam Soldani iam exivisse et fore contra Rodum, debeat in hoc casu ire ad insulam nostram Crete et
25 non Rodum ullo modo, Et in isto casu detur libertas Regimini nostro Crete, quod dictis preceptori et Thesaurario et Comitive sue provideant de aliqua galeota expensis predictorum, cum qua ire possint Rodum, Et si patronus contrafaceret alicui supradictorum cadat de ducatis quingentis, et stare debeat sex mensibus in uno carcere inferiorum, quam penam pecunie exigant advocatores comunis, habentes
30 partem, ut de aliis sui officii.

de parte	omnes alii
de non	3
non sinceri.	0

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 112 t.°).

Digitized by Google

940.

1429, 17 julii.

Ad viagium Corphoy, Mothoni et Candide deputentur galee due de mensuris Flandrie.

Ser Franciscus Lauredano consiliarius.

Cum, ut omnibus notum est, in Creta et Mothono sint multe species, et necessarium sit providere tam ad levandum dictas species, quam etiam ad securitatem galearum nostrarum viagiorum Alexandrie et Baruti; Vadit pars, quod in dei nomine Ad viagium Mothoni et Candide deputentur galee due de mensuris Flandrie, que dari et deliberari debeant pro incantu secundum usum, quibus quidem galeis ex nunc obligate sint usque ad eorum integrum carricum omnes species, que usque ad recessum suum de Candida et Mothono reperientur in dictis locis, Et habeant dicte galee glavas suas, ut habent galee Flandrie, et debeant per patronos arsenatus dari fulcitas rebus necessariis juxta solitum.

Ire debeant insimul cum galeis nostris Alexandrie et Baruti, et sub obedientia et gubernatione Capitanei nostri predictarum galearum Alexandrie et Baruti usque Candidam, non possendo hic aliquid levare pro dictis locis, et cum ibi erunt, esse debeant insimul Ducha et Capitaneus Crete, ac consul Damasci, et examinatis sive sumpta informatione de novis partium Levantis, si eis vel majori parti eorum videbitur, galeas sex Alexandrie et Baruti non ire bene securas, predicte due galee deputande ad viagium Candide et Mothoni, eas sex galeas associare debeant per scallas, et in hoc casu levare debeant ratam, que remaneret a dictis sex galeis, Et in eorum redditu, quem facient cum dictis sex galeis in Candidam, levare debeant species, que erunt in Candida ut supradictum est, Et sic successive in Mothono, Si vero terminaretur dictas galeas ire securas, debeant dicte due galee remanere in Creta ad levandum species predictas, et deinde redire Mothonum, et in bona gratia redire Venetias.

Et siut dicte due galee ad unum denarium in facto nabuli. Verum ex nunc declaretur, quod nichil pro solutione Capitanei vel alicujus alterius officialis predictarum sex galearum contribuere debeant.

In facto autem ballistariorum, nobilium, Comitorum, patronorum juratorum, Scribarum, et aliorum hominum salariatorum ac hominum a remo, tam circa solutionem, quam aliter, sint ad conditionem galearum Alexandrie et Baruti, dando tamen hominibus pagam duorum mensium tantum.

In Creta si non associabunt galeas predictas, stare debeant diebus sex, et levare species, et alia ipsis, ut est dictum obligata, Et deinde venire Mothonum, ubi similiter levent species et alia eis obligata ut supra, stando similiter Mothoni diebus sex, Si vero associarent dictas galeas, stare debeant in eorum reditu in dictis locis, quam minus erit eis possibile ad levandum species, et alia que in ipsis locis erunt eis obligata, non possendo in aliquo ipsorum stare ullo modo ultra sex dies.

Digitized by Google

Et si dicte galee levassent tantam ratam, quod in Creta vel Mothono non possent levare species, que ibi essent, in hoc casu debeant dicte due galee in quolibet ipsorum locorum discarricare tantum ex rebus et mercationibus quas levassent a rata, quod levare possint species, que erunt in Creta vel Mothono.

Verum ex nunc captum sit, quod si dicte galee ibunt ad associandum predictas sex galeas ad partes Levantis diffalcari eis debeant ducati mille de incantibus suis pro qualibet ipsarum duarum galearum.

Habeant dicte duo galee de nabulo de his, que levabunt in Creta et Mothono quatuor quinta nabuli, et si associabunt predictas sex habeant de eo, quod levabunt per scallas in partibus Levantis, quod remansisset a rata dictarum sex galearum nabulum integrum, prout haberent predicte sex galee. Verum pro rebus, que discaricarent in Creta aut Mothono, pro levando species, que ibi essent, si levate erunt in Alexandria ducatos duos pro quolibet collo, et si levate erunt in Baruto ducatum unum pro quolibet collo. Si vero non associarent predictas sex galeas ut ordinate veniant, et cum bona gubernatione in earum reditu, Ex nunc captum sit, quod patroni dictarum duarum galearum ante ipsarum recessum probari debeant in hoc consilio, Et ille, qui habebit plures ballotas, debeat in casu predicto quo non associarent galeas sex suprascriptas a Candida ultra, facere in earum reditu Vice capitaneum a Candida usque Venetias.

de parte 14

(Reg.° 57, 1428–1430, c. 136 t.° 137).

941.

1429, 18 augusti.

Ducati 266 et quarta tria, quos exegit ser Christophorus Duodo castellanus Mothoni ab Antonio Trivisano cive et habitatore Mothoni, pro cadutis, aptari debeant, et de illis fieri cedula, ubi et sicut fuerit expediens.

Consiliarii omnes.

Capta. — Cum vir nobilis ser Christoforus Duodo Castellanus noster Mothoni exegerit de ratione officii nostri de Catavere ab Antonio Trivisano, Cive et habitatore Mothoni, pro cadutis ducatos dugentos sexaginta sex et quartos tria, quos denarios idem ser Christoforus, sicut per literas suas scripsit, retinuit de inde pro maximis necessitatibus Stipendiariorum nostrorum; Vadit pars, quod autoritate hujus consilii dicti denarii aptari possint et debeant, et de ipsis fieri cedula, ubi, et sicut expediens fuerit.

de parte . . . . . omnes

(Reg.° 57, 1428–1430, c. 146 t.°).

Digitized by Google

942.

1429, 27 augusti.

Quid scriptum fuit magno magistro Rodi et Religioni, pro novitatibus factis contra nostrates.

Sapientes consilii et ordinum.

Quia respectu eorum, que habentur de Rodo de injuriis et novitatibus, que ibidem observantur contra nostros, et de galeis et navibus Catellanorum, que ibi conversantur, sit bonum providere securitati galearum nostrarum Baruti et Alexandrie, quando erunt ibi in Rodo; Vadit pars, quod mandetur Capitaneo nostro dictarum galearum, quod quando erit Rodi nullo modo permittat descendere in terram nisi ad octo in decem homines pro qualibet galea, sic quod dicte galee remaneant sub bona securitate et custodia, Et si eidem Capitaneo videretur melius stare extra, et non intrare portum Rodi, hoc relinquimus in libertate sua, ponendo se in illo loco, qui sibi melior videbitur pro securitate dictarum galearum, et providendo per illum quam meliorem modum poterit de discarricando et carricando illud, quod debebit carricari, et discarricari, non permittendo nichilominus descendere in terram nisi ad octo in decem homines sicut dictum est.

de parte . . . . . 39.

Ser Antonius Bondumerio, caput de XL.

Capta. — Vult partem in totum, excepto quod non vult, Quod Capitaneus permittat aliquem descendere in terram.

de parte 58
de non 0
non sinceri 1

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 149).

943.

1429, 30 augusti.

Antonius de Ragusio, provisionatus in Mothono, cassetur.

Ser Bernardus Diedo, olim Castellanus Mothoni et Coroni.

Capta. — Anchora per ben de Comun, Conzosiache za anni 8 et oltra, el se truova esser a Modon uno, el qual ha nome Antonio de Raguxi, che ha de provision ducati 6 al mese, e questo perche in quela fiada luy de ad intender a la Si-

Digitized by Google

gnoria ch el saveria chavar el porto del dito luogo, E mai a quelo niente a sapudo far, e cussi lui vien haver questa tal provision per star indarno; Andara parte, che quelo Antonio incontinente sia casso, chomo el Castellan havera la letera, E non habia pluy soldo alguno, ma romagna del tuto privado de tal punixion azio el comun non porta tal spexa.

de parte . . . . . alii
de non 1
non sinceri 1

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 150 t.°.)

944.

1429, 23 septembris.

Provisio facta super sale Corphoy, qui conducetur ad terras et loca nostra Albanie, et de pretio quo solvi debet, et quo vendi debeat.

Ser Pasqualis Maripetro, ser Paulus Valaresso, olim Sindici in partibus Albanie, Dalmatie, et Istrie.

Capta. — Cum examinatis, diligenterque discussis rationibus Camerarum nostrarum Albanie, clare videatur, introitus nostri comunis non supplere expensis, illis in partibus dietim incumbentihus, Cujus rei potissima et principalis causa est malus ordo et regula hactenus observata in facto salis, qui illis in terris dispensatur, Cum a certo tempore citra mercatores consueverint ire Corphoum et emere salem nomine suo tam a camera nostra Corphoy, quam a mercatoribus, et illum conducere ad cameras nostras Albanie videlicet Durachii, Alexii, Scutari, et Dulcigni, Et rectores nostri dictorum locorum illum recipiant pro yperperos septuaginta argenti centum saccorum, ubi iamdictis mercatoribus constat yperpera quadraginta centum saccorum, cum omnibus expensis cum termino sex mensium solutionis de eo fiende, Ex quo cum pecuniis ipsi mercatores faciunt facta sua cum maximo et notabili danno nostri dominii, Quamobrem cum admodum vigilandum sit, Quod introitus dicte Albanie sufficiant expense, quodquod cum denariis nostris mercatores non faciant facta sua; Vadit pars, Quod de cetero sal, qui ex Corphoy portabitur ad dictas Cameras nostras Albanie, videlicet Durachii, Alexii, Scutari, et Dulcigni, portari debeat nomine nostri comunis, et non alicujus specialis persone, declarando, quod in Alexio rationibus illorum de cha Barbo sal poni debeat eo precio, quousque in hodiernum diem per mercatores ponebatur, videlicet yperpera septuaginta centum saccorum, Et ex nunc captum sit, Quod regimen nostrum Corphoy, ad requisitionem cuiuslibet Rectorum locorum predictorum, teneatur, et debeat sibi mittere quantitatem salis, quam requiret de tempore in tempus, faciendo eum ordinate debitorem de quantitate dicti salis, Et debeant dicti Rectores Albanie subito recepto sale persolvere nabula navigiorum, et alias expensas occurrentes pro dicto sale, Et

Digitized by Google

exinde vendito dito sale, debeant precium ejus, quod est circa yperpera viginti Tornesiorm centum modiorum Corphoy, mittere Regimini nostro Corphoy, Item dicti Rectores Albanie teneantur subito recepto presenti nostro mandato, providere de habendo salem a Regimine nostro Corphoy, juxta ordinem predictum, et illum vendere nomine nostri comunis per modum suprascriptum, Non vendendo nec vendi permittendo ullo modo aliquem salem, quem mercatores ad dicta loca suo nomine conduci fecerint, Sed si dicti mercatores illum salem dare voluerint pro yperperis quinquaginta centum saccorum, illum recipiant, et vendant nomine nostri comunis, ut superius dictum est.

Et ex nunc expresse prohibitum sit, Quod nemo, cuiuscumque conditionis existat, audeat ire acceptum salem Corfoum, aut alio pro deferendo ad dictas Cameras Albanie, aut ad alias terras nostras, aut etiam alienas, sub pena amissionis navigii, salis etc., ut in parte contrabannorum salis diffusius continetur.

de parte 85
de non 7
non sinceri 15

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 157 t.°).

945.

1429, 27 septembris.

Commissio ser Johannis Pisani, capitanei duarum galearum ad viagium Mothoni, Corphoy, et Candide.

Ser Andreas Georgio, ser Matheus Victuri, sapientes ordinum.

Capta. — Nos Franciscus Foscari, Dei gratia, Dux Venetiarum etc. — Committimus tibi nobili viro Johanni Pisani dilecto civi et fideli nostro, quod de nostro mandato ire debeas Capitaneus duarum galearum deputatarum ad viagium Mothoni, Corphoy, et Candide, quas galeas cum hominibus, mercantiis et bonis in eis existentibus reges, et gubernabis ad honorem nostri dominii et comunis Venetiarum, ministrando jus et justiciam in civilibus et criminalibus omnibus hominibus dictarum galearum, sicut sibi secundum deum, et justiciam, et honorem nostri dominii videbitur.

Cum dictis galeis ire debeas Corphoy, et ibi discaricare mercationes et res discaricandas, et expeditus de Corphoy ire debeas Mothonum, in quo loco stare potes uno die tantum pro discaricando illas mercationes, que erunt in dictis galeis pro dicto loco, Et postea ire debeas in Candidam, ubi stare debeas diebus sex et non ultra pro levando species et alias dicti galeis obligata, sicut distincte videbis contineri in incantu dictarum galearum, quem tibi fecimus consignare, Et quando in Candida omnia tibi consignata fuerint, super galeis carricata, venire debeas Mothonum, Sed superabundante rata in Candida non possit aliquid carricare in Mo-

Digitized by Google

thono sub pena ducatorum ducentorum, et perdendi nabula rerum carricatarum, que veniant in comune. Et expedire te debeas de Mothono quamcitius poteris, et redire cum ipsis galeis Venetias cum omni possibili solicitudine, habendo semper bonam considerationem et advertentiam ad salutem et conservationem dictarum galearum, hominum, et mercationum, et bonorum in eis existentium.

Ratam vero, que tibi superabundaret in Creta ducere debeas in scriptis nostro dominio sub literis Regiminis Crete, que rata possit conduci Venetias cum quibuscumque navigiis, sicut placebit illis quorum erit rata predicta.

Et teneris recedere de Venetiis per totum mensem presentem sub pena ducatorum V centum, in tuis propriis bonis committenda nostris Advocatoribus comunis, In quibus galeis sis confinatus per totum diem Jovis proximi, nec inde recedere, Sed prosequaris viagium tuum sub pena predicta.

In tenendo autem galeas fulcitas hominibus de remo et de pede observabis formam incantus.

Item observabis omnes alios ordines generales pertinentes armamento et gubernationi galearum nostrarum.

de parte 92
de non 2
non sinceri 0

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 159 t.° 160).

946.

1429, 27 septembris.

Quid scriptum fuit castellanis Coroni et Mothoni pro rata galearum Crete, Baruti, Alexandrie et Romanie.

Quod scribatur Castellanis nostris Coroni et Mothoni in hac forma.

Consiliarii et sapientes ordinum.

Capta. — Quia forte a galeis nostris viagii Crete, et viagii Baruti et Alexandrie, et viagii galee Romanie, in loco nostro Mothoni superabundare poterit rata; Volumus, quod rata superabundans in dicto loco, possit conduci Venetias cum quibuscumque navigiis ad beneplacitum illorum, quorum erunt res, faciendo de dicta rata teneri bonum computum, ne ultra dictam quantitatem conducatur.

de parte . . . . . 96.

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 160).

Digitized by Google

947.

1429, 18 octobris.

Provisio facta pro sale Corphoy, conducendo Catarum, cum modis ibi contentis.

Ser Blasius Venerio, ser Paulus Fusculo, ser Bernardus Bolani, sapientes ordinum.

Capta.— Cum Comes noster Catari per suas literas requisiverit a nostro dominio, ut eidem provideri faciamus de sale nostro Corphoy, quoniam propter intemperiem aeris non habet salem ad presens ad sufficientiam pro caravanis, que quotidie illuc vadunt, et iture sunt pro sale, Et sit utile et neccessarium, quod eidem subveniatur ut petit; Vadit pars, Quod scribatur, et mandetur Baiulo et Capitaneo Corphoy, quod ad omnem requisitionem Comitis nostri Catari, debeat de tempore in tempus eidem mittere illam quantitatem salis, quam ab eodem baiulo idem Comes requiret. Verum teneatur, et ita eidem Comiti predicto mandetur quod sub pena ducatorum centum de prima venditione et tractu dicti salis, factis expensis opportunis pro dicto sale, mittere debeat Corphoum precium sive costum dicti salis sic empti in Corphoy.

de parte 110
de non 2
non sinceri 1

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 162 t.°).

948.

1429, 28 octobris.

Rector Nepanti eligendus, et alii qui eligentur de cetero, habeant ducatos quadringentos sexaginta in anno, solvendo sibi de inde ad soldos 96 pro ducato, cum aliis conditionibus solitis.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum locus noster Nepanti, sit locus principalis confinium nostrorum cum Turchis ab illa parte, et locus mercatorius et passus et quotidie futurus melior et utilior nostro dominio multis respectibus, Et si unquam fuit providendum gubernationi sue est nunc, considerata conditione vicinorum eius et maxime Patrasii quod est recte per oppositum, Sed quia Rectores predicti habent de salario in anno ducatos quadringentos ad rationem soldorum nonagintasex pro ducato, et ducatus ibi currit ad soldos centum quadraginta, ex quo non percipiunt ad aurum de salario nisi ducato ducentoseptuagintaquatuor in anno vel circa, Et etiam officiales rationum nolunt, quod ducentos ducatos, quos ante tractum hic recipiebant, amplius

Digitized by Google

recipiant, sed, quod sibi solvant de inde, sicut ibi curit ducatus, Et conside predictis, difficiliter reperietur aliquis rector, qui tam longe in illis confinibus, tanta familia, et expensis, tam passagii, quam aliarum rerum, et cum illo p salario velit accedere, Nec etiam aliquis, qui ibi fuerit, rationibus predictis sa
5 non rediret et bonum sit ad hoc providere; Vadit pars, Quod Rector Nepanti eligendus, et alii, qui de cetero eligentur habere debeant ducatos quadring sexaginta de salario in anno et ratione anni, solvendo sibi de inde ad soldos n gintasex pro ducato, sicut omnes Rectores Levantis, et sint cum omnibus aliis ditionibus solitis, tam familie, quam aliarum rerum.

10 de parte . . . . . omnes alii
de non 6
non sinceri. 2

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 163 t.°).

949.

1429, 7 novembris.

15 *Cassetur expensa Serzentorum Nigropontis, nec amplius fiat ullo mod*

Ser Antonius Michiel, consiliarius.

Capta. — Cum attenta magna expensa, quam dominium nostrum port sustinet pro conservando Insulam Nigropontis, sit non solum bonum, ymo ne sarium providere de scansando illas expensas, que non dant aliquod beneficiu
20 salutem et conservationem dicte Insule; Vadit pars, Quod Serzenti, quibus sol de denariis nostri comunis; et qui sunt ad obedientiam Baiuli et Consiliari Nigropontis, ac militonum Baiuli predicti, et que expensa est iperperorum centum annuatim, et sunt sine aliqua utilitate, nec inferunt aliquem fructum, A ritate huius consilii cassentur, et de cetero talis expensa amplius non sit, ne
25 aliquo modo.

de parte. 67
de non 31
non sinceri 15

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 167).

950.

30 1429, 7 novembris.

Provisiones varie pro Nigroponte.

Similiter ordinetur, quod non teneantur de preconibus existentibus de

Digitized by Google

Insuper ordinetur, quod ad Cameram Camerariorum debeant continuo esse duo Serzenti, qui habeant de salario iperpera tria singulo mense pro quolibet, Item sint continuo duo Stratioti, qui teneant unum equum pro quolibet cum salario iperperorum sex singulo mense, Et alii omnes Serzenti et familiarii existentes ad dictum officium cassentur, nec de cetero possit teneri maior numerus quam supradictum est.

de parte 55
de non 13
non sinceri. 4

Ordinetur etiam, Quod de cetero Judicibus nec Camerariis Nigropontis, nec Scribe, qui tenet computum nostri comunis ad officium Camerarie, nec alicui alteri alteri officiali, per Regimen Nigropontis possit addi aut cresci salarium, donec durabit guerra cum Teucro, Et declaretur ex nunc, quod predicti, non possint, nec debeant habere aliud salarium nisi illud, quod eis limitatum est per continentiam partium captarum in consilio rogatorum, que loquuntur super hoc, Et si alicui eorum fuisset provisum de maiori salario per Regimen Nigropontis plus eo, quod in partibus captis continetur, Cassetur, et revocetur id salarium, quod de pluri datum eis esset, et solum habeant illud quod habere debeant per continentiam partium predictarum.

Capitaneo autem Avalone accipi debeat medietas salarii, quod habet per dictam Capitaneriam, et similiter viglocomo dicte contrate, Ita quod de cetero fiant dictus Capitaneus Avalone et dictus Viglocomo cum medietate salarii, quod ad presens habent.

de parte. 58
de non 13
non sinceri 7

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 167 e 167 t.°).

951.

1429, 27 novembris.

Responsiones ad capitula presentata per ambasiatores et Nuncios Insularum Tinarum et Michonarum, Et ibi continetur de rectore nobile eis dando de Venetiis, et modus electionis sue, salarium et familia, et alia ut ibi.

Ser Blasius Venerio, ser Marinus Sanuto, ser Andreas Suriano, ser Paulus Duodo, ser Bernardus Bolani, sapientes ordinum.

Cum venerint ad presentiam nostri dominii duo Ambasiatores et Nuncii Comunitatis et hominum Insularum nostrarum Tinarum et Michonarum, Et inter cetera, que petunt a nostro dominio nomine illarum Comunitatum, supplicant, Quod ut possint sentire liberum et clemens dominium Illustrissime ducalis dominationis,

Digitized by Google

et ut amplius, non vendantur, aut affictentur alicui, sed gubernentur sub uno Rectore nobili veneto nomine nostri dominii, sicut gubernantur et reguntur omnes alii subditi nostri Levantis, Dignetur nostrum dominium eis de singulari gratia complacere et mittere ad gubernationem illarum Insularum unum nostrum nobilem de Venetiis, per illud tempus et conditionibus que nostro dominio videbuntur. 5

Respondeatur, Quod nostra dominatio est contenta eis nostris fidelibus complacere, et eis mittere unum Rectorem nobilem nostrum, de Venetiis, sicut petunt, Et considerato quod introitus illarum abundanter supplent salario Rectori, et superabundant, sicut habetur ex computis, et informationibus habitis de inde, et Regimen Nigropontis, etiam hoc per suas literas hortatur et consulit; Et ex nunc sit 10 captum, Quod eligi debeat unus Rector Insularum nostrarum Tinarum et Michonarum per scruptinium in isto consilio, Et ab ista vice in ante per quatuor manus electionum in maiori consilio quod habeat de salario in anno et ratione anni iperpera millequingenta, habendo hic Venetiis ante tractum ducatorum centum auri qui sint et esse intelligantur pro salario quatuor mensium. Residuum vero sibi solvat 15 deinde de introitibus insularum predictarum ad rationem iperperorum sicut sibi solvunt alii nostri Rectores Levantis, Et sit Rector iste primus per annos tres, et alii per annos duos, et tantum plus, quantum successores sui illuc ire distulerint; ducat secum unum Cancellarium, cui pro salario et expensis dare debeat iperpera quinquaginta in anno. Item suis salario et expensis ducat duos famulos, Et 20 de commissione sua, et de redditibus Insularum predictarum et de passagio Rectorum et de galea ibi tenenda ad conservationem dictarum Insularum postea per hoc consilium debeat provideri, et tamen non eligatur dictus Rector, nisi primo die commissione et de solutione salarii fuerit provisum.

Ad secundum per quod petunt absolvi a solutione Capinichi videlicet soldos 25 decem pro domo, Respondeatur, quod considerata expensa Rectoris, que de presenti illuc mittimus, Et attento, quod semper solverunt nunc dominio nostro non videtur eis in hoc complacere posse.

Ad tercium, Quod absolvantur a thimainicho pro quo solvunt iperpera duo pro omni equo, et unum cum dimidio pro omni jumenta, quoniam stalones nunc 30 sunt hominum Insularum et non comunis, respondeatur quod, mittimus illuc Rectorem nostrum, qui examinabit et cognoscet hoc, quod ipsi dicunt de stalonibus, et postea eis per nostrum dominium fiet, sicut condicio temporis requiret, Certificando eos, quod in cunctis possibilibus et honestis dictis nostris fidelibus complacebimus.

Ad quartum, per quod petunt illi de Micone absolvi a solutione gemori et Ca- 35 pinichi, attento quod a Teucris ipsa Insula fuit derobata et destructa per modum quod inextimabili necessitate.

Respondeatur, Quod Rector noster, qui illuc veniet de hujusmodi gemoris, et capinichis, de conditione et statu illorum fidelium nostrorum Michonarum te informabit et nostrum dominium advisabit, et postea nos providebimus utili et commodo 40 predictorum fidelium nostrorum, sicut tempus requiret, certificando eis, quod tamquam bonos et legales subditos, eos habebimus continue commendatos.

de parte 60 71

Digitized by Google

Ser Antonius Michael consiliarius.

Vult partem sapientum ordinum per totum, salvo quod Rector sit per duos annos tantum, et habeat iperpera mille sexcenta, Et quod non eligatur dictus Rector, nisi primo de commissione sue, et solutione salarii fuerit provisum, Et quod
5 de Venetiis non habeat aliquid, de salario suo sed sibi solvat deinde.

de parte 49 50
de non 10
non sinceri. 2 5

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 169 t.°).

952.

10 1429, 17 decembris.

Commissio Rectoris Thinarum et Michonarum.

Ser Blasius Venerio, ser Marinus Sanuto, ser Andreas Suriano, ser Paulus Fusculo, ser Bernardus Bolani sapientes ordinum.

Nos Franciscus Foscari, Dei gratia Dux Venetiarum; Committimus tibi Nobili
15 viro dilecto Civi et fideli nostro, Quod in nomine Jesu Cristi et in bona gratia vadas et sis de nostro mandato Rector Insularum nostrarum Thinarum et Michonarum per annos tres et tantum plus, quantum successor tuus illuc venire distulerit, habendo ad honorem nostrum et bonum statum, et conservationem dictarum Insularum bonam diligentiam atque curam, Regendo dictas insulas in Civilibus et crimi-
20 nalibus secundum suas consuetudines et statuta dummodo sint secundum deum, justitiam, et bonum statum dictarum Insularum bona fide, Et ubi statuta et consuetudines deficerent te adhereas legibus et consuetudinibus nostris Venetiarum.

Diem autem quo dictum Regimen intrabis nobis tuis litteris denotabis.

Pro passagio autem tuo ad illas Insulas habere debes a nostro comuni du-
25 catos quinquaginta, Et volumus, quod habeas unam galeotam banchorum XXII vel vigintiquatuor novam et bene in ordine omnibus neccessariis a nostro dominio, quam galeam hic Venetris tuis expensis armare debeas, sicut tibi videbitur, et cum ea ad dictas Insulas te conferre, quam quidem galeotam tenere debes ad custodiam dictarum Insularum bene in ordine ad omnia mandata Capitanei nostri Culphi, et
30 ad destructionem inimicorum nostrorum, Sed ut homines dictarum Insularum vadant libenter et bono animo, volumus, Quod de omnibus predictis, et de omnibus rebus que quomodocumque per dictam galeam capientur, homines galee habere debeant duo tertia, tu aliud tertium, si cum dicta galea fueris, Et si non fueris personaliter habere debes tantum medietatem illius Tercii, et aliam medietatem ille
35 qui fuerit caput loco tui, dividendo res predictas equaliter inter homines ut supra

Digitized by Google

dicitur sub penis contentis in parte furantium, Sed interim quousque certus fueris portum Thinaram et Michonarum esse securum per modum, quod galea a Turchis in portu predicto possit stare secura dimittas galeam in Nigroponte pro securitate, et assecurato portu eam apud te teneas pro assecuratione locorum predictorum.

Appellationes autem predictorum fidelium fieri debeant ad Regimen nostrum Nigropontis.

Omnes autem introitus et redditus, datia, et decime, que quomodocumque et qualitercumque spectant seu spectare poterunt nostro comuni, volumus, quod ad publicum incantum affictes vel teneas in comuni, sicut tibi utilius videbitur pro comuni, habendo continue super predictis parere et consilium Regiminis nostri Nigropontis circa quos introitus tam in affictando plus offerentibus, quam in exigendo, si tenebis in comuni, omnem diligentiam tuam appones pro bono nostri comunis, Et de omnibus intratis et expensis nostri comunis tenere debeas ordinatum computum in libris actuum, quorum librorum tenere debeas duas copias, unam quarum omni anno mittere debeas Nigropontem cum illa moneta que tibi superhabundaverit ultra tuum salarium, et expensas necessarias solitas sub pena quarti, alteras copias in tuo redditu ducas tecum Venetias officialibus rationum.

Et subito cum illuc applicueris facere debeas unum Inventarium omnium intratarum et omnium aliarum rerum spectantium nostro comuni per singulum et ordinate, mittendo illud Inventarium nostro dominio pro nostra informatione et unam copiam eius Regimini nostro Nigropontis.

Item capitulum de non recipiendo aliquod munus.

De non contrahendo matrimonium per se vel alium.

De non faciendo de mercationibus.

De non reddendo se vel loca sibi commissa sub pena capitis.

Item capitulum de volentibus se appellare, quod dare debeant scripturas omnes sub sigillo.

De non revocando condemnationes vel sententias quas ipse fecerit.

Pars de furantibus.

De respondendo pro uxore et filiis et familia sua qui facerent contra commissionem.

Quod familia sua non habeat stipendium comunis.

De non faciendo arrengam vel sermonem.

De faciendo rationem cum officialibus rationum in mense a die qua redierit.

De obediendo mandatis dominii.

Et de juramento quod fecit pro honore et proficuo comunis Venetiarum.

(Reg.° 57, 1428-1430. c. 176 t.°).

Digitized by Google

953.

1429, 1 januarii.

Responsiones facte ad capitula presentata dominio per Ambaxiatorem illustris domini despoti Amoree.

Sapientes ordinum.

5 Capta. — Quod ad capitula porrecta nostro dominio pro parte Ambaxiatoris Illustris domini despoti Amoree respondeatur in hac forma; Et primo ad primum huius tenoris videlicet:

Prima che la Signoria vostra schriva una letera al mio Signor de le chosse che per parte del mio Signor ho supplicado ala Signoria Vostra e per i confini e 10 del modo e la maniera el e sta raxonado.

Respondeatur, quod non videtur nobis hoc esse opus, quia id quod sibi alias diximus oretenus, ita potest referre domino suo esse etiam nunc nostre intentionis.

Ad secundum huius tenoris videlicet: Ancora che la Signoria Vostra se degni a far acopiar el brevilezio del soffiano simel del primo ad ogni modo e che se debia 15 domandar a misser Christofolo Marcello lo qual fexe sequestrar i dener de soffiano quando che l giera Castellan in quel tempo, E dove e i dener che l sia fato comandamento de la Signoria al Castellan de Modon che li dia, J quali dener dovea dar ser Albertho Zusti e ser Antuonio Finto, e queli dener se debia dar a mi.

Respondeatur, super sequestratione autem denariorum, Nos Scribemus Castel- 20 lanis nostris et eis mandabimus, quod examinato hoc negotio faciant jus, Consirato, quod hoc privilegium factum fuit per Castellanos nostros Mothoni et Coroni, et autenticum ejus est ibi et etiam hoc quod habet est legibile, non est necessarium pro presenti ipsum revocare.

Ad tertium: Ancora che la Signoria Vostra faza salvo conduto apien et valido 25 al megastrato Pedarchi Franchopulo zoe ale chosse che a fato de le provende i danni zo che e hocorso de li homeni che lui havera sopra de sy, che may non si possa zerchar, e che sia libero del tuto luy e lo aver so et li suo Subditi in ogni luogo de la Signoria e dentro de Veniexia e dove vuol andar per suo fazende o ver del suo signor e che sia fuzilado de vostra bolla.

30 Respondeatur, Quod de conditione istis megastratho Pedarchi Franchopulo non sumus informati, Et pro possendo melius facere id quod est fiendum, deliberavimus super hoc scribere Castellanis nostris Coroni et Mothoni, quod advisent nostrum dominium super hoc, Quorum responsione habita providebimus et faciemus in complacentiam illustris domini sui id quod cum honore nostre dominationis fieri 35 erit possibile.

Ad quartum hujus tenoris videlicet, E che l sia fato comandamento ali vostri Rectori che el sia ordenado che da mo in avanti nessun di vostri possa far credenza ad alguno di nostri che habita de fuora, per le cosse che tuto el di ochore, perche quando alguno di vostri die aver dali nostri, i vostri Rectori fano reprexagia et

Digitized by Google

per questo aschaze asay inconveniente fra la Signoria Vostra al mio Signor et questo medesimo giera in el tempo del primo Dispoti e le cosse steva in pacificho.

Respondeatur, Quod natura et conditio mercature est dare ad terminos et contatos juxta conditionem personarum et locorum, et prout mercatoribus melius videtur pro utili suo, et propterea super hoc aliquid non videtur innovandum ultra id, quod presentialiter observatur, Sed tamen Rogamus magnificum suum dominum, quod provideat a parte sua, quod mercatoribus nostris fiat expedita racio, ne detur materia Rectoribus nostris ad hujusmodi represalias procedendum.

de parte.	omnes alii
de non	4
non sinceri . . .	14

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 178).

944.

1429, 10 januarii.

Ad viagium Corphoy et Mothoni deputetur una galea ut ibi.

Ser Blasius Venerio, ser Marinus Sanuto, ser Andreas Suriano, ser Paulus Fusculo, ser Bernardus Bolani, sapientes ordinum.

Capta. — Quod in nomine Yhesu Cristi et in bona gratia ad viagium Corphoy et Mothoni deputetur una galea de mensuris Flandrie, et habeat suas glavas magnas eo modo, quo habent dicte galee Flandrie, et dabitur dicta galea fulcita omnibus rebus, secundum usum, per nostrum comune, Et deliberabitur per incantum plus offerenti secundum usum.

Et habere debeat dicta galea ballistarios vigintiquinque inter quos sint duo nobiles et unus tubeta, qui omnes ballistarii accipiantur ad bersaleum secundum usum, Sed ballistarii nobiles habeant ducatos viginti pro quolibet pro toto viagio et tabullam justa solitum, Item unum hominem consilii, qui habeat pro toto viagio ducatos viginti, et accipiatur per collegium ordinatum, Item teneatur habere unum Comitum, unum patronum juratum, duos Scribas et alios officiales et homines a remo secundum ordines terre, dando predictis ballistariis et aliis salariatis pagam unius mensis cum dimidio ante tractum.

Et teneatur recedere de Venetiis die vigesimosecundo mensis presentis sub pena perdendi medietatem nabuli, que veniat in comune, et ire Corphoum et Mothonum et de dictis locis primo levare species, et omnes alias mercationes, que remanserunt a rata viagiorum Romanie, Baruti, et Alexandrie, habendo de speciebus, quas de dictis locis conducent Venetias tria quarta nabuli eius, quod solvitur galeis Baruti et Alexandrie, Et de reliquis rebus nabulum consuetum galeis.

Digitized by Google

Et possit carricare in Venetiis usque ultimum diem sui recessus.

Item non possit fieri varea, nisi in casu geti, seu derobationis rerum de subtus cohopertam, que solverent nabulum galee, et non aliter ullo modo.

de parte 97
5 de non 3
non sinceri 5

Deliberata fuit ser Ludovico Valaresso pro libris 193 soldis XI, denariis 6.

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 181 t.°).

955.

10 1429, 19 januarii.

Castellanus Mothoni videat circam galea Mothoni a speciebus.

Ser Blasius Venerio, ser Marinus Sanuto, ser Andreas Suriano, ser Bernardus Bolani, sapientes ordinum.

Capta. — Cum sit providendum, quod ista galea, que vadit ad levandam ratam
15 specierum Mothonum et Corfoy, vadat fulcita hominibus, sicut per ordines nostros ire debet, tam pro securitate haveris, quam pro multis aliis rationibus; Vadit pars, quod unus ex Officialibus Camere armamenti per texeram vel concordium ire debeat simul cum uno scriba, et uno famulo officii cum galea predicta usque Polam, et ibi videre debeat circam omnium hominum predicte galee, si erunt ad numerum,
20 ad quem per ordines terre esse debent, et si aliquis ei defficeret, ibi supplere faciat sicut in circhis fieri aceptis in scriptis omnibus hominibus per pilum et signum, ad complementum, et debet, redire debeat Venetias cum aliqua barcha pedotarum, vel aliter sicut melius poterit, Non possendo expendere in hoc accessu suo ultra ducatos decem ullo modo, qui ducati decem in reditu vadant ad ratam mercationum
25 dicte galee, Et mandetur similiter Castellano Mothoni, quod faciat circam et eam sub bulla sua mittat nostro dominio.

de parte . . . . . omnes

Facta fuit litera Castellano, missa pars officialibus armamenti.

30 (Reg.° 57, 1428-1430, c. 183).

Digitized by Google

956.

1429, 20 januarii.

Terminus recedendi galee iture Mothonum elongetur ut ibi.

Consiliarii.

Capta. — Cum terminus recedendi galee iture Mothonum ad levandum mercationes, sit die dominica proxima, ad quem terminum recedere non posset, quia propter malum tempus, quod regnavit, ballistarii non potuerunt accipi; Vadit pars, Quod dictus terminus elongetur usque diem martis proximi, ad quem terminum teneatur patronus recedere sub pena librarum ducentarum, Et non possit dictus terminus ulterius elongari sub pena ducatorum centum pro quolibet ponente, vel consenciente partem in contrarium.

de parte	omnes alii
de non	3
non sinceri	2

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 183).

957.

1429, 13 februarii.

Ad partes Salonici, Nigropontis, Neapolis, Coroni, Mothoni, Nepanti, et Corphoy mittantur duo sindici cum modis et conditionibus ibi notatis.

Ser Blasius Venerio, ser Marinus Sanuto, ser Andreas Suriano, ser Paulus Fusculo, ser Bernardus Bolani, sapientes ordinum.

Cum dominatio nostra pro bono et commodo fidelium nostrorum partium Levantis, Et pro honore et utilitate nostri comunis de quatuor in quinque annos consueverit mittere ad ipsas partes suos Solenes Sindicos et provisores, quod continue cessit ad famam nostri dominii, Et declarant intentionem nostram esse, Quod unusquisque in jure et justicia conservaretur sub umbra nostri dominii, Et sint iam anni octo preteriti, et plus quod ad dictas partes non fuerunt missi tales Sindici et provisores; Vadit pars, Quod in nomine Yhesu Cristi et in bona gratia ad terras nostras Salonichi, Neapolis Romanie, Coroni et Mothoni, Nepanti, et Corfoy, mitti debeant duo Solennes Sindici et Provisores, qui eligi debeant de presenti per scruptinium in isto consilio, Et possint accipi de omni loco et ufficio, et de judicatu petitionum, et Auditorum sententiarum, et respondeant statim, vel cras ad tercias, et non possint refutare sub pena ducatorum centum.

Digitized by Google

Et ut habeantur persone sufficientes dicti Sindici et provisores habere debeant de salario ducatos quadringentos pro quolibet pro toto hoc Sindicatu, habendo hic Venetiis ducatos II centum pro quolibet, et alios ducatos II centum auri, vel valorem eorum in Corfoo, Et de omni eo quod intromittent, et sentenciam et condemnationem facient, habere debeant partem, sicut Advocatores et officiales rationum pro illis rebus que spectarent suis officiis, ducant secum duos famulos pro quolibet, unum notarium cum uno famulo, et unum coquum, possint expendere ducatos duos in die, Non computatis agoziis equorum et nabulis navigiorum.

Et qui fuerit Rector, Comes, Capitaneus, vel officialis in aliquo dictorum locorum ab annis X citra, et qui habuerit patrem, filium, vel fratrem in aliquo dictorum locorum ab annis quinque citra, non possit eligi ad dictum Sindicatum.

Et debeant dicti Sindici recedere de Venetiis cum galeis nostris, que armabuntur ad culfum.

Et ex nunc sit captum, quod dicti Sindici et procuratores provisores postquam redierint Venetias, non possint usque decem octo menses eligi ad aliquod regimen officium, vel beneficium intus et extra, nisi primo expediverint intromissiones et alia, que agere habebunt ratione et vigore dicti Sindicatus, Sed si ante dictos decem octo menses, expedivissent predicta, tunc possint eligi ad omnia, Et possit quilibet ipsorum Sindicorum inquirere et intromittere rectores et officiales locorum predictorum, sicut si ambo essent concordes, Et possint etiam intromittere et inquirere contra Rectores et officiales, qui ad presens sunt in Regiminibus. De commissione autem sua providebitur ante suum recessum de Venetiis.

de parte . . . . . 59, 67.

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 190 t.°).

958.

1430, 2 marcii.

Omnes greci habentes soldum in Mothono reducantur ad libras octo, et castellani de cetero non possint scribere aliquem grecum loco latini.

Ser Blasius Venerio, ser Andreas Suriano, ser Paulus Fusculo, ser Bernardus Bolani, sapientes ordinum.

Capta. — Cum Castellanus Mothoni scribat, quod ad stipendia nostra sunt aliqui greci positi loco latinorum deficientium in banderiis libras duodecim sicut si essent latini, et greci qui sunt ad nostrum soldum, non debent habere nisi libras octo, ex quo bonum et necessarium sit, quod omnes greci, qui sunt ad soldum reducantur ad libras octo; Vadit pars, quod secundum consilium et recordationem Castellani predicti, omnes greci, qui sunt ad nostrum soldum in dicto loco, reduci debeant ad libras octo, Et quod de cetero non possit ipse Castellanus, nec sui

Digitized by Google

Successores sub pena librarum centum scribere, nec aliqualiter ponere ad nostrum soldum aliquem grecum, loco alicujus latini, qui deficeret de cetero. Insuper ordinetur, Quod de introitibus nostris, qui pervenerunt ad manus Castellanorum, soluto salario suo et consiliariorum, debeant solvere nostris Stipendiariis illius loci, incipiendo solvere a 1430 citra, et aliis Salariatis ab inde in antea, solvere debeat de denariis superabundantibus a predictis, sicut melius poterit.

de parte 76
de non 4
non sinceri 6

Dicto die scripta Castellanis Coroni, et Mothoni et Successoribus suis.

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 199).

959.

1430, 2 martii.

Mandatum factum regimini Nigropontis, quod permittat omnes volentes ire cum frumento Salonicum libere accedere.

Ser Blasius Venerio, ser Andreas Suriano, ser Paulus Fusculo, ser Bernardus Bolani, sapientes ordinum.

Capta. — Quia Rectores Salonichi conqueruntur, quod per Regimen Nigropontis, non permittitur extrahi frumentum de canali Nigropontis a parte terre pro Salonico, nec etiam per transitum cum maximo damno dicti loci; Vadit pars, quod scribatur Regimini Nigropontis, quod permittant omnes volentes ire cum frumento Salonichum, libere accedere, non retinendo nec arestando eos ullo modo sub pena ducatorum ducentorum in suis propriis bonis, Et similiter scribatur Regimini Crete, quod de omnibus necessariis loco nostro Salonichi predicto, ipsi dicto loco subveniant sicut hucusque fecerunt, sicut fuerint requisiti a Rectoribus Salonichi.

de parte 66
de non 22
non sinceri 11

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 199 t.°).

Digitized by Google

960.

1430, 3 martii.

Quid scriptum fuit domino duche Egeopelagi pro acceptu, et favores quas prebet Turchis.

Ser Antonius Michiel, consiliarius.

5 Cum alias antequam dominus ducha Egeopelagi haberet pacem cum Teucris, consueverat, quando alique galee vel alie fuste Teucrorum declinabant ad loca ipsius ducis, facere quedam signalia cum igne, propter que illi de Insula nostra Nigropontis advisati erant de adventu ipsorum Teucrorum, et providebant securitati sue, prout erat necesse, Sed postquam ipse ducha habuit dictam pacem, ipse nedum 10 non facit signa consueta, imo prebet subsidia, consilia, et favorem eisdem Teucris ad damna Subditorum nostrorum Insule supradicte, Et sit penitus necessarium ad hoc providere; Vadit pars, quod scribi debeat eidem duche circa hanc materiam et prout videbitur expediens, gravando nos de modis, qui servati sunt et servantur per illum in dando favores Teucris contra nostros subditos, et quod velit ab hiis 15 desistere, et pro conservatione bone vicinantie et fraternitatis velit facere signa, et alia, que facere consueverat per elapsum pro advisamento subditorum nostrorum quotiescumque habebit notitiam de adventu Teucrorum predictorum, vel declinabunt ad loca sua.

de parte	66
20 de non	1
non sinceri	4

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 200 t.°).

961.

1430, 15 martii.

Baiulus et Capitaneus Corphoy emere possit duas tubetas et duas 25 *banderulas pro mittendo Algirocastrum.*

Ser Blasius Venerio, ser Andreas Suriano, ser Paulus Fusculo, ser Bernardus Bolani, sapientes ordinum.

Capta. — Cum Baiulus noster Corphoi devenerit ad pacem et bonam amicitiam cum despoto Algirocastri, cum quo certa rubigo devenerat, et dictus dominus Algi- 30 rocastri fecerit omnia, que Baiulus noster voluerit super omnibus differentiis et in

Digitized by Google

fine miserit et largitum unum equum, qui venditus fuit yperperis septuaginta sex, Et requisiverit a Baiulo predicto tubetas duas, et duas banderulas; Vadit pars, Quod detur licentia Baiulo predicto, quod dictas duas tubetas, et duas banderulas, emere possit de denariis nostri comunis, et eas mittere largitas domino Algirocastri predicto in signum et demonstrationem amoris, cum quanto minori expensa fieri poterit.

de parte	omnes alii
de non	1
non sinceri.	0

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 202).

962.

1430, 30 martii.

Baiulus et Capitaneus Corphoy mittat Durachium salem nostri comunis pro valore ducatorum ducentorum sive pecuniam que vicebaiulus Durachii mittat acceptum, et denarios quos extrahet de illo ponat in reparatione murorum et teneant computum.

Sapientes ordinum.

Capta. — Quia vicebaiulus et vicecapitaneus Durachii per multas literas scripserit non habere salem, nec habere denarios pro emendo eum, et bonum et necessarium sit, quod ipsum habeat; Vadit pars, quod mandetur Baiulo nostro Corphoy, quod dare debeat vicebaiulo Durachii salem nostri comunis, pro valore ducatorum ducentorum, sine aliqua pecunia, et informetur vicebaiulus Durachii, quod dictum salem mittat acceptum, et omnes denarios, quos extrahet de venditione dicti salis, ponat in reparatione murorum, et aliarum rerum plus necessariarum dicto loco, Et de missione, et receptione dicti salis, utrumque Regimen tenere debeat ordinatum computum pro dilucidiori visione nostrarum rationum.

de parte.	105
de non	1
non sinceri	5

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 204).

Digitized by Google

963.

1430, 30 martii.

Quid scriptum fuit regimini Nigropontis, pro copia quaterni camerarii Nigropontis mittenda officialibus rationum de tempore in tempus, sub penam, Et quaternarius de inde teneatur in fine cujuslibet baiuli soldare quaternum suum etc. ut ibi.

Et ibi sunt successive alii ordines de libris condutarum et cassationum.

Et quod alicui habere debenti a camera de inde non possint solvi sine bulleta baiuli.

Et quod stipendiariis stratiotis et galeotis non fiat solutio nisi ad denarios contatos.

Ser Antonius Michael, consiliarius.

Capta. — Cum in MCCCCXX de mense Julii captum fuerit in isto consilio, Quod Consiliarii Nigropontis deberent ministrare denarios nostri comunis, faciendo Camerariam quemlibet ipsorum duobus mensibus, una, cum Camerario facto per regimen de inde, Administrationis quorum denariorum computus debet teneri per Consiliarium, qui facit Camerariam, et per dictum Camerarium, et per quaternarium, seu Scribanum Camere Nigropontis, quorum quilibet tenere debet unum quaternum de per se, Et quoniam officiales rationum in Venetiis, non presentatur quaternus Camerarii Nigropontis, nec quaternerii seu Scribani, qui quaterni sunt ad scontrum quaterni Consiliarii, qui solum tangit pecuniam nostri comunis, ut fieri possit debita examinatio in rationibus nostri comunis; Vadit pars, quod autoritate huius consilii mandetur Regimini Nigropontis presenti et Successoribus suis, quod mandet Camerario Nigropontis, qui per tempora erit, quod mittere debeat presentandam officialibus rationum in Venetiis copiam sui quaterni, super quem habebit notatas omnes camerarias per ipsum factas cum consiliariis tempore presentis Baiuli Nigropontis, Et ita de cetero observari debeat de tempore in tempus, videlicet, Quod Baiuli Nigropontis presentes et futuri teneantur portare dictum quaternum Venetus officialibus rationum presentandum, sub pena librarum ducentarum pro quolibet et qualibet vice.

Quaternerius autem teneatur et debeat in fine cujuslibet Baiuli solidare quaternum suum, quem quaternum debeat exemptare unus ex Cancellariis Baiuli et dicta copia per baiulum portari Venetias officialibus rationum presentanda sub pena librarum ducentarum, et pro qualibet vice, qua non fuerit observatum, tam per Baiulum et quaternerium, quam per Cancellarios Baiuli, et per Camerarium Nigropontis ut superius continetur, A quibus pena predicta exigatur per Baiulum, et pena ad quam cadit Baiulus non observans, committatur Advocatoribus comunis. Consiliarii vero teneantur consignare rationes suas officialibus rationum sub pena librarum ducentarum exigenda per advocatores comunis.

Digitized by Google

Similiter portent dicti baiuli secum Venetias copiam libri conductarum et cassationum Stipendiariorum, stratiotorum et custodum murorum cum tempore quo ipsi stipendiarii accipiuntur, et quo cassantur, presententque officialibus rationum sub pena librarum centum.

Ordinetur insuper, quod alicui persone cujuscumque conditionis existat, que habere deberet a Camera Nigropontis pro aliqua causa, non possint solvi absque bulleta Baiuli scripta manu unius cancellarii, et sigillata per ipsum baiulum, in qua se subscribat consiliarius non exereens camerariam, et registrentur dicte bullete in uno quaterno per cancellarium baiuli absque aliqua solutione, cuius copiam quilibet Baiulus secum portet Venetias et consignet officialibus rationum sub pena predicta, Et consiliarius exercens camerariam si faciet aliquam solutionem contra hoc cadat de ducatis centum, nec possit fieri aliqua obligatio, nec translatio denariorum nostri comunis absque licentia Baiuli et Consiliarii non exercentis camerariam, et cum eorum bulleta, sub pena ducatorum centum pro quolibet contra hoc faciente, nec valeat obligatio, et translatio que fiet contra hoc.

Et simili modo Stipendiariis, stratiotis, et galeotis non possit fieri aliqua solutio nisi ad denarios contatos sub eadem pena, nec eis fieri aliqua subventio absque buleta, ut supradictum est. Nec etiam possit per dispensantes pecuniam nostri comunis, nec per Scribam concedi denarios in sua specialitate alicui vel aliquibus habere debentibus a dicta Camera nec vendi aliquid eis sub eadem pena, Et presentem ordinem baiuli contra contrafacientes executioni mittere teneantur, confirmando omnes alias partes facientes mentionem de hac materia. Et mittatur pars capta in 1413 die XVII Julii.

de parte 107
de non 5
non sinceri. 3

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 204 t.°)

964.

1430, 4 aprilis.

Quidam Zaffar bey Turchus huc missus ad Nigropontem mittatur Nepantum cum ordine ut ibi.

Ser Blasius Venerio, ser Paulus Fusculo, sapientes ordinum.

Capta. — Cum presentialiter venerit Venetias de partibus Nigropontis quidam Zaffar bey Turchus, qui ex informationibus et evidentiis que habentur, fuit filius Baiseti, et supplicaverit nostro dominio, Quod velimus certificari per opera et experientias manifestas si ipse est ille, qui dicitur, et quod mittamus eum Nepantum, qui locus confinis est Turchis amicis suis, et illis precipue, qui secrete intelligentiam habent cum eo sacramentatam, Affirmando, quod si habebit favores nostri dominii maxima damna inferret locis et Subditis Admorati bey, et multa earum ad suam

Digitized by Google

observantiam deducet, attento maxime, quam longe sunt loca predicta a succursibus Admorati, dicendo etiam, quod non vult pro nunc aliquid a nostro dominio nisi accessum ad dictum locum, Et quod si in acquisitionibus locorum et in Subiectionibus Subditorum Admorati inimici nostri nostra dominatio cognoscet eum esse illum dominum et filium cuondam Raiseti, quem se esse dicit, tunc nostra dominatio eidem faveat et succurrat juxta operationes et gesta sua, Et iste partitus sit utilis et facilis ad tentandum; Vadit pars, Quod iste Zafar mitti debeat Nepantum, Et scribatur nostro Rectori Nepanti, quod ipsum dulciter et honorabiliter videre debeat, et possit expendere pro eodem ducatos quinque in sex in mense, pro expensis, et eidem declaretur causa missionis sue ad illum locum, et quod eidem cum paucis apud se dare debeat introitum et exitum loci habendo diligentissimam considerationem et advertentiam, quod paucissimi Turchi intrent Nepantum pro securitate loci, Et quod de omnibus, que iste Turchus operabitur in illis locis tam cum illis quos dicit esse suos occultos sacramentatos, quam cum inimicis nostris Subditis Admorato et aliis de tempore in tempus, cum solicitudine advisare debeat nostrum dominium, ut si erit, vel si non erit eum, quem se esse dicit, providere possimus.

de parte	109
de non	16
non sinceri	2

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 207 t.°).

965.

1430, 3 maii.

Provisiones ser Christofori Duodo olim Coroni et Mothoni Castellani — primo quod frumentum seu denarii dari soliti singulis annis per rectorem Rethimi Coronum, dentur de cetero Mothonum — de oleo quod extrahetur de locis predictis solvatur solidus unus pro libra — de denariis obligatis mitti tanam, mittantur Mothonum ducati mille pro cavatione portus.

Ser Cristoforus Duodo, olim Castellanus Coroni et Mothoni et ser Blasius Venerio, sapiens ordinum.

Caota. — Perche el luogo de Modon se de spexa asay oltra le intrade intanto che ogni anno se pluy la spexa cha l intrada zercha yperperi vintimilia et a Coron non sia tanta spexa, anzi l avanza l intrade ale spexe, et meio se a proveder che uno luogo aida l altro cha mandar dener de qui li, perho i dener over formento che ogni anno da el Rector de Rethemo a Coron da mo avanti sia tegnudo de dar a Modon chome da quelo dela Cania.

de parte	omnes alii
de non	1
non sinceri.	1

Digitized by Google

Suprascripti.

E perche el datio de l oio che se traze fuora de Modon et Coron, vien molto fraudado, perche l oio se mete nei nostri luogi paga tornesi do per lira, e per altri luogi soldi 1 per lira, et soto color de i nostri luogi el vien portado in altre parte, E per oviar questi ingani et acrescimento di datii di diti luogi; L andera parte che tuto l oio se trara da Modon et de Coron e di so destreti paga soldi 1 per lira, et cusi se debia afitar i dacii cum le streture a chi contrafese al ditto dacio.

de parte . . . . . omnes alii
de non 12
non sinceri 6

Cum alias captum fuerit in hoc consilio mittendi Tanam ducati tresmille pro laboreriis dicti loci, Et nunc sit multo magis necessarium reparare portum Mothoni pro securitate galearum et navium nostrarum, illuc declinantium; Vadit pars, Quod dicta pars suspendatur in tantum pro nunc, quod de predictis tribus millibus ducatis accipiantur mille pro cavatione portus loci nostri Mothoni predicti, qui omnino indiget reparatione pro securitate galearum et navium illuc declinantium, et pro aliis provisionibus dicto loco necessariis, declarando, quod dicti ducati mille accipiantur ab extraordinariis per modum, quo fuerunt accepti denarii missi Tanam annis preteritis.

de parte. 112
de non 2
non sinceri 3

(Reg.° 57, 1428-1430, c. 211).

966.

1430, 9 maii.

Cancellariis, scribis, notariis, non possit per castellanos augeri salarium sub pena — Datium mesetarie Coroni et Mothoni incantetur ut ibi. — Vina que venduntur de Mothono solvant quartariam et afficient ipsum datium.

Ser Cristoforus Duodo, olim Castellanus Coroni et Mothoni.

Capta. — Per chaxion per lo collegio fosse scansade certe spexe l anno passado a Modon, fra le qual xe quele de canzelier et Scrivani e per quel scansar fo scrito, che quelo noder over scrivan che avea yperperi 400 a l anno abia mo iperperi 300, et non sia sta in quela camera algun noder avesse el dito salario, ma ben ne xe do uno ala corte menor, che nome ser Antuonio de Gulia, et ala corte mazor Michaleto Vlacho, i qual mal senza queli se poria far; Vada parte chome e sta scrito per el castellan de qui, che questi perperi 300 sia partidi in questi do scrivani iperperi centocinquanta per zaschadun al ano, i qual sono contenti de

Digitized by Google

starde non obstante ide avea avanti plui, E perche i diti cancelier e scrivani et noderi non chala mai de stimolar i so castellani de acrescimento de salario dreta da mo sia prexo non i se possa agrandir salario, salvo qui per la Signoria et consei ordenadi in pena de perperi cinquecento ai Castellani che l avesse acresudo, et niente mancho queli ai qual havesse abudo el salario de pluy, sia tegnudi de refar quelo e la mitade pluy per pena, le qual cosse sia comesse ai Advocatori de comun, habiando parte de le pene chome de le altre del so officio.

de parte	omnes alii
de non	2
non sinceri	1

Ser Cristoforus Duodo suprascriptus.

Perche le spexe sono grande, si in Choron chomo in Modon et l intrade pizole, Vada parte ch el dazio de la messetaria, si in Coron chome in Modon, se diebia incantar che tute merchadantie et altre cose, se vendera si in Coron chome in Modon, et so destreti da perperi diese in suxo, debia pagar $^1/_2$ per cento el comprador, et $^1/_2$ per cento el vendedor, la quale tuta vadi in comun, debiando esser tegnudo, el zitadin over habitator de dicti luogi tegnir la parte del forestier, azio Comun abia so dreto cum le streture se al prexente, Siando asolti da questa mesietaria chi conduxese formenti, biave, legumi, et animali de zaschaduna sorta, et i vini se vendese a galie et nave armade de comun. Romagnando tute streture se al presente in so fermeza, et l ordene de queli fara mercado fra i termini de i mia le mitade, a pagar la mexietaria de $^1/_2$ per cento per parte chome se dito de sora.

Se intro questi mercadi ne sera sanser, Sia tegnudo de dar i so merchadi in nota soto le pene uxade, et niente abia de questo mezo per cento per parte, ma fazase pagar dal vendedor, over comprador chome i sera d acordo, et non possando esser d acordo, el Castellan tansa quelo i vien per so fadiga.

de parte	omnes alii
de non	9
non sinceri	3

Perche el se afita el dacio de le taverne de fuora de Modon a pagar soldi tre per miro che se una pichola cossa, et dentro da Modon paga el quarto de dacio, e per questo el datio de la dita quartaria vien mal vendudo, Si in Modon chome in Coron, perche tuti va a ber fuora de diti luogi; Vada parta che i vini se vende de fuora de Modon, e Coron, pagi cussi quartaria, chome paga queli se vende dentro i diti luogi, et questo dazio se debia afitar.

de parte	omnes alii
de non	1
non sinceri	1

(Reg.° 57, 1428-1430. c. 213 t.°).

Digitized by Google

967.

1430, 9 maii.

Quid scriptum fuit baiulo et Capitaneo Corphoy super factis Stefani Agapito pro pischeriis Nepanti quas accepit ad afictum.

Ser Michael Trivisano, ser Sipio Bono, ser Vitus de Canali, ser Mafeus Donato, ser Marcus Lipomano consiliarii. 5

Capta. — Cum comparuerit ad conspectum nostri dominii Stefanus Agapito, fidelis noster Corphiensis, exponens, quod ipse accepit ad incantum publicum a nostro Regimine Corphoy pro annis duobus pischerias Nepanti, pro yperperis vigintiquatuor mille, de quibus dum ipse vellet dare plezariam ante tractum de yperperis VI mille pro primis sex mensibus, et sic successive de VI mensibus in sex menses, 10 Baiulus et Capitaneus noster Corphoy, videlicet vir nobilis ser Michael Duodo noluit assentire, sed volebat, quod idem Stefanus Agapito daret integram plezariam de tota sorte videlicet de yperperis XXIIII mille, quod erat ipsi fideli nostro impossibile, Ex quo secutum est, Quod dictus Baiulus fecit de novo incantari dictas pischerias ad dannum et utilitatem ipsius Stefani, et eas deliberavit alii persone pro yperperis XIIII mille ubi primo ipsas deliberaverat dicto Stephano per yperperos XXIIII 15 mille in destructionem et consumptionem totalem dicti pauperis fidelis nostri, qui humiliter supplicavit sibi provideri de remedio opportuno; Vadit pars, consideratis omnibus suprascriptis, et quod commune nostrum non polest aliquid perderehabendo plezariam de sex in sex menses de iperperis VI mille ante tractum 20 et etiam, Quod idem Stefanus est contentus, Quod Baiulus predictus exigi faciat de tempore in tempus omnes denarios de introitibus ipsarum pischerarium, Quod autoritate hujus consilii mandetur Baiulo et Capitaneo antedicto, Quod debeat revocare et annullare affictationem ultimo factam de dictis pischeriis, et firmam teneat afficta Stefano Agapitho suprascripto de iperperis XXIIII mille, accipiendo plezariam 25 de iperperis VI mille ante tractum de sex mensibus in sex menses, et faciendo exigi pecunias de introitibus pischeriarum, ut superius scriptum est, usque integram quantitatem, et si aliquid deficerit ad integram solutionem, cogat ipsum Stefanum et plegios suos, ita quod nostrum dominium nil ammittat de afictu predicto.

de parte . . . . . alii 30
de non 1
non sinceri 3

(Reg. 57, 1428-1430, c. 213 t °).

Digitized by Google

968.

1430, 19 junii.

Panni et merces qui per nostros extrahentur de Venetiis vel aliis terris nostris pro portando in despotatum et principatum Amoree solvant tria pro cento, ut ibi. — Item sete et grane que ementur per nostros in ipsis locis et in Patrasso solvant decem pro cento, et successive pene et modi impositi pro observatione predictorum.

Ser Blasius Venerio sapiens ordinum.

Capta. — Quia introducta est nna pessima consuetudo a certo tempore citra, quod nostri cives Venetiarum, et alii Subditi, et fideles nostri tam de Mothono et Corono, quam de aliis quibuscumque locis nostris vadunt Misistratum et Amoream, ad emendum setas vel granas, portando illuc pannos merces, et pecuniam, et non obstante magno periculo, quod incurrunt propter mala dominia grecorum hoc cedit ad damnum non modicum locorum nostrorum Mothoni et Coroni, quia de his mercibus, que trahuntur Sete et Grane ducte non dant aliquod datium communi, Et si predicti nostri eas res non portarent, Greci venirent cum setis et granis ad loca nostra, et eas venderent, et emerent pannos et alias mercs, ex quibus missetaria solveretur, et alia datia nostra haberent debitum suum, et loca nostra bene se haberent, Et propterea; Vadit pars, Quod omnes, merces, et panni, qui per cives Venetiarum, et per omnes cives et habitatores omnium locorum nostrorum, sive pro aliis eorum nomine extrahentur, vel fient extrahi tam de Venetiis, quam de Corono, Mothono, et omnibus nostris terris, locis, et districtibus pro portando ad loca despotatus et principatus, et loca Amoree subdita Grecis solvere debeant tres pro Centenario nostro comuni pro datio, Et si missetaria vel datium locorum nostrorum erit affictatum, una dictarum trium pro Centenario sit illorum qui habebunt missetariam, vel datium, et alia duo sint nostri comunis, Et quicumque volet extrahere de predictis de locis nostris, Ea det in nota ad cancellariam loci et ad officium datii, vel ad locum missetarie, et accipere teneatur bulletum a Rectoribus, sive castellanis nostris, et ab illis qui habebunt datium vel missetariam ad affictum, et qui contrafaciet predictis, sive faciet contrafieri, perdat dictas res vel valorem earum, de quibus accusator habeat tercium, tercium sit comunis, Et alterius tercii una pars sit Castellanorum et consiliorum suorum, sive aliorum Rectorum vel officialium, quibus fieret conscientia, et altera pars sit illorum, qui habebunt datium vel messetariam.

Item omnes sete et grane, que de cetero ementur, vel que fient emi per nostros Subditos cujuscumque loci nostri in locis Misistre, et principatus, et aliorum locorum subditorum grecis, et etiam in Patrassio, solvere debeant decem pro Centenario, quarum X una sit datiarii, sive illius qui habebit messetariam, et reliquum sit comunis.

Et ne defraudetur datium predictum, Quicumque de predictis, qui conduxerit

Digitized by Google

de dictis granis vel setis, de aliquo locorum suprascriptorum ad aliqua loca nostra, antequam dictas res de navigio vel de animalibus faciat discarricare, teneatur dare in nota Cancellarie Missetarie et officio datii qualitatem et quantitatem dictarum sete vel grane, Et qui contrafacerit dicto ordini perdat dicta mercantiam vel valorem, et accusator habeat tercium, tercium comunis, et reliquum dividatur ut supra; Patronus autem barche vel navigii, qui permitteret discarricare, nec faceret notum regimini vel datiariis perdat navigium, et cadat de iperperis C, Et ad similem penam cadat ductor animalium, videlicet quod perdere debeat animalia et solvere yperpera C, de quibus penis accusator habeat tercium, tercium comune, et Regimen et datiarii aliud tercium pro medietate.

Super omnibus autem predictis omnes nostri Rectores et Castellani et Officiales, possint inquirere, investigare, et si sine accusatore reperient veritatem per suam investigationem, et requisitionem habere debeant ultra partem, sibi ut supra contingentem, partem accusatoris, et publicetur effectus hujus partis in Venetiis et Mothono et Corono, et scribatur que opus fuerit.

de parte . . . . . 62.

Ser Antonius Arimondo caput de XL.ta

Vult quod consideratis novitatibus tunc existentibus in Amorea pro nunc differatur ista provisio.

de parte 47
de non 2
non sinceri 2

(Reg.° 57, 1428-1430, c 223 e 223 t.°).

969.

1430, 23 julii.

Commissio Sindicorum iturorum ad partes Levantis.

Ser Blasius Venerio, ser Matheus Barbaro, ser Paulus Fusculo, ser Filipus Foscari et ser Franciscus Mocenigo, sapientes ordinum.

Nos Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum etc. Committimus vobis nobilibus viris Nicolao Memo et Petro Bembo, dilectis civibus et fidelibus nostris, Quod pro bono hortamine et salute nostrorum fidelium et subditorum et pro utilitate nostri comunis ire debeatis nostri Solemnes Sindici et provisores ad Insulam nostram Crete, Nigropontis, Neapolis Romanie, Coroni et Mothoni, Nepantum et Corfoum, ut subditi et fideles nostri dictorum locorum sentiant benignitatem nostri dominii in nolendo pati, quod aliquis eorum indirrecte, et contra jus tractetur, Et ut dicta loca provisionibus nostris melius se habeant, Eundo primo in Cretam, et inde Nigropontem, et sic successive ad loca partium suprascriptarum, sicut melius

Digitized by Google

et prestius nobis videbitur, Et in quolibet dictorum locorum conferre debeatis cum Rectoribus nostris de inde, cum quibus habita collatione in simul, quando vobis utile apparebit, Faciatis publice proclamari, quod omnes volentes conqueri et gravari se de extorsionibus, gravaminibus, violentiis, vel aliis insolentiis seu malis, que quo-
5 modolibet recepissent a Rectoribus vel officialibus nostris, qui in illis partibus extitissent ab annis decem citra, et etiam presentialiter in dictis partibus regerent, debeant comparere coram vobis ad deponendum querellas suas ordinate, et ad dandum et producendum testificationes, probationes, et oppositiones suas, assignando eis illum terminum vel terminos super hoc, quos videbitis competentes.
10 Declarando vobis, quod potestis etiam sindicare omnes Rectores et officiales, qui habuissent et haberent Regimina et officia per gratiam.

Omnes autem querellas cuiuscumque conditionis existant, testificationes, et probationes, per modum predictum, quas conquerentes vollent producere, faciatis ordinate poni in scriptis, si vobis videbitur, observando modum in requisitionibus
15 et querelis, que faciunt et observant nostri Advocatores comunis in Venetiis, et omnia, que examinaveritis et feceritis, tenemini ordinate in redditu vestro Venetias portare, et cum applicueritis Venetias tenemini omnino infra menses decemocto expedivisse et placitasse in nostris consiliis ordinatis cum illa libertate, autoritate et utilitate, quam habent, et faciunt nostri Advocatores Comunis omnia per vos
20 intromissa, que consilia vobis dabimus omni ebdomada una vice, sicut a nobis requiretis, sub pena librarum decem pro quolibet consiliario, qui contrafaceret, in quibus consiliis nostris nostri consiliarii esse presentes teneantur sub debito sacramenti, Et ut rectores et officiales, quos reperietis in culpa, qui complevissent, et forent in illis partibus, non possint se excusare, teneamini dictis Rectoribus
25 et officialibus vestris literis significare, et committere, ac sibi imponere penam et penas, quod debeant mittere Venetias suum procuratorem legitimum ad defendendum jura sua, aut dirrecte venire Venetias, alio quin procedetis contra eos, sua absentia non obstante, Et non possit dictis Rectoribus et officialibus ultra terminum parvo, per vos sibi datum amplius elongari, nisi propter causas, que nostro do-
30 minio licite videbuntur in probando quod vellent ad sui defensionem, Denotando eis capitula super quibus debent fieri procurationes, et commissiones ad respondendum.

Verum si quis Rector, officialis, vel alius commisisset tale quid et sic enorme, quod suspicaremini, quod non veniret Venetias juxta preceptum sibi factum per vos
35 propter gravitatem delicti, tunc in isto casu vos Sindici et provisores possitis ipsum officialem vel alium personaliter facere detineri, et mittere Venetias, sicut vestre discretioni videbitur, considerata ejus culpa. Verum si aliquis vestrum non posset se impedire propter parentellam vel aliam causam, tunc eo casu alter vestrum possit intromittere hujusmodi officiales et Rectores, et illos personaliter facere detineri,
40 ut supradictum est.

Denotemus etiam vobis, quod usque decemocto menses non potestis eligi ad aliquod officium, beneficium, vel Regimen comunis Venetiarum, intus et extra, nisi primo expediveritis intromissiones, et alia, que agere habebitis vigore dicti Sindicatus, sed si ante dictos XVIII menses expediveritis predicta, tunc et eo casu pote-

Digitized by Google

stis eligi ad regimina et officia, et beneficia predicta, Verum si post dictos XVIII menses aliqua restabunt vobis expedienda, ex nunc ea sint comissa nostris auditoribus novis sententiarum, qui ea debeant expedire.

Et quia in locis nostris Crete, Coroni et Mothoni, et aliorum locorum nostrorum predictorum a bono tempore citra non fuerunt vise alique rationes frumenti et aliorum bladorum, et quam plurium aliarum diversarum rerum nostri comunis, Committimus vobis, quod debeatis diligenter videre et examinare omnes rationes frumenti et aliorum bladorum ac omnium aliarum rerum spectantium nostro comuni, cujuscumque conditionis existant, et de quocumque tempore, sicut vobis videbitur fore necesse, habendo super hoc illammet libertatem, quam habetis de aliis vobis commissis. Insuper dari fecimus vobis in nota munitiones missas ad loca nostra, ad que ituri estis, ut eas videri et examinare debeatis et providere super ipsis, sicut pro bono comunis nostri vobis videbitur, reportando nostro dominio super uno libro in scriptis omnes munitiones, quas in locis, ad que ituri estis reperietis. Insuper debetis inquirere si danna fraudes et extorsiones facte sunt per dictos Rectores et officiales, ac alias personas contra nostrum comune cum illa libertate, et modis omnibus, quos habetis de aliis vobis commissis, Et de omni loco ubi fueritis, scribatis nostro dominio particulariter omnes introitus et expensas nostri comunis, et similiter conditionem omnium locorum, reportando quoque ea in reditu vestro super uno libro particulariter notata pro nostra informatione.

Et licet civitas Salonichi sit perdita, ad quam vos ire debebatis ad sindicandum, si in Insula nostra Crete, vel in aliis locis, ad que estis ituri, fieret vobis aliqua conscientia vel accusa, vel aliud judicium haberetis, per quod possetis venire in lucem, quod aliqui Rectores, vel officiales nostri, qui fuerint Salonichi, male administrassent pecuniam nostri comunis contra nostra mandata, vel aliter fecissent contra honorem nostrum, Ex nunc vobis committimus, quod contra Rectores et officiales predictos possitis procedere et sindicare eos de actis suis, sicut pro honore nostri dominii vobis videbitur, quoniam non debebatis sindicare civitatem, sed nostros Rectores et officiales qui debitum suum non fecissent.

Insuper quia fertur, quod in Insula Crete, Nigropontis, et omnibus aliis locis facta fuit et sit mala administratio bonorum et pecunie nostri comunis, vos duo, et quilibet vestrum habeatis libertatem plenariam inquirendi, examinandi, et diligenter investigandi, tam per viam inquisitionis, quam per testificationes, querellas, et scripturas contra omnes qui vobis viderentur suspecte et male administrasse vel occupasse bona et pecuniam nostri comunis, et omnes tales, quos culpabiles inveneritis, condemnare, et compellere possitis ad restituendum totum illud, quod cognoveritis illos indebite administrasse, et male accepisse et occupasse per illum modum, et cum illa libertate, quam habent et observant officiales nostri rationum in Venetiis contra male administrantes bona et havere nostri comunis, Ita, quod in isto casu sitis officiales rationum, habendo soldos quinque pro libra a contrafacientibus, sicut habent officiales deputati ad videndum rationes Crete, sic, quod capitale sit et remaneat semper in nostro comuni. Verum possitis in isto casu quo vobis videretur commississe enorme quid, placitare per partem furantium, habendo partem, sicut habent advocatores comunis, Et scribatis et mandetis Regiminibus Crete, et alio-

Digitized by Google

rum locorum, quod dare vobis debeant auxilium et favorem, tam de notariis, quam de omnibus aliis quotiens ab eis requisiveritis pro dicta executione contra quoslibet vestrum condennatos fienda, quam executionem si complere non poteritis ante discessum vestrum, de partibus in quibus fueritis, committere debeatis illam faciendam Rectoribus locorum, ubi illam complere non poteritis, quibus Rectoribus commisimus et efficaciter mandavimus, quid eis supra predictis commiseritis debeant effectualiter observare. Verum si condemnati per vos de condennationibus, quas feceritis per sentenciam contra eos conqueri voluerint, habeant libertatem recurendi ad nostrum dominium vel ad alios, ad quos possint recurere illi, qui conqueri volunt de officialibus rationum et prosequi jus suum contra vos Provisores et Sindicos, Et si fueritis convicti male condemnasse, et a condennatis male exegisse, debeatis totum, id quod exegeretis, et habueritis, restituere, et quantum plus pro pena.

Ser Filippus Foscari sapiens ordinum.

Capta. — Vult omnia per totum, salvo, quod vult in capitulo suprascripto currant penam soldorum duorum pro libra.

de parte 66

Verum quia in locis Crete, Nigropontis, et aliis superius nominatis sunt multi veri debitores nostri comunis sine ulla contraditione, Committimus vobis, qnod quando eritis in ipsis locis, et essent similes debitores, debeatis fieri facere proclamationes, quod debeant infra illum terminum, qui vobis videbitur, secundum moram vestram in dictis locis persolvisse capitale sine pena, et si non solvent ad ipsum terminum, tunc exigere debeatis capitale et soldos duos pro libra, que pena sit vestra, Et ulterius omnes debitores cujuscumque conditionis, qui non solvent ad terminum per vos datum, non possint eligi per Rectores de inde ad aliquod officium vel beneficium comunis Venetiarum ullo modo, sub pena librarum V centum illis Rectoribus, quod eligerent vel aliquo modo substituerent in aliquo officiorum, vel beneficiorum predictorum aliquem debitorem predictorum, Et si in Venetiis eligerentur ad aliqua Regimina vel officia, Ex nunc declaretur, quod sint extra, et solvant penam, ac si refutassent.

De processibus autem, qui iam forent intromissi et abinati per nostros Advocatores comunis, non potestis vos impedire, Et teneantur Advocatores illos vobis dare in scriptis, ut sciatis, quid debeatis observare.

Insuper tenemini et debetis pro possendo melius habere informationem et veritatem rerum, que non forent bene facte per officiales et Rectores nostros illarum partium, convocare et interrogare separatim de nostris fidelibus dictorum locorum usque ad numerum VI pro quolibet locorum, tam grecis quam latinis, et plures si vobis videbuntur, et illas personas, que vobis videbuntur, et dare eis, et cuilibet eorum sacramentum, quod dicent et propalabunt omnia, que sciverint vel audierint esse acta per aliquem Rectorem vel officialem loci, unde erunt contra honorem nostrum, et contra jus et justiciam, vel in damnum nostri comunis, vel alicuius

Digitized by Google

persone indebite et injuste, ut vos clarius possitis procedere, et facere officium vestrum, secundum formam vestre commissionis, Et quia sumus informati specialiter de Insula nostra Crete, aliquos propter timorem periurasse, Et postea dixisse velle potius stare spei gratia dei, quam cadere in odium nobilium Venetiarum, committimus vobis, quod declaretis omnibus, quibus dabitis sacramentum in omnibus locis, 5 ad que ibitis, Quod si aliquo tempore ipsi reperientur periuri, et non dixissent presentialiter veritatem, privabuntur omni officio et beneficio nostri dominii per annos decem, et cadent de iperperis V centum, quorum medietas erit accusatoris, et alia medietas erit comunis, et Rectoris loci, et publicabitur periurus, et portabit penam statutam periuratoribus, et qui non habuerit unde solvere, stabit sex mensibus in 10 carceribus, Sed si nostro tempore reperientur periuri, vos sitis executores penarum et habeatis partem Rectorum, Et simile sacramentum detis si scietis per aliquem bona nostri comunis fuisse indebite occupata, vel male administrata, Insuper possitis facere et fieri facere omnes alias proclamationes solitas fieri pro inveniendo furto, que ibi committuntur, ut veritatem de omnibus habere possitis. 15

Et quia sensimus aliquos nostros Rectores et officiales partium Levantis, et aliorum nostrorum locorum, ad que ituri estis, fuisse usos inhonestis et turpibus verbis publice et occulte in magnum vilipendium Regiminis sui, et parum honorem nostri dominii, Comittimus vobis, quod supra predictis investigare debeatis, et quoscumque inveneritis locutos esse verba turpia et inhonesta in vilipendium et de- 20 decus alicujus eorum, quoniam nostrum dominium quantum ad Regimen representant intromittere debeatis, et sindicare sicut pro honore nostri dominii vobis videbitur.

Quia per consilium Rogatorum prohibitum est Cancellariis et Scribis, et notariis Camerariorum Crete et Nigropontis et aliorum locorum nostrorum, et aliis 25 pro eis, et eorum nomine non posse habere ad incantum ullo modo, de territoriis et possessionibus nostri comunis, que ad incantum dantur, sub pena perdendi totum quod acceperit, Mandamus vobis, quod etiam in hoc diligentiam habere debeatis, et inquirere et procedere contra omnes qui contrafecissent, Et similiter prohibitum est Supracomitis galearum Nigropontis et filiis suis sub eisdem penis. 30

Et quia in stratis publicis et locis, per que habent transire illi gravari, qui se volunt de nostris Rectoribus et officialibus, stant aliqui ad petitionem Rectorum et aliorum, et quando conquerentes volunt venire ad vos retinentur cum verbis minatoriis, et aliquando cum promissionibus, et aliis multis modis, inducendo illos precibus, minis et aliquando precio, quod non veniant ad accusandum vel se gra- 35 vandum, propter quod vos non potestis habere veritatem verum, sicut volumus, Mandamus vobis, quod quando eritis in locis superius enaratis diligentem curam circa hoc habeatis, et si reperietis aliquem talia perpetrasse, ipsum condemnare debeatis in pecunia et ad carceres ad minus pro tot diebus, quot ibi stare habebitis, sicut vobis justum videbitur. 40

Item sciatis, Quod de aliqua condennatione vel sentencia, que fiet per placitare vestrum, vel alicujus vestrum non potest fieri aliqua gratia, donum, remissio, recompensatio, termini elongatio, nec aliqua declaratio, nisi per sex consiliarios tria capita, 35 de XL.ta et tres partes maioris consilii.

Digitized by Google

De pecuniis autem necessariis pro expensis vestris et familie vestre Scribimus Rectoribus Insule Crete, Nigropontis, et aliorum locorum nostrorum suprascriptorum, quod vobis subvenire debeant, sicut duxeritis requirendum, Et de transitu vestro de uno loco ad alium, scribimus Baiulo et Capitaneo Nigropontis, et Consiliariis suis, quod ad omnem vestram requisitionem, existentibus vobis in Nigroponte, nostram galeam de inde existentem armatam vel aliud sufficiens navigium et tutum vobis faciant consignare, Et similiter scribimus Capitaneo generali maris et Supracomitis, et aliis Capitaneis nostrorum navigiorum armatorum, quod in casu quo se reperirent in illis partibus Insule Crete, vel Romanie vel aliis locis ibi prope, et fuerint requisiti a vobis, tam oretenus, quam per literas, debeant vos levare et conducere prout duxeritis ordinandum pro celeri expeditione agendorum vobis commissorum, dummodo non essent aliis maioribus occupati, et tunc quando non possetis per dictum modum habere passagium, vos providere debeatis de transitu vestro prout melius poteritis, cum quam minori expensa poteritis nostri comunis; Scribimus quoque potestati et Capitaneo Neapolis Romanie, quod pro passagio vestro de Neapoli Mothonum, vel alio ubi esset expediens, debeat providere pro celeri expeditione vestra, et agendorum vobis commissorum de navigiis sufficientibus, seu de galea sibi commissa, Ita, quod possitis venire secure, et sequi mandata nostra.

Quoniam per suprascripta capitula de inquirendo contra illos, qui male administrassent pecuniam comunis, non videtur vos Sindicos et Provisores habere libertatem in aliquo casu inquirendi contra aliquem specialem personam, Et sicut fertur publice, aliqui Cives et habitatores ipsorum locorum Crete, Romanie et aliorum locorum suprascriptorum pro necessitatibus arduis nostri comunis in illis partibus, mutuaverunt multam pecunie quantitatem Rectoribus nostris nomine comunis, quam pecuniam non valentes rehabere aliquo modo in totum vel in partem fecerunt venditionem de dicta pecunia aliquando pro medietate, et aliquando minori precio, aliquibus emptoribus, quibus statim solutum fuit de bonis denariis pro tota quantitate dictorum denariorum nostro dominio mutuatorum, quod fuit cum onere nostri comunis, quia dicti emptores nihil de bursa sua solventes, nec aliquid mutuantes, lucrati sunt medietatem, propter quod solvi non potuit, nec dari ubi magis necessarium erat dari et solvi, sicut sunt soldati, qui compleverant pagas suas, et alie multe res opportune nostro comuni, Committimus vobis, Quod quando eritis in partibus Crete, Romanie, et aliorum locorum suprascriptorum, debeatis diligenter inquirere et examinare contra omnem personam, quam senseritis talia fecisse mercata per modum predictum, et quos noveritis emisse de talibus denariis, ac lucratos fuisse, ut supradicitur, faciatis totum illud lucrum quod ex inde percepissent restitui et poni in nostrum comune; Verum ut sitis magis soliciti ad inquirendum de predictis mercatis et lucris, habere debeatis de toto eo, quod inveneritis, et poni feceritis in comune soldos duos pro libra, Et si vobis constiterit aliquem Rectorem vel officialem nostrum fuisse principalem vel participem emptionis vel lucri, debeatis procedere contra eos vel eum, sicut in parte de male administrantibus pecuniam comunis continetur, vobis commissa in illa parte, que tetigisset illum Rectorem vel officialem de dicta emptione vel lucro tantum, Et si de predictis

Digitized by Google

vel aliquo predictorum fuerit accusator, per quam veritas habeatur, habeat soldos duos pro libra de parte tangente comuni et teneatur de credentia.

Item ponatur pars de furantibus.

Item pars de solidando rationem cum officialibus rationum infra XV dies.

Insuper ut sciatis libertatem, quam habetis super factis pro quibus estis provisores, vobis committimus, quod quando eritis in locis nostris Crete, Nigropontis, Coroni, et Mothoni, Neapolis Romanie, Corfoy, et aliorum locorum specificatorum, Debeatis esse et conferre cum Rectoribus ipsorum locorum et secum inquirere et investigare diligenter de omnibus, que vobis videbuntur esse utilia et necessaria, pro commodo et conservatione ipsorum, Et facta diligenti examinatione, debeatis requirere ipsos Rectores, quod poni faciant suas opiniones et consilium in scriptis, quas suis literis inclusas debeatis portare Venetias et nobis presentare, Verum sit licitum vobis et cuilibet vestrum venire postea ad consilium rogatorum infra sex menses post adventum vestrum Venetias, et consulere et ponere partem super omnibus que videbuntur vobis et cuilibet vestrum commoda et necessaria conservationi et utilitati locorum suprascriptorum, Et si eritis de consilio, possitis ponere ballotam in predictis, Et ultra generalem libertatem, si placebit nostro dominio aliquid specificare vobis, super quo habere advertenciam debeatis, non derogando, quod ultra illa, que specialiter vobis commissa sunt, possitis examinare et providere sicut vobis ordinabimus.

Debeatis insuper postquam applicueritis Venetias sub pena librarum mille pro quolibet vestrum, quo sit nostrorum Advocatorum comunis, presentare ipsis nostris Advocatoribus comunis unam copiam omnium et singularum intromissionum, querellarum, testificationum, capitulorum, ac omnium aliorum actuum et scripturarum per vos factorum, similem illi, quam penes vos retinebitis, et teneatur notarius vester dictam copiam presentare, et dare ipsis nostris Advocatoribus, si vos Sindici illam dare noletis, et similiter manifestare ipsis Advocatoribus, si per vos non fuerit integraliter data copia omnium scripturarum, et aliorum ut supra, sub pena privationis cancellarie, Et non possitis autoritate propria absolvere aliquem ax capitulis per vos seu quemlibet vestrum, Sed veniatis ad consilium de XL vel collegium, in quo lectis scripturis possitis ponere partem quod sint expediti a vobis, Et ulterius teneamini in quolibet locorum suprascriptorum, ubi sindicaveritis, dimittere in manibus Rectorum nostrorum quorumlibet ipsorum locorum, unam copiam scripturarum, querelarum, et testificationum, ac quorumlibet aliorum actuum acceptorum et factorum in quolibet locorum predictorum bullatam bulla nostra, Et rectores nostri dictorum locorum, teneantur post recessum vestrum de dictis locis, dictam copiam mittere Venetias ad manus domini ducis per primum navigium Venetias accedens, quam quidem copiam idem dominus dux debeat penes se conservare.

Et si aliquis vestrum intromiserit aliquem, et postmodum non fuerit ad placitandum illum ad consilia, ille talis vestrum, qui non fuerit ad placitandum illum, non debeat habere partem penarum, ad quas ille placitatus, fuisset condemnatus, Sed sint dicte pene solummodo illius, qui placitabit, habendo illas, sicut superius continetur, Salvo semper justo impedimento quod cognoscatur per nostrum dominium.

Digitized by Google

Et tenemini insuper dare copiam capitulorum omnibus per vos intromissis quindecim diebus, antequam eos ducatis ad consilia.

Et non possit terminus mensium XVIII in superioribus capitulis specificatis, infra quem debetis omnia placitasse et expedivisse, per aliquem prorogari, nec condemnationes, ut superius dictum est, vobis aliter dari sub pena ducatorum mille cuilibet ponenti partem in contrarium, de qua pena non possit fieri gratia sub dicta pena.

Verum ordinetur, quod quando vos, aut aliquis vestrum venire voluerit ad aliquod consilium, vel collegium pro expediendo a vobis, aliquem ex capitulatis per vos, debeat tunc et in isto casu dominium mittere ad accipiendum scripturas illius cause, que erunt in manibus nostrorum Advocatorum comunis, et illas facere auscultari, cum aliis scripturis, quas vos pro dicta causa legi facietis, ut omnia magis ordinate procedant.

Habere debetis pro toto hoc sindicatu de salario ducatorum IIII centum auri vel valorem eorum pro quolibet, habendo hic Venetiis ducatos ducentos pro quolibet, habere debeatis in Candida ad rationem venetam, Et debetis ducere vobiscum duos famulos pro quolibet, unum notarium, cum uno famulo, et unum cochum, et possitis expendere ducatos duos in die, non computatis agoziis equorum, et nabulis navigiorum.

Insuper dare debeatis Nicolao Petriano notario nostro, vobiscum venienti, ducatos triginta auri de pecunia nostri comunis, sicut per elapsum est solitum dari omnibus aliis notariis Sindicorum, ultra alias utilitates, quas sibi dabitis.

de parte 49
de non 2
non sinceri 1

(Reg.° 57, 1428-1430, c 237-238 t.°).

970.

1430, 25 julii.

Responsiones facte egregio viro Polimeno de Sauris Ambaxiatori Comunitatis Nigropontis.

Ser Blasius Venerio, ser Matheus Barbaro, ser Paulus Fusculo, ser Filipus Foscari, ser Franciscus Mocenigo, sapientes ordinum.

Capta. — Quod egregio viro Polimeno de Sauris Ambasciatori Regiminis et Comunitatis Nigropontis, Respondeatur in hac forma:

Ad primum capitulum per quod supplicat provideri saluti illius nostre Insule de galeis nostris Culphi, que stando Galipoli nichil Illi Insule proficiunt, Quoniam Turchi ab octo annis citra cum aliquibus fustis quibus damnificant Insulam, abstulerunt de illa ultra quinquemille animas in damnum et desolationem maximam illius Insule, Et nisi subveniatur, de galeis Culphi, uno die penitus destruentur, et depo-

Digitized by Google

pulabuntur a Turchis, attenta potentia Turchi, et novis, que audiunt, postquam Salonichum ammissum fuit, et paucitate hominum Insule, debilitate terre, et timore omnium ipsorum, Respondeatur, Quod de hoc non dubitent, quia Insulam predictam carissimam habemus, Et sicut sciunt, existente armata nostra extra, dubitare non possunt de armata Turchi, Sed in reditu dicti Capitanei, eidem dabimus tale mandatum et ordinem, quod dimittet Insulam in bona securitate, Ita, quod non poterunt dubitare.

de parte . . . . . 115 de non . . . . . 4 non sinceri 2

Ad secundum per quod petit munitiones pro arsenatu et civitate, et pro XI castris Insule, et pro fulcimento galearum nostrarum, que de tempore in tempus illuc capitant, quibus omnino egent, adeo, quod non possent in casibus necessitatis se defendere, Respondeatur, quod de predictis munitionibus eisdem subveniemus abundanter, et propter hoc desit, quod in omni casu ipsi non faciant honorem nostri dominii et debitum suum, Et ex nunc sit captum, quod eis mittantur munitiones infrascripte, videlicet:

Veretonorum de pede capse trecente.
Veretonorum a mulinelo capse ducente.
Lancee longe ducente.
Balliste a mulinelo sexaginta.
Balliste a pede centum.
Molinelli sexaginta.
Bombardele vigintiquinque.
Bombarda grossa una.
Madassie spagi duomille.
Canevacie bracia mille.
Broche decemille.
Pavesii centum.
Remi galearum sexcenti.
Arbores quinque.
Antene quinque.
Sarthia pro fulcimento duarum galearum.
Fricie quinquemille.
Tabulle, lignamen, et ferramenta.

de parte . . . . . 117 de non . . . . . 3 non sinceri 1

Item quia petunt unam galeam loco illius, que ibi est, que est marcida, et male potest cum ea navigari, et etiam unam galeotam banchorum vigintiquatuor vel circa, ut in casibus occurrentibus citius cum eadem galeota necessitatibus loci possit subveniri, Respondeatur, quod providebimus, quod Capitaneus Culfi in reditu ibi dimittet corpus unius ex duabus galeis novis, que ad presens sunt extra vide-

Digitized by Google

licet Lauredane et Capelle et zurma illius galee redibit Venetias, cum galeis, que nunc est Nigropontem, Sed ex nunc sit captum, quod mandetur Regimini Nigropontis, quod galeam predictam faciat aptare per modum, quod reduci possit Venetias, fustam autem XXIIII.^{or} bancorum, quam ipsi petunt preparari faciemus et eis
5 mittemus, Et ex nunc sit captum, quod, patroni Arsene eam parari faciant quantum expediet corpori galee.

de parte . . . . . 84 de non . . . . . 26 non sinceri 2

Ad capitulum per quod petunt, Consiliarios non debere facere civibus id, quod faciunt in grave damnum et ignominiam suam, et quod Consiliarii solvunt quibus
10 volunt laborant longo tempore, cum majori contentamento omnium Civium esset, quod Consiliarii non starent ad cameram, sicut stant causis predictis, Sed fieret, sicut fiebat ante, Respondeatur, quod displicet nobis, quod nostri Consiliarii predicti, quando stant ad cameram faciant iniuriam civibus quia expresse faciunt contra nostra mandata, Et mandabimus eis, quod de cetero debeant a talibus se cavere
15 et omnibus Civibus, et habitatoribus Nigropontis integraliter facere debeant suas rationes, et debendo habere et dare faciant computa, Et quod de cetero non possit carcerari aliquem cum habitatore Nigropontis sine licentia maioris partis Regiminis Et ille consiliarius, qui erit ad cameram non possit dispensare aliquam pecuniam sine bulleto Baiuli et Capitanei, Sed removere consilium a camera non disponimus
20 ullo modo, quod volumus quod ipsi et non alii, secundum ordines nostros videant jura nostri comunis.

Insuper ordinetur, quod predicti Baiulus et Consiliarii teneantur sub debito sacramenti et iperperorum centum uno die ebdomade ad minus ire ad cameram, et videre rationes illius Camere pro bono comunis.

25 de parte . . . . . 96 de non . . . . . 8 non sinceri 3

Ad aliud per quod petunt Baiulos et Capitaneos, et Consiliarios Nigropontis, qui haberent possessiones et territoria in Insula non posse, pro sua specialitate vel uxoris sue movere aliquam litem quousque erunt in Regimine pro omni bono respectu, Respondeatur, Quod sumus contenti, et ita addi faciemus in suis commis-
30 sionibus.

Ad aliud capitulum de vinis forinsecis, Cum ipsi supplicent, quod in gratia ipsis concessa 1422 per quam vini forenses non possunt vendi ad spinam, de gratia concedatur et declaratum sit, quod omnia vina nata extra Insulam intelligantur vina forensia, Respondeatur, quod sumus contenti eis placere, Sed in hoc volumus
35 intelligi nata in locis suppositis Regimini Nigropontis, Existente tamen in libertate Regiminis existente penuria vini in insula providere aliunde, sicut pro bono Insule ei videbitur.

de parte . . . . . 80 de non . . . . . 37 non sinceri 6

Digitized by Google

Ad illud vero per quod petunt, quod provideatur armamento galee per modum, quo armari possit, et habere homines LXX anni curentis etc; Respondeatur, quod sumus contenti eis complacere, et mittere de Venetiis homines septuaginta qui sint anni curentis cum salario iperperorum octo in mense, quando servient in terra, et iperperorum decem, quando servient in mari, computatis triginta tribus diebus pro 5 mense, Qui licet habeant soldum in terra, non possint exerceri pro aliquo negotio tangente specialitatem baiuli, consiliarii, aut Supracomitis Nigropontis, sub pena librarum centum pro quolibet hominum predictorum, quem angarizarent, gravarent, vel exercerent, aut exerceri facerent, et qualibet vice, et quando aliquis de predictis anni curentis deficeret, Regimen scribat nostre dominationi, que illuc mittere 10 teneatur tot quot defecerint ad condictionem predictam, Et Regimen non possit reponere vel scribere aliquem loco predictorum ad annum curentem, sub pena librarum centum, et solvendi illi tali de suo proprio pro qualibet vice, Qui 70 scripti ad annum curentem sint absoluti ab omni angaria reali et personali, que quomodo cumque fieri contingeret. De aliis autem Marinariis ordinetur, Quod Regimen Ni- 15 gropontis cum Consilio X civium, qui sibi videbuntur eligere debeant sexaginta homines francos et liberos de casalibus, iuribus, et fortiliciis, et toto corpore dicte Insule, qui sibi videbuntur magis apti et experti, qui homines sexaginta scribi debeant pro hominibus de remo in dicta galea, Et sint divisi in duobus modis, videlicet triginta pro muda, et ob hoc esse debeant exempti, et absoluti a datio del 20 capinicho et vigiliatico, et ab omni alia angaria personali, que in Insula sunt vel ponerentur, nec possint exerceri pro aliqua re pertinenti specialitati Baiuli consiliariorum aut Supracomitorum Nigropontis, sub pena librarum centum pro quolibet et qualibet vice, qua contrafacerent, Qui triginta dum servient in galea, habere debeant iperpero decem in mense, sicut habent alii Marinarii, Residuum vero dicte 25 zurme solidetur in platea, sub banderia Sancti Marci, et non baiuli, nec Supracomiti, Et sufficientes, qui voluntarie volent ire, accipiantur secundum usum, Et si deficeret numerus hominum uni galee necessarius, servari debeat ordo decenarum taliter, quod omnes de tempore in tempus faciant parte in volta sua, Salvo quod pro comodo terre, sit licitum patronis Gripariarum et tractarum ponere loco sui 30 homines, qui sint sufficientes.

de parte . . . . . 88 de non . . . . . 22 non sinceri 6

Ad ultimum per quod dicunt illam Insulam habere castra XI pro quibus custodiendis opus est hominibus et maxime ballistariis ducentis, ut in casibus dubiis civitas et castra possint defendi, et ad honorem nostri dominii conservari, Respon- 35 deatur, quod sumus contenti mittere Nigropontem pedites centum pro custodia sicut petunt, qui solidari, et illuc mitti debeant quantocitius est possibile, Et ex nunc sit captum, quod pro solidando dictos centum pedites, et pro solidando suprascriptos septuaginta homines pro galeis, possint accipi ad cambium tot denarii, quot sint sufficientes pro ipsis, qui de inde bene poterunt solvi, quoniam sicut habetur in 40 camera Nigropontis sunt ducati circa duo mille pro armamento galearum.

de parte . . . . . 100 de non . . . . . 5 non sinceri 1

(Reg.° 57, 1428–1430, c. 239 e 239 t.°).

Digitized by Google

971.

1430, 28 julii.

Cum poneretur quod acciperentur ducati duomilia, de illis V mille qui mittuntur capitaneo generali maris pro solvendo res emptas pro Nigroponte, captum fuit de non.

5 Ser Blasius Venerio, ser Matheus Barbaro, ser Paulus Fusculo, ser Hieronimus Mocenigo, sapientes ordinum.

Cum pro adimplendo provisionibus, que in hoc consilio captum est fieri debere pro securitate Insule nostre Nigropontis, non reperiantur denarii ad cambium, et pur sit necessarium eas exequi pro salute illius Insule; Vadit pars, quod de illis 10 quinquemille ducatis, qui mittuntur ad Capitaneum generalem maris, accipi debeant hic duo mille expendendi in provisionibus predictis, Et mandetur Baiulo et Consiliariis Nigropontis, quod mittere debeant Capitaneo generali maris tot iperpera, quot summant ducati II mille hic acceptos, sub pena ducatorum V centum in suis propris bonis, Mittendo de denariis, qui ibi sunt pro armamento galearum vel de 15 alii nostri comunis.

de parte 36
de non 60
non sinceri 9

(Reg.° 57, 1428–1430, c. 240 t.°).

972.

20 1430, 26 octobris.

Quid scriptum fuit Castellanis Coroni et Mothoni pro navi comunis ser Nicolai Lombardo ut veniat ad disarmandum et ordo dato ipsi Castellano, et pro denariis missis de Venetiis cum barcha.

Ser Leo de Molino, ser Franciscus Mocenigo, sapientes ordinum.

25 Capta. — Cum captum et scriptum fuerit nobili viro ser Nicolao Lombardo, patrono navis magne nostri comunis, quod cum navi sibi commissa iret ad partes Alexandrie, et postea ad partes Sirie, assecurando naves nostras de dictis partibus venientes, et cum applicuisset Mothonum, ibi expectaret nostrum mandatum; Vadit pars, quod scribatur Castellano Mothoni, et etiam patrono navis predicte, Quod 30 subito reversus ab executione predictorum, cum applicuerit Sapientiam, ipse venire debeat ad disarmandum, Reponendo navem in portu Leminis, apud aliam nostram navem, Et dimittendo ad custodiam ipsius illum numerum hominum qui sibi necessarius videbitur, dimittendo res, et coreda navis in Rubino, sicut de alia navi magna ordinatum est..

Digitized by Google

Insuper quia posset occurrere, quod propter sinistra tempora, que occurrerunt, barcha cum qua missi fuerunt denarii pro pagis hominum galearum culfi, forte non applicaret ad tempus, Scribatur Castellano predicto, Quod si post recessum galearum nostrarum Culfi de Mothono dicti denarii illuc applicarent, ipse Castellanus mittere debeat dictos denarios Venetias per galeas nostras a mercato, et si galee venissent Venetias mittat per navem lombardam, vel per aliud tutum et bonum passagium, quam citius poterit.

de parte . . . . . omnes alii
de non 2
non sinceri. 3

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 13 t.°).

973.

1430, 26 octobris.

Mandatum factum Baiulo et Capitaneo Corphoy ut restituat Lee et marito suo certas argenterias eis acceptas per ser Michaelem Minio baiulum et capitaneum Durachii, et missas illuc ad pignorandum.

Ser Lucas Truno consiliarius.

Capta. — Cum vir nobilis ser Michiel Minio, dum esset Baiulus et Capitaneus Durachii, acceperit certas argenterias cujusdam Lee, et sui mariti, que erant in manibus Johannis Gradonico Castellani Durachii pro valore ducatorum quingentorum, quas quidem argenterias idem ser Michiel Minio misit ad pignorandum Corphoy pro ducatis ducentisoctuaginta, Et dicta Lea nuper ad nostram presentiam comparuerit, seu miserit petens restitutionem suarum argenteriarum, Et iustum et debitum sit providere ut habeant suas argenterias; Vadit pars, quod mandetur Baiulo et Capitaneo Corphoy, quod recepto presenti nostro mandato subito restituere debeat ipsi Lee et marito, seu suo nuntio, argenterias suas predictas, si in camera nostra de inde sunt, et si alii habent eas in pignore, ipsus exigi faciat de pecuniis comunis nostri, et consignet ut supra, cum denarii accepti pro dictis argenteriis, fuerint accepti pro solvendis pagis Stipendiariorum nostrorum Durachii.

de parte 66
de non 1
non sinceri 7

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 13 t.°).

Digitized by Google

974.

1430, 27 januarii.

Mandatum Baiulo et Capitaneo Corphoy quod debeat nuncio Archiepiscopi Taranti restituere et dare piper per eum necessarium.

Ser Leonardus Mocenigo, procurator, ser Fantinus Michael, procurator, ser Santus Venerio, miles, sapientes consilii.

Capta. — Ceterum cum per Baiulum et Capitaneum nostrum Corphoy de anno elapso accepta fuerit cuidam Dominico Tacharo de Tarento certa quantitas piperis de ratione domini Archiepiscopi Tarenti, oneratum in Rodo pro conducendo Tarentum, Et per dominium ad instantiam et supplicationem ipsius Dominici de mense aprilis elapsi scriptum fuerit et mandatum ipsi Baiulo et Capitaneo, quod deberet ipsum piper eidem Dominico libere restituere, ac ipsum permittere extrahere ad libitum suum, Quod secundum relationem ipsorum Ambaxiatorum minime factum est, propter quod est necessarium providere attente amicabili requisitione nobis facta per ipsos Ambaxiatores etiam pro parte ipsius domini Archiepiscopi; Vadit pars, quod autoritate hujus consilii scribatur et mandetur efficaciter ipsi Baiulo et Capitaneo Corphoy, Quod omni causa remota debeat ipsum piper libere et integraliter ipsi domino Archiepiscopo, sive eius nuncio consignare ac etiam ipsum permittere ex inde extrahere pro conducendo Tarentum ad omne suum beneplacitum.

(Reg.° 58, 1430–1433, c. 30).

975.

1430, 28 januarii.

Scriptum Baiulo Corphoy et supracomitis Crete, quod deinde retinere debeat unam ex galeis Crete, et alia veniat in Dalmatiam, ubi expectet mandatum nostrum.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum per hoc consilium mandatum fuerit Regimini Crete, quod armare debeant duas galeas, et eas mittant usque Iadram ad expectandum nostrum mandatum, Et utile sit, quod una dictarum galearum remaneat in Corfoo pro omni bona causa; Vadit pars, quod scribatur Baiulo et Capitaneo Corfoy, et dictis Supracomitis Crete, quod unus eorum per texeram vel concordium remanere debeat in Corfoo, et similiter scribatur Rectoribus Iadre, si dicte galee non tangerent Corfoum, quod quando dicte due galee applicuerint, unam eorum ipsi debeant licentiare, quod vadat Corfoum, et ibi stet ad obedientiam Baiuli, et expectet mandatum, et aliam ibi retineant in illis aquis Dalmatie.

de parte . . . . . omnes

(Reg.° 58, 1430–1433, c. 30 t.°).

Digitized by Google

976.

1430, 3 februarii.

Mandatum Baiulo Corphoy quod mittat Rectoribus Albanie tantam quantitatem salis quanta erit necessaria pro cameris nostris deinde.

Ser Marinus Sanuto, ser Leo de Molino, et ser Franciscus Mocenigo, sapientes ordinum. 5

Capta. — Quia captum fuit per hoc consilium 1429, 23 Septembris, et ordinatum, quod Baiulus et Capitaneus mittere deberet tantum salem, quantum Cameris nostris Albanie esset opus, cum certo ordine facto utilissimo comuni, et sicut scribunt Rectores Albanie, dictus ordo non observatur, quia non est data pena Rectori ad observandum ipsum; Vadit pars, Quod Baiulus noster Corfoy mittere debeat omnibus Rectoribus nostris Albanie, juxta formam dicte partis tantum salem, quantum ipsi nostri Rectores requirent, sub pena ducatorum ducentorum in suis bonis, Et Rectores, qui de cetero recipient salem, dictum ordinum observent, sub pena ducatorum C, quas penas exigant advocatores comunis, habentes partem, ut de aliis sui officii. 10 15

de parte 140

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 32).

977.

1430, 4 februarii.

Quid scriptum fuit Castellanis Coroni et Mothoni pro subventione danda navi Delphine venientis ad Tanam. 20

Consiliarii.

Capta. — Quod autoritate hujus consilii scribatur et mandetur Castellanis nostris Coroni et Mothoni, et Baiulo et Capitaneo Corphoy, atque Durachii, quod si navis Delphina, ventura de partibus Tane, illuc applicabit, eidem dare debeant omnem subventionem possibilem, Et si opus fuerit pro faciendo aptari ipsam navim vel pro subventione Marinariorum, aut pro solidando homines de novo, ipsi Rectores habeant libertatem vendendi de rebus et mercationibus, que in illa erunt, ut illa conduci et venire possit in Istriam, eum bona securitate, Et mandetur insuper patrono ejusdem navis, quod solicitet iter suum, et quod veniat in Istriam, quam, citius et possibile erit. 25 30

de parte . . . . . omnes
de non 3
non sinceri 0

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 32).

Digitized by Google

978.

1430, 5 februarii.

Quod Guielmatius Canda de Nigroponte constituatur officialis ad translatandum literas, instrumenta et alia pertinentia regimini nostro Nigropontis de greco in latinum, cum conditionibus ibi notatis.

5 Ser Marinus Sanuto, ser Leo de Molino, ser Franciscus Mocenigo, ser Georgius Aimo, sapientes ordinum.

Capta. — Cum Baiulus et consiliarii Nigropontis significaverint nostro dominio suis literis, quod non possunt exercere illud regimen in civilibus et criminalibus, nisi habeant personam confidentem, que sit experta in scientia et in lingua greca, 10 tam pro translatando literas, et instrumenta de greco in latinum, quam etiam pro translatando literas grecas, quas de hora in horam recipiunt, tam ab Imperatore Constantinopolis et ab aliis dominis grecis, et etiam dominis Turchis, quibus omnibus opus est omnino respondere in greca lingua, et maxime hoc tempore pacis, Et etiam pro referrendo quidquid exponitur in greco per Ambaxatores Turcorum, et 15 aliorum dominorum circavicinorum qui mittuntur dicto Regimini, Et dictum Regimen scripserit esse in illa terra quemdam Guielmatium Canda, civem Nigropontis, virum expertum et approbatum in tali exercitio et fidelissimum nostri dominii, cui in illa terra non est par, et sine ipso dictum Regimen facere non potest, Et si non haberent illum, opus esset eis reperire unum alium aliunde, cum maiori precio, Sed 20 quia non possunt dare salarium alicui sine licentia nostri dominii, petunt licentiam possendi assummere dictum Guielmatium ad executionem rerum suprascriptarum, cum salario iperperorum centumsexaginta Nigropontem in anno, qui sumant ducatos vigintiocto ad beneplacitum nostri dominii, Existente ipso Guielmatio obligato pro commodo illius curie, operari et facere officium advocatarie sine aliquo salario; 25 Vadit pars, quod dictus Guielmatius Canda, Ex nunc autoritate huius consilii constituatur et assummatur officialis ad officia suprascripta, et ad omnia alia suprascripta, exercenda et fienda, cum illis salario, modis, et conditionibus omnibus suprascriptis, sicut consulit et requirit Baiulus et Consiliarii Nigropontis, Cujus salarium solvatur de monte denariorum, qui extrahuntur ex capsa utilitatum can- 30 cellariorum.

de parte 141
de non 8
non sinceri 2

(Reg.° 58, 1430–1433, c. 32)

Digitized by Google

979.

1430, 14 februarii.

Mittatur Nigropontem una banderia peditum, videlicet pagarum 25, sub uno Comestabile, pro securitate illius terre.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum Regimen Nigropontis scripserit nostro dominio, quod providere velimus, quod pons per quem itur in terram firmam, sit fortis et securus, et mittamus illuc aliquam banderiam peditum; Vadit pars quod mittantur illuc pedites vigintiquinque sub uno Comestabile sicut requirit regimen predictum, pro securitate pontis et terre.

de parte . . . . . omnes

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 33).

980.

1430, 23 februarii.

Scriptum Regimini Nigropontis, quod solvant ducatos III centum acceptos ad cambium, pro solvendo peditibus illuc ituris.

Ser Marinus Sanuto, ser Franciscus Mocenigo, ser Leo de Molino, ser Georgius Aimo, sapientes ordinum.

Capta. — Cum in camera Nigropontis sint multi denarii, qui iam multo tempore congregati fuerunt et de die in diem congregantur, pro armamento galee Nigropontis, Et sicut notum est dicta galea iam dudum non fuit armata, quia ad custodiam ipsius Insula semper fuit una galea de Creta, et tamen dicti denarii stant ibi, Et bonum sit pro nostro comuni, quod dicti denarii expendantur pro securitate illius Insule, et cum de novo mittantur Nigropontem pedites XXV pro custodia illius Insule; Vadit pars, quod pro solidando pedites predictos, possint accipi ad cambium ducatos usque trecentos, et scribatur Regimini Nigropontis, quod dictum cambium solvant de predicta pecunia, sub pena ducatorum centum in suis bonis propriis.

de parte 114
de non 1
non sinceri. 1

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 37 t.°).

Digitized by Google

981.

1430, 26 februarii.

Mandatum Baiulo et Capitaneo Nigropontis, quod licentiet galeam de Creta, et vadat Mothonum.

Sapientes ordinum.

5 Capta. — Cum ordinatum fuit Regimini Crete, quod mittere deberet unam galeam bene in ordine, et in puncto ad custodiam Insule Nigropontis, Et nunc captum sit, quod mittantur illuc pedites XXV pro custodia terre, et sicut notum est nunc cum sit pax in illis partibus, et isti pedites ibi sint non est opus, quod dicta galea stet ibi; Vadit pars, Quod scribatur Baiulo Nigropontis, quod subito dictam galeam 10 de Creta noviter illuc missam, licentiare debeant, quod veniat Mothonum et extendat se etiam usque Corphoum, expectando in illis partibus nostrum mandatum.

de parte . . . . . omnes.

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 38).

982.

1431, 30 aprilis.

15 *Ser Iacobus Georgio baiulus et capitaneus Neapolis Romanie armari faciat galeam de inde, et eam mittere Mothonum ad levandum ser Bartholomeum Victuri ejus successorem.*

Consiliarii.

Capta. — Quod auctoritate hujus consilii scribatur et mandetur nobili viro 20 Jacobo Georgio, Baiulo et Capitaneo Neapolis Romanie, quod armare debeat galeam de inde, et eam mittere usque Mothonum ad levandum nobilem virum Bartholomeum Victuri Successorem suum, sicut per elapsum fuit usitatum.

de parte. 141
de non 0
25 non sinceri 2

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 30 t.°).

Digitized by Google

983.

1431, 12 maii.

Quid commissum fuit ser Andree Gabriel, ituro baiulo et capitaneo Nigropontis, circa solidationem duarum banderiarum et ballistariorum.

Ser Hermolaus Valaresso, consiliarius et Troilus Superantio, ser Laurentius Honoradi, capita de XL, et ser Marinus Sanuto, sapiens ordinum. 5

Capta. — Cum fuerit hactenus consuetum, quod quilibet baiulus et Capitaneus Nigropontis hic Venetiis, ante suum recessum solidat et conducit banderias duas peditum de pagis XXV pro qualibet sub duobus comestabilibus, et illas conducit de inde, pro possendo remittere loco deficientium et insufficientium, Et considerata conditione, ac neccessitate temporis presentis sit necessarium multis respectibus, 10 omnibus manifestis circa hoc providere; Vadit pars, quod committatur et mandetur viro nobili ser Andree Gabriel ituro baiulo et Capitaneo nostro Nigropontis, quod debeat juxta solitum, solidare hic Venetiis banderias duas ballistariorum forinsecorum de pagis vigintiquinque pro qualibet, sub duobus fidis et expertis comestabilibus, et eas secum conducere, Et remittere loco deficientium et inutilium, cassando 15 tot de pagis ibi existentibus minus sufficientibus, quot erunt iste, quas conducet, Ita, quod remaneant in numero specificato et ordinato stare ibi, Et quod pro hoc non augeatur expensa nostro comuni ullo modo, Possendo accipere ad cambium hic Venetiis pecuniam necessariam pro causa presenti, Et illam mittere ad solvendum de inde, que solvi debeat de denariis capselete, et de aliis pecuniis nostri comunis 20 quemadmodum alias pro similibus causis factum est, Et postea debeat ipse noster baiulus de tempore in tempus, quam prestius poterit de intratis de inde, que exigentur remittere in ipsam capseletam tot denarios, quot accepti fuissent de illa pro causa presenti, qui nullatenus postea tangi possint, Et hoc pro observatione partis capte alias super hoc. 25

de parte. 38
de non 43
non sinceri 12

Item die XVI maii iterum posita et fuerunt.

de parte. 105 30
de non 31
non sinceri 3

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 52 t.° 53).

Digitized by Google

984.

1431, 16 maii.

Quod Castellanus Coroni et Mothoni eligendus loco ser Thome Marino teneatur ducere, habere, et tenere secum duos sotios qui iverunt cum dicto ser Thoma cum conditionibus consuetis. — Eligatur unus provisor terre Mothoni cum salario, familia, et conditionibus, ut ibi.

Sapientes ordinum.

Capta. — Cum vir nobilis ser Thomas Marino, cui Deus pareat, duxerit secum duos socios milites ad regimen Coroni et Mothoni, videlicet Antonium Trivixanum et Petrum Paravolo, fideles nostros, qui steterunt hoc tempore dicti ser Thome, et ibi sunt ad presens, faciendo honorem et debitum suum, Cum per litteras Vicecastellani Coroni pro parte Civium et Comunitatis illius loci, ac Stipendiariorum, et omnium ibi habitantium, nostro dominio instantissime supplicetur, ut dignemur providere, quod remaneant in illo officio cum Castellano Coroni et Mothoni, Eligendo loco dicti condam ser Thome, cum sint omnibus gratissimum ultra modum, sicut per dictas literas constat; Vadit pars, in complacentiam dictorum Civium et Subditorum nostrorum, ac etiam pro opere pietatis, considerato, quod iverunt illuc, cum magnis laboribus et expensis, sperantes stare per totum tempus consuetum, et si nunc deberent recedere, esset consumptio sua, et familiarum suarum, Quod castellanus eligendus loco dicti ser Thome Marino, ultra id, quod captum est in isto consilio, teneatur acceptare, habere, et tenere dictos dominos duos Socios in toto suo regimine, cum conditionibus consuetis.

de parte 90
de non 23
non sinceri 3

(Reg.° 58, 1430–1433, c. 53 t.°).

985.

1431, 16 maii.

Ser Marinus Sanuto, ser Bernardus Bolani, ser Leo da Molino, ser Franciscus Mocenigo, ser Franciscus Donato, sapientes ordinum.

Capta. — Cum loca nostra Mothoni et Coroni stent pessime in ordine sine Rectoribus, et considerata conditione presentis temporis necessarium sit dictis locis providere; Vadit pars, quod pro loco nostro Mothoni de presenti eligatur in hoc

Digitized by Google

consilio per scruptinium unus provisor, qui habeat de salario in mense et ratione mensis ducatos septuaginta auri, tenendo suis salario et expensis famulos quatuor, et Cavalerios duos, et teneatur respondere statim vel cras ad tertias, et recedere per illum modum, et quando eidem mandabitur per dominium, sub illa pena, que dominio videbitur. Stare debeat dictus provisor in Mothono uno anno, et tanto plus quanto Castellanus de novo eligendus in Corono, dabit eidem cambium, et tunc ipse redeat Venetias, Et licet sit provisor habere debeat commissionem Castellani Mothoni, preter capitula, que contradicerent huic conditioni, Et postquam dictus provisor non habet equos, non debeat habere regaliam, quam habebant Castellani propter equos.

Pro loco autem nostro Mothoni eligi debeat unus Castellanus in primo maiori consilio secundum usum qui propter conditiones presentis temporis, habeat de salario in anno et ratione anni de pluri eo, quod ad presens habet, ducatos ducentos, et sit cum omnibus aliis conditionibus Castellanorum Mothoni et Coroni.

Electus provisor

Ser Marcus Geno de Biry
Ser Nicolaus Erizo acceptavit.

de parte 142
de non 16
non sinceri 1

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 53 t.°).

986.

1431, 23 maii.

Quod datia Nigropontis ibi notata deputentur pro solutionibus stipendiariorum de inde.

Ser Bernardus Bolani, ser Franciscus Mocenigo, ser Leo de Molino, ser Franciscus Donato, sapientes ordinum.

Capta. — Cum baiulus noster Nigropontis scripserit, quod ille locus male bonis stipendiariis fulcitus est, et tantum comune habet expensas, et hoc processit, quia ipsis non fiunt solutiones, et comemoret, quod nisi infrascripta datia deputabuntur ad solutionem eorum, omnes fugient, sicut hucusque fecerunt, cum eminente periculo illius loci respectu presentis temporis, Et reliqui qui ibi sunt quotidie clamant et lamentantur cum magno onere nostri dominii; Vadit pars, quod secundum consilium et recordationem Baiuli predicti infrascripta datia deputari debeant ad solutionem predictorum Stipendiariorum, et denariorum, qui exigentur de datiis pre-

Digitized by Google

dictis, primo debeant dispensari in stipendiis predictis, quam in aliquam rem aliam sub pena ducatorum centum pro quolibet, qui eos tangeret vel dispensaret, vel poneret partem, quod dispensarentur.

de parte 124
5 de non 3
non sinceri 0

Datium 2 marine 1 missetarie Olei Iudacie 4 datium becharie et 3 affictus possessionum.

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 54 t.°).

987.

10 1431, 6 junii.

Captum de dando ser Nicolao Erizo ituro Provisori Mothoni ducatos 1000, pro subventione stipendiariorum de inde. Ser Nicolaus Erizo suprascriptus teneatur recedere de Venetiis et ire ad provisoriam suam sub pena.

15 Ser Hermolaus Valaresso, consiliarius, ser Bernardus Bolani, ser Leo de Molino, sapientes ordinum.

Conzosia che l altro di in questo conseio el fosse prexo, che per far balestrieri per Corfu e Modon, el se dovesse tuor de la prexente fazion ducati 1000 per i diti, e ducati 300, per municion de i diti luogi, e nuovamente el se habi per letere del 20 Vice Castellan de Modon, el dito luogo de Soldadi esser in numero de 400 in tuto, i qual dieno aver gran quantitade de pecunia, e la dita camera sia molto agravada de debito de iperperi XL mile supra l intrade manchano, El sia utele anzi necessaria cossa a provveder de pecunia per sovegnir ai diti Soldadi, L andera che de quela quantitade de ducati mille e trexento el non se faza balestrieri per mo, ma 25 che del dito numero de ducati 1300, el se debi dar de presente al nobel homo sier Nicolò Erizo che va provededor a Modon ducati mille d oro, i qual deneri el dito provededor debi dispensar in sovvention dei diti Soldadi, e non in altro, soto pena de ducati cinquecento d oro entro i suoi proprii beni per lo simele ai Conseieri soto la predita pena debi de prexente i diti ducati mille dar al dido provededor, azoche 30 el possi andar cum i ditti denari al suo rezimento.

de parte 122
de non 22
non sinceri 3

Digitized by Google

Sapientes ordinum.

Quod ser Nicolaus Erizo, iturus provisor Mothoni, teneatur sub pena ducatorum II centum in suis propriis bonis recessisse de Venetiis cras per diem, et potuisse se ad rectum iter eundi ad provisoriam suam, si habebit pecuniam suam.

de parte 128 5
de non 7
non sinceri 5

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 56 t.°).

988.

1431, 9 junii.

Quod Castellani Corfoi qui de cetero eligerentur, non possint facere de mercationibus nec emere pecunias camere. 10

Ser Bernardus Bollani, ser Leo de Molino, ser Franciscus Mocenigo, ser Franciscus Donato, sapientes ordinum.

Capta. — Cum Castellani Corfoy ex certo ordine sue commissionis faciant de mercationibus, et sicut notum est omnibus, omnes nostri ordines, et partes prohibent Rectoribus, et officialibus facere mercantiam, ut dignitas Regiminis, et officii posset semper esse munda, et sit honor nostri dominii providere, quod ipsi Castellani ad nullam aliam rem habeant attendere, quam ad Regimen, et bonum Castrorum eis commissorum; et faciendo mercaturam, eam facere non possunt sine deterioratione dignitatis sui officii, Et utile sit providere super hoc; Vadit pars, quod castellani Corfoy, qui de cetero eligentur, non possint facere, aut fieri facere de mercationibus, nec emere pecunias Camere, nec de eis accipere in solutionem pro se vel aliqua alia persona, sub penis et stricturis datis nostris Rectoribus, qui facerent de mercationibus, Verum dicti Castellani, sicut habent ducatos ducentos illius monete, de cetero habere debeant in anno et ratione anni ducatos ducentos sexaginta illius monete, pro suo salario. 15 20 25

de parte. 86
de non 30
non sinceri 0

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 57). 30

Digitized by Google

989.

1431, 3 julii.

Commissum regimini Mothoni, quod restituat sapones et alias mercationes, que erant in navi cujusdam Ianuensis, illis, quorum sunt libere, et similiter navim cum corredis et bonis marinariorum patrono assignet.

5 Ser Bernardus Bollani, sapiens ordinum.

Capta. — Cum Regimen nostrum Mothoni nobis scripserit intromisisse quamdam navem Ianuensem, que portate est buttarum CL.ª vel circa, que hoc anno huc venit cum mercationibus et bonis nostrorum mercatorum existentium in Constantinopoli, Et patronus ipsius navis, qui est burgiensis Pere, cum licentia ipsius Regi-
10 minis Mothoni venerit ad nostram presentiam supplicans, quod cum ante recessum suum de Venetiis, fecisset nobis supplicari, ut dignaremur eidem nostrum Salvumconductum impartiri, possendi ire secure Constantinopolim, et per nos dictum fuerit, quod habebamus pacem cum Ianuensibus, et quod recedere poterat, et sub hac spe credens esse securum iverit Anconam, ubi levavit capsas ducentasquadra-
15 ginta saponi de ratione certorum Anconitarum pro Constantinopoli, et de inde ivit Mothonum pro levando certas buttas limonorum de ratione viri nobilis Sebastiani Victuri, ubi preter id, quod credebat retentus fuit cum dicta navi, dignaremur ei compati, et circa navis sue liberationem providere, Et ut est dictum, dictus patronus sit de Pera, et ut creditur, ipsi de Pera stare volent in bona amicitia nobiscum,
20 Et nobis non inferre guerram, Et dicta navis sit parvi valoris, quoniam non valet ultra ducatos ducentos, ac clarissimum, quod ipse patronus crediderit esse securus, quoniam aliter non ivisset Mothonum; Vadit pars, quod mandetur Regimini nostro Mothoni suprascripto, quod debeat dictos sapones et alias mercationes que erant super dicta navi restituere libere illis quorum est, et similiter navim predictam cum
25 corredis suis et bonis marinariorum libere dicto patrono assignare, et eum cum illa libere permittere abire pro factis suis.

de parte 98
de non 14
non sinceri 8

30 (Reg.° 58, 1430–1433, c. 62 t.°).

Digitized by Google

990.

1431, 12 julii.

Mandatum Regimini Nigropontis, quod solvere debeant denarios, acceptos ad cambium pro solidando duas banderias peditum, illuc missuras, sub pena ducatorum Quingentorum in suis propris bonis.

Sapientes. 5

Cum deliberatum sit per hoc consilium mittendi duas banderias Nigropontis, et accipiendi pecuniam ad cambium pro ipsis; Vadit pars, quod mandetur Regimini Nigropontis, quod sub pena ducatorum V centum in suis bonis, ipsi solvere debeant cambium predictum visa littera, de denariis capselete, aut de aliis denariis nostri comunis, juxta formam partis capte. 10

de parte 101
de non 1
non sinceri. 1

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 65 t.°).

991.

1431, 16 julii. 15

Detur libertas ser Andree Gabriel ituro baiulo et Capitaneo Nigropontis possendi expendere iperpera ducentasexaginta pro fabrica et reparatione muri illius terre qui minatur ruinam.

Sapientes ordinum.

Quia passus circa X muri terre nostre Nigropontis semirupti sunt, et nisi 20 provideatur, magnam partem alterius muri in ruinam trahet, et Arsenatus noster habet tectum ruptum, ex quo per pluviam devastantur galea et munitiones arsenatus; Vadit pars, quod detur libertas nobili viro Andree Gabriel, ituro baiulo et Capitaneo Nigropontis possendi expendere in reparatione culmi arsenatus, et fabricatione muri predictorum yperpera ducentaquinquaginta, non possendo ea expendere 25 in aliqua alia re, quam in predictis rebus sub pena librarum Centum in suis bonis.

de parte 120

facta fuit litera die 20.

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 67 t.°).

Digitized by Google

992.

1431, 7 augusti.

Mandatum Zacharie Trivisano ituro Castellano Mothoni et Coroni, quod ducat secum unum medicum, ut ibi.

Ser Natalis Donato, ser Marcus Mauroceno, ser Marinus Sanuto, consiliarii.

Capta. — Cum locus noster Mothoni maximam neccessitatem habeat de uno medico, qui sit in arte, et phisice et cyrogie praticus et expertus, tam pro bono et commoditate Civium et Subditorum nostrorum de inde, quam aliorum nobilium et civium nostrorum illuc transeuntium; Vadit pars, quod autoritate huius consilii committatur, et mandetur viro nobili ser Zacharie Trivisano ituro de nostro mandato Castellano nostro Mothoni, quod si reperire poterit unum medicum, qui sit cyrogicus et phisicus, quod dicto medico dare possit illud salarium dari consuetum. Verum si habere vel reperire non posset unum qui sit phisicus et cyrogicus, Ex nunc captum sit, quod reperiente dicto ser Zacharia duos medicos unum in cyrogia, et alium in phisica praticos et expertos, quod dictis medicis dare possit yperpera trecenta in quadringenta in anno pro quolibet, quod quidem salarium non ascendet propterea ad summam salarii soliti dari dictis medicis pro loco Mothoni predicto.

de parte	omnes alii
de non	3
non sinceri.	0

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 72 t.°).

993.

1431, 14 augusti.

Ser Bartholomeus Victuri potestas et Capitaneus Neapolis Romanie possit expendere pro reparatione palatii et arsenatus iperpera centum de pecunia nostri comunis.

Quod concedatur viro nobili Bartholomeo Victuri ituro potestati et Capitaneo Neapolis Romanie, possendi expendere de pecunia nostri comunis in arsenatu, qui ruit, et in palatio, et aliis multis reparationibus necessario fiendis iperpera centum.

de parte	omnes
de non	0
non sinceri.	2

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 76 t.°).

Digitized by Google

994.

1431, 14 augusti.

Concessum ser Bartholomeo Victuri, potestati et Capitaneo Neapolis Romanie, quod possit investire denarios, qui supererant a regimine suo, et de venditione equorum, in mercationibus pro conducendo Venetias.

Ser Laurentius Honoradi, ser Lodovicus Lauredano, ser Andreas Bembo, ser Leonardus Venerio, sapientes ordinum.

Quod concedatur nobili viro Bartholomeo de Victuri potestati et Capitaneo Neapolis Romanie, sicut est solitum concedi nostris Rectoribus dicti loci, quod pecunias, que supererint a Regimine de suo salario, et venditione equorum possit investire, seu investiri facere in mercationibus pro conducendo Venetias per duos menses ante finem sui regiminis.

de parte 112
de non 7
non sinceri. 2

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 76 t.°).

995.

1431, 18 augusti.

Mandatum regimini Corphoy quod armare debeat galeotam de inde que esse debeat ad obedientiam provisoris nostri simul cum duobus galeis Crete, et quod solidare debeat a quinque usque decem bonos ballistarios, pro qualibet ipsarum galearum.

Quod fiat commissio nobili viro Georgio Lauredano Provisori duarum galearum Crete, in hac forma:

Nos Franciscus Foscari Dei gratia, Dux Venetiarum etc. — Committimus tibi nobili viro Georgio Lauredano, dilecto civi et fideli nostro, quod de nostro mandato ire debeas provisor super duabus galeis nuper armatis in Creta, quas galeas regere et gubernare debeas ad honorem et statum nostrum, ministrando jus et justiciam in civilibus et criminalibus inter homines galearum tibi commissarum, sicut de probitate et sapientia tua plene confidimus et speramus.

Et debeas recedere de Venetiis cum galeis grossis, quarum est capitaneus nobilis vir ser Delphinus Venerio, et vadas Corfoum, in quo loco esse debeas cum

Digitized by Google

baiulo et Capitaneo nostro dicti loci, et providere cum ipso, cui etiam nos oportune scribimus circa armamentum et expeditionem galeote nostre de inde, ut ipsa armata et bene in ordine posita veniat tecum ad obedientiam et mandatum tuum.

Et quando ascenderis super duabus galeis predictis, videre et diligenter exa-
5 minare debeas, qualiter armate et in ordine sunt dicte galee, et si ipsi vel alicui earum aliquis ballistarius, vel homo a remo deficeret, volumus, quod simul cum Rectore nostro Corfoy provideas, prout melius fieri poterit, quod dicte galee bene in ordine et in puncto ponantur, Et insuper tibi denotamus, quod ut dicte galee, sint bene fulcite ballistariis, Mandavimus Baiulo Corfoy, quod ultra numerum bal-
10 listariorum, quos habere debent galeas Crete, debeat solidare a quinque usque decem bonos ballistarios pro qualibet ipsarum galearum de Creta, sicut melius facere poterit.

Cum predictis autem galeis et galeota bene in puncto et in ordine positis, stare et emittere debeas enutrire in nostro Culfo inter Corfoum et Sasnum et Caput
15 Otranti, stando ad bonam conservationem et custodiam omnium navigiorum nostrorum, Et si tamen tibi videretur necesse per ea, que sentires, intrandi magis intra Culphum, aut ascendere usque Mothonum et Coronum pro fuscis cursariorum, de quibus a Castellanis nostris Mothoni et Coroni tu esses informatus aut ire pro alia necessitate urgente, et hoc in tua libertate relinquimus eundi et providendi,
20 sicut secundum casus et tempus tibi videbitur, Et tamen volumus, quod continue reductus tuus sit inter Corfoum et Sasnum et caput Collonarum.

Et quascumque galeas et navigia Januensium, quas reperire, si tu videbis avantagium debeas intromittere et capere, tractando homines earum et bona sua velut publicos inimicos nostros, Et similiter alias galeas, vel fustas male conditionis,
25 quas reperires dannificasse nostros videndo tibi avantagium, debeas intromittere et capere tractando homines, sicut tibi videbitur honori nostri dominii convenire, habendo semper bonam considerationem et advertentiam ad securitatem galearum et hominum tibi commissorum.

In omnibus autem casibus, quibus habebis aliquid deliberare, volumus, quod
30 reddere primo debeas parere et opinionem amborum Supracomitorum nostrorum Crete, et ipsis auditis, tamen in tua libertate relinquimus faciendi sicut tibi videbitur esse honori et bono status nostrii dominii.

Habere debeas de salario ducatos quinquaginta in mense et ratione mensis et habere pagam trium mensium, et propterea tenere debes tuis salario et expensis
35 duos famulos.

de parte 73
de non 4
non sinceri 7

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 74 e t.° 75).

Digitized by Google

996.

1431, 26 augusti.

Commissum ser Zacharie Bembo ituro baiulo Corphoy, quod reperiet unum medicum, et illum secum conducat cum salario et conditionibus solitis.

Consiliarii.

Cum medicus fisicus, qui esse solebat in civitate nostra Corphoy, recesserit propter quod illa civitas, ac Cives et fideles nostri de Corphoy maximum incomodum patiuntur; Vadit pars, quod committatur nobili viro ser Zacharie Bembo, ituro baiulo et Capitaneo Corfoy, quod procuret reperire unum medicum fisicum sufficientem, possitque illum firmare et conducere cum illo salario, modis, et conditionibus, cum quibus erat idem medicus, qui noviter de ipso loco recessit.

de parte . . . . . omnes

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 76).

997.

1431, 25 septembris.

Scriptum Rectori Corphoy, quod provideat de habendo mutuo a Judeis ducatos III mille.

Ser Troilus Marcello, ser Petrus Valerio, ser Stefanus Trivisano, capita de XL.ta

Cum sit necesse reperire pecuniam pro agendis nostris presentialiter incumbentibus, Et pur sit conveniens non ponere manum ad bursam nostrorum civium, sed adiuvare etiam nos cum denariis Judeorum subditorum nostrorum, ut ipsi aliquando sentiant gravedines nostras, sicut sentiunt utilitatem et libertatem; Vadit pars, quod scribatur et mandetur Regimini et Capitaneo Crete, quod per illum modum, qui eis videbitur, providere debeant, quod usque duos menses omnes Judei Insule Crete mutuare debeant nostro dominio ducatos XX mille, Et similiter scribatur Regimini Nigropontis de ducatis duobusmillibus, et Rectori Corfoy de ducatis tribusmillibus, et Rectori Justinopolis pro Judeis totius Istrie de ducatis mille, Et omnes predictos denarios mittere debeant Venetiis, nostro dominio per primum securum passagium.

de parte 87
de non 31
non sinceri 14

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 80 t.°)

Digitized by Google

998.

1431, 9 februarii.

Mandatum Castellano Coroni et successoribus suis, quod debeant acceptare in officium admiratus Coroni Franciscum Gezo, cum salario et regaliis consuetis, et cum conditionis ibidem declaratis.

5 Ser Dominicus Bono, ser Laurentius Honoradi, ser Leo de Molino, ser Leonardus Venerio, sapientes ordinum.

Cum Castellanus noster Coroni scripserit nostro dominio, quod ex conscientia sibi facta, ipse reperit quod providus fidelis noster Franciscus Gezzo de 1415 refutavit officium admirarie nobili viro ser Marco Dandulo, tunc Castellano Coroni, et 10 stetit in dicto officio duobus mensibus sine salario usque quo ser Marcus Corario successor eius introivit reginen; Et reperiendo dictum Franciscum esse et operari dictum officium admirarie confirmarit cum sicut primo erat, A quo tempore citra idem Franciscus bene et fideliter exercens suum officium, obtinuerit gratiam possendi facere de mercationibus, non obstante, quod esset Admiratus, de inde obti- 15 nuerit, etiam quod propter suam senectutem posset ponere unum loco sui, Exercendo tamen personam suam ad mandata dominii nostri, quandocumque opus erit, Et non obstantibus gratiis predictis, et quod etiam operatus est officium predictum Admirarie bene et sufficienter annis sexdecim post refutationem predictam, ipse Rector scribit, quod non dabit aliquod salarium eidem Admirato nisi a dominio no- 20 stro eidem mandatum fuerit cum consiliis, quod debeat eum acceptare, Et propterea considerata sufficientia, fidelitate, et optimis portamentis, que idem Franciscus Gezzo pro honore nostri dominii demonstravit, Et considerato, quod per ser Marcum Corario ipse fuit refirmatus, et ab eo tempore citra duas gratias a nostro dominio cum consiliis tamquam Admiratus obtinuit, et iam XVI annis bene et dili- 25 genter exercuerit et exerceri fecit suum officium; Vadit pars, quod non obstante, quod in predictis gratiis non fuerit facta mentio de refutatione quam fecerat, idem Franciscus autoritate huius consilii in dicta Admiraria confirmetur et approbetur cum salario et regaliis consuetis, Et ex nunc declaretur, quod bene steterit in officio predicto usque nunc, Et mandetur dicto Castellano et Successoribus, quod dictum 30 Franciscum debeat acceptare, et observare sibi gratias quas eidem fecimus, et acceptet unum loco sui ut ipse Franciscus usque ad mortem pro merito suorum fidelissimorum operum sentiat gratiam nostri dominii, Et si aliquid de salario, regalia, aut aliis rebus et bonis suis posuisset in comune causa refutationis predicte, debeat restituere dicto Francisco, sicut justum et debitum est.

35 de parte 96
de non 3
non sinceri 2

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 96 t.°).

Digitized by Google

999.

1432, 19 martii.

Mandatum provisori Mothoni, quod libere relaxari faciat omnes mercationes Anchonitarum ibidem arrestatas.

Ser Laurentius Honoradi, ser Dominicus Bono, ser Leonardus Venerio, sapientes ordinum. 5

Cum unus Ambaxator Magnifice Comunitatis Ancone, comparens coram nostro dominio, petierit cum instantia, quod mercationes unius sue navis capitate Mothoni, arrestatis et intromissis per provisorem nostrum Mothoni, dignemur facere libere relaxare, considerato, quod si respectu represalie alias facte contra suam comunitatem ipse mercationes retinentur, ipse debent restitui propter suspensionem alias 10 factam in complacentiam Summi pontificis, Et si sunt retente ex suspitione, quod sint Ianuensium, sua Comunitas se offert declarare et apertissime demonstrare, quod ipse mercationes non sunt Ianuensium imo Anconitarum infra illud tempus, quod nostro dominio rationabile apparebit; Vadit pars, quod autoritate huius consilii scribatur et mandetur provisori Mothoni, quod omnes mercationes Anconi- 15 tarum, quas respectu represalie, alias facte, ipse arestavit, debeat libere relaxare procuratori dicte Comunitatis, quoniam illa represalia suspensa est; Alias autem mercationes intromissas ex suspitione, quod sint Ianuensium similiter debeat libere relaxare, considerato, quod illa Comunitas pro dictis mercationibus dedit in Venetiis plezariam, Et si infra octo menses non dabitur nostro dominio clara et sufficiens 20 probatio, quod dicte res, quas dictus Rector credit esse Ianuensium, sint ipsorum Ianuensium, sed Anconitarum providebitur per hoc consilium super rebus predictis, sicut justum et honestum videbitur, Sed ex nunc declaretur, quod hec litera non mittatur, si prius plezaria non fuerit data in Venetiis pro mercationibus predictis.

de parte 84 25
de non 18
non sinceri 4

(Reg.° 58, 1430-1433. c. 103).

1000.

1432, 24 martii.

Quid scriptum et commissum fuit regimini Nigropontis circa redditus Insularum Tinarum et Miconarum. 30

Ser Leo de Molino, ser Leonardus Venerio, sapientes ordinum.

Cum rector noster Thinarum et Michonarum scripserit nostro dominio, quod redditus nostri Insularum predictarum male vadunt et peius ituri sunt, quia ipse

Digitized by Google

non possit aliquo modo attendere ad vendendum animalia, ceram, setas, nec ad faciendum laborare territoria comunis, que omnia minutim et diverso tempore exiguntur, nec etiam esset honoris nostri dominii, Quod rector iret per alienas insulas vendendo animalia et similia, Et commemorat, quod melius esset pro nostro comuni
5 quod predicti redditus affictarentur alicui persone sufficienti, si esset possibile, Et Regimen Nigropontis scripserit nostro dominio, quod pro habendo personam sufficientem, que diligat statum et honorem nostri dominii, et habitet in Insulis predictis, elegerunt quemdam Stefanum Delilo Fordozi filium Iohannis Coste de Venetiis, quem in dictis Insulis tenuerunt annis quatuor, et ultra, et ut continuaret habitare ibi
10 promiserunt sibi certa bona et res, de quibus omni anno ipse habet circa yperpera triginta, et hortetur nostrum dominium, quod confirmemus id, quod ipsi promiserunt dicto Stephano, quoniam erit utile pro nostro comuni multis respectibus, Et dictus Stefanus huc venerit et nostro dominio exposuerit, Quod si volumus dare redditus insularum predictarum ad affictum, ipse est contentus accipere ipsos ad
15 affictum per annos quinque cum capitulis et conditionibus infrascriptis.

Primo petit et vult, quod Rector, qui ad presens est, et alii qui post eum venient, sint et esse debeant ministratores iuris et justicie inter eum et homines illius insule, Et in quibuscumque causis ministrent eidem jus contra homines ipsarum insularum, et e converso hominibus insularum contra eum prout de jure et honestate
20 ipsis Rectoribus videbitur.

Item vult dare omni anno pro omnibus redditibus et proventibus insularum predictarum yperpera duomillia, et dare hic plexariam sufficientem pro causa predicta.

Item quod omnia animalia, que sibi consignabuntur numero, nunquam defi-
25 cient de numero, sibi consignato, sed mediante sua solicitudine et industria bene conservabuntur et manutebuntur.

Item faciet poni in laborerio multa territoria, que presentialiter sunt inculta et sterilia.

Item plantari faciet vites et arbores, Et fieri faciet de mele iu quantitate.

30 Item conabitur facere aptari portum de inde, ut possint onerari res et bona insularum predictarum et mitti Nigropontem vel Venetias.

Item cum multe res et bona comunis hactenus diversimode multis personis data fuerunt, per istud obstabitur quod similia de cetero non fient absque conscientia nostri dominii. Insuper multa que data sunt per primum reduci poterunt in
35 comune, si nostro dominio videbitur.

Item pronie, que date sunt contra consuetudinem Insularum in damnum comunis, de cetero non dabuntur nisi cum utile comunis et secundum consuetudines illarum Insularum.

Item per hunc affictum cessabit expensa balini duche acatapani et prothose-
40 vasto, que est yperperorum centum et ultra omni anno.

Et licet suprascripta capitula et petitiones sint honeste, et utiles pro nostro comuni, tamen considerato, quod Regimen Nigropontis, a quo de suprascripto Stefano nostro dominio facta fuit fides, et quod statum et conditionem ipsarum Insularum optime cognoscit, videat et examinet ea, que idem Stefanus facere intendit,

Digitized by Google

Vadit pars, quod petitio et capitula dicti Stefani mittantur Nigropontem, Et eidem mandetur, quod recepto presenti nostro mandato poni facere debeat ad incantum publicum, redditus Insularum predictarum, qui veniunt in nostrum comune et infra quindecim dies ipsos redditus debeant deliberasse plus offerentibus, et si dicti redditus non reperirent emptorem, aut non ascenderent ad maiorem summam iperperorum duorum millium debeant remanere predicto Stefano pro yperperis duobus millibus, sicut hic est contentus eos recipere, Verum ex nunc ordinetur quod id, quod Regimen Nigropontis hortatur ut dicto Stefano in dictis Insulis detur, ut in ipsis habitet, autoritate huius consilii confirmetur, Ea autem sunt hec, videlicet Anastaxia villana nostri comunis, franca et libera cum filiis et heredibus de legitimo matrimonio ab ipso Stefano descendentibus, et Stefanus Gailofa cum familia et bonis suis, et pronia, que fuit Nicolai de Durachio cum una domo posita in castro Tinarum prope hostium Thinarum olim vocata lobia simul cum illa, quam tenet Anexius filijs Lomini Castagna et Godalu de Michonis, que omnia dentur et concedantur Stefano predicto, filiis et heredibus suis, ut predictis Insulis cum filiis et heredibus predictis in perpetuum habitet, et pro recognitione et censu omnium rerum suprascriptarum, ipse Stefanus, filii, et heredes sui in perpetuum teneantur cum persona et armis suis libere servire nostro dominio in galea, vel galeota, que armabitur in insulis predictis totiens, quotiens armabitur pro nostro comuni.

de parte. 85
de non 8
non sinceri 2

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 104 t.°).

1001.

1432, 24 marcii.

Scriptum Rectori Nepanti, quod de omnibus mercationibus exigere debeat duo pro C de datio ad introitum, et duo ad exitum, remanente datio animalium, Et quod possit expendere pro reparatione muri castri yperpera V centum de denariis, quos exiget ex datiis.

Ser Leo de Molino, ser Leonardus Venerio, sapientes ordinum.

Cum noster Rector Nepanti scripserit nostro dominio, quod propter prohibitionem factam nostris mercatoribus, eundi ad mercandum in Admoream, omnes mercatores, qui erant soliti mercari in Patrasio, se reduxerunt Nepanti ad mercandum, in quo loco Nepanti, quia nunquam facta fuit alia mercatura, quam animalium, dictus Rector scribit non reperire aliquem ordinem aut consuetudinem, qua possit solvi facere mercatoribus pro datio suarum mercationum, Et propterea, Vadit pars, quod de omnibus mercationibus de quibus Rector habet plezarias pro hujusmodi datio solvendo, et de aliis illuc capitantibus de cetero exigi debeant in

Digitized by Google

Nepanto ad introitum duo pro C° et ad exitum duo alie pro C°, Remanente datio animalium, et aliis datiis specificatis, que nunc sunt in Nepanto, in eo statu, in quo nunc presentialiter reperiuntur.

Et quia ipse Rector scripsit murum castri et Civitatis ruinasse et male stare, detur ex nunc libertas dicto provisori possendi expendere pro reparatione et fabrica dictorum murorum yperpera quingenta de denariis, quos exiget ex datiis predictis.

de parte	102
de non	2
non sinceri	1

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 105).

1002.

1432, 6 junii.

Concessum Rectori Corphoy posse accipere de denariis datii vini a spina, pro certis expensis necessariis ut ibi.

Consiliarii.

Cum sicut scribit Baiulus et Capitaneus noster Corfoy propter occurentia presenti tempore propter fortificationem illius terre, prout a nostro dominio habet in mandatis, necessarium sit facere multas expensas, que sine denariis fieri non possunt; Vadit pars, quod detur libertas dicto nostro baiulo et Capitaneo accipiendi de denariis datii vini a spina pro expensis necessariis, ut possit mandata nostra mittere executioni in complendo laboreria, et solvendo Stipendiariis, prout fuerit opportunum.

de parte	omnes alii
de non	0
non sinceri	1

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 122 t.°).

1003.

1432, 10 junii.

Quod communitati Thinarum et Michonarum remittuntur affictus geniori et capenichi, consideratis damnis eis illatis per Turcos.

Ser Leonardus Bembo, ser Laurentius Honoradi, ser Antonius Contareno, sapientus ordinum.

Cum alias Ambaxatores Comunitatis nostre Thinarum et Michonarum supplicaverint nobis, quod dignaremur absolvere illos a solutione geniori et capinichi, considerato, quod a Teucris fuerunt radicitus derobati, Et superinde habitum fuerit

Digitized by Google

consilium Rectoris nostri Thinarum et Michonarum qui affirmat eos esse pauperes, quod dicant; Vadit pars, quod considerata derobatione et destructione quam passi fuerunt, et quod iam multis annis propter suam paupertatem cum maximo damno solverunt affictus ordinatos, Quod affictus geniori et Capinichi, qui per duas annos ad huc solvi restant, eisdem remittantur, Et Ianuli da Choregia, qui affictus predictos habebat ad affictum pro eodum tempore duorum annorum non molestetur.

de parte	omnes alii
de non	0
non sinceri	1

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 124).

1004.

1432, 18 julii.

Libertas data baiulo et Capitaneo Corphoy possendi ruinare et fabricari facere omne, quod videretur esse periculosum illi terre.

Consiliarii.

Cum baiulus et capitaneus Corfoy scribat, quod pro securitate illius loci securius est, quod cancellaria et lobia comunis ruinetur, sicut lectum est consilio; Vadit pars, quod dictus baiulus, autoritate huius consilii, si ruinari eam aut aliud fecisset, declaretur eum bene fecisse, et similiter habeat libertatem facere ruinare omne aliud, quod ipse cognosceret esse posse periculosum aut nocivum terre et insule predicte, Et eodem modo facere fabricare pro tutela et securitate.

de parte	116
de non	1
non sinceri	3

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 133).

1005.

1432, 2 augusti.

Captum de dimittendo libertate Rectoris Nigropontis, de cassando, aut retinendo ballistarios et pedites, qui ibi sunt.

Ser Antonius Contareno, ser Laurentius Honoradi, ser Leonardus Venerio, sapientes ordinum.

Cum captum fuerit mittendi Nigropontem duos banderias ballistariorum, et commissum baiulo ituro, quod duas banderias, que ibi ad presens sunt, deberet cassare subito applicatis predictis, Et utile sit respectu presentium novitatum pro-

Digitized by Google

videre securitati insule predicte; Vadit pars, quod scribatur Baiulo Nigropontis, Et in sua libertate dimittatur, quod applicatis ballistariis, qui ad presens mittuntur ipse retineat illos pedites et ballistarios, qui ibi sunt, aut illam partem, que eidem necessaria et utilis apparebit, et quousque sibi videbitur pro tutela et conservatione terre et insula Nigropontis.

de parte 130
de non 0
non sinceri. 1

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 139).

1006.

1432, 23 decembris.

Castellanus iturus Coronum et Mothonum possit expendere ducatos centum de pecunia comunis pro reparatione et laborerio turrim et aliarum rerum necessariarum.

Sapientes ordinum.

Cum turris magistra Coroni a summo usque ad fundamentum scissa sit, et Rector commemoraverit, et de presenti instantissime replicat, ut pro securitate illius loci, et pro bono comunis nunc cum parva expensa reparare ipsam terram velimus; Vadit pars, quod feramenta que pro opere dicte turris hic fienda ipse Rector ordinavit, solvi debeat per Consilium maius ad camerarios comunis, Et ulterius pro reparatione et laborerio turrim et aliarum expensarum necessariarum fiendarum pro reparatione ipsius loci, ipse Castellanus expendere ducatos centum de pecunia nostri comunis.

de parte. 74
de non 0
non sinceri 0

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 165).

1007.

1433, 14 martii.

Quid responsum fuit Ambaxiatoribus despoti Caroli secundi, circa dubitationem quam habet de Turcho.

Ser Ludovicus Lauredano, ser Andreas Bembo, ser Leonardus Venerio, sapientes ordinum.

Cum Ambaxiatores despoti Caroli secundi exposuerit nostro dominio, Quod cum Turchus astulerit eidem domino Janinam cum magna parte despotatus, et ipse

Digitized by Google

dubitet, ne in futurum surripiat eidem Artam et residuum sui status a parte terre, Et cum eodem furore et ruina non insurgat contra Leucatem, Zefaloniam, Zacintum, et cetera loca patrimonii sui antiqui, Ea propter cum ipse despotus videat se solum, et destitutum ab adherentia aliarum potentiarum, prelegerit nostrum dominium, ut ex intuitu, et respectu nostro in ipsis Insulis conservetur dominus, priusquam predicte Insule preveniant ad manus aut Turchorum aut Grecorum, aut aliarum nationum, que forte pro commoditate loci essent impedimento nostro dominio, petatque alia capitula pertinentia ad hanc materiam, Et sit necesse multis bonis respectibus providere et dare aliquam spem dicto domino, ut cum Januensibus, aut Catellanis, aut Teucris non capiat partitum respectu ipsarum Insularum, que optime mercantur cum nostris locis; Vadit pars, Quod ambaxiatores dicti domini despoti Caroli secundi respondeatur, Quod nostra dominatio semper habuit et tenuit magnificos dominos antiquos progenitores eius pro caris recommendatis et civibus nostris, Et pari modo ipsum dominum despotum tenuimus et tenemus, Et ideo cum ipse sit civis noster et recomendatus noster non expedit alia innovatione nove recommendationis uti, Sed considerato, quod est civis noster reddat se certissimum, quod eum habemus et habebimus recommendatum, Et ut cognoscat, quod eum sincere diligimus, sumus contenti prout petit ad maiorem amplitudinem sui honoris facere eum nobilem de nostro maiori consilio.

Et ex nunc sit captum, quod hec responsio nobilitatis non fiat si prius non fuerit capta per consilia ordinata.

de parte 105
de non 11
non sinceri 6

(Reg.° 58, 1430–1433, c. 184 t.°).

1008.

1433, 20 julii.

Captum, quod quedam pars alia capta, de illis, qui seminant extra Insulam Nigropontis, confirmetur, et revocari non possit, nisi per tres partes consilii rogatorum, Que quidem pars notata est ut ibi.

Ser Zacharias Valaresso, sapiens ordinum.

Cum Regimen Nigropontis scripserit dominio, quod quamdam partem infrascripti tenoris captam in consilio Nigropontis pro bono et conservatione Insule predicte dignemur confirmare per hoc consilium; Vadit pars, quod dicta pars, autoritate huius consilii confirmetur, Et addatur, quod non possit revocari, nisi per tres partes huius consilii.

de parte 74

Digitized by Google

Ser Andreas Bembo, sapiens ordinum.

Quod mandetur Regimini Nigropontis, quod partem captam 1421 die 17 septembris, que vult, quod omnes possint ire laboratum extra pontem respectibus in dicta parte contentis, ipsi debeant observare, et facere observari et non provi-
5 dere de cetero per sua consilia de inde contra partes, que de Venetiis illuc misse sunt, et de cetero mittentur per dominium, Verum si cives Nigropontis erunt contenti, quod villani franchi laborent suas possessiones Insule, cum illo avantagio et preminentiis, quas habent de possessionibus de extra Insulam, possint in hoc casu providere, quod non eatur ad laborandum extra Insulam, sicut nostro dominio
10 commemoraverunt.

de parte 33
de non 2
non sinceri 7

Tenor partis misse a Regimine Nigropontis.

15 Conzosia che in tempo del rezimento del nobel homo ser Benedeto Trivisan, olim baiulo et Capitaneo de Negroponte, per el conseio de pregadi in Veniexia fo prexa parte, che per i homeni habitadori in l Ixola nostra de Negroponte non podesse fir semenado de fuora de l Ixola predita; E da poi per una altra parte presa in el dito conseio de pregadi fo comandado al Rezimento de Negroponte, che
20 quela parte prima fosse sospexa, per la qual cossa tuti i homeni nostri de l Ixola va fuora a semenar et lavorar tereni, la qual cossa retorna a gran dano de i zitadini nostri e de le possession de la nostra ixola cum grandissimo pericolo de le persone che vano fuora a lavorar i diti tereni per respeto de le novitade le qual ogni zorno fi fate per i Turchi, E l andera parte chel sia scripto a la ducal Signoria
25 nostra per parte de questa nostra Comunita, supplicando che quele se degna proveder cum tal streture, che da qui avanti algun habitador de questa nostra Ixola per algun muodo non possa andar a semenar ne a lavorar tereni fuori de la dita nostra ixola.

(Reg.° 58, 1430–1433, c. 218).

1009.

30 1433, 20 julii.

Mandatum Castellanis Coroni et Mothoni, quod providere debeant circa liberationem nostrorum detentorum per dominum Chierthoniam, et presertim Johannis Ralli, prout eis melius videbitur cum honore nostri dominii.

Ser Zacharias Valaresso, ser Johannes Bragadino, ser Andreas Bembo, ser
35 Leonardus Venerio, sapientes ordinum.

Cum provisor Mothoni retinuerit in carceribus quemdam Johannem Rali, propter ea, que in burgo Castri nostri Molinarum fecerat, et Illustris dominus

Digitized by Google

Chierthonia se gravans ex hac retentione fecerit retinere aliquos nostros cives, et fecerit prohiberi ne aliquis suus illuc veniat cum victualibus, et retinuerit, ac etiam de presenti retineat locum Mothoni quasi obsessum; Vadit pars, quod considerato quantum hec novitas sit dannosa loco nostro Mothoni et Subditis nostris, et ut ad maius inconveniens non veniatur, Mandetur Castellanis Mothoni et Coroni, quod ad removendam hanc inceptam discordiam ipsi debeant circa relaxationem et liberationem nostrorum detentorum et etiam istius Johannis Ralli, providere, sicut eisdem cum honore nostri dominii melius videbitur facere posse, providendo per modum quod omnino stetur in pace cum ipso, et aliis circavicinis.

de parte 87
de non 2
non sinceri 1

(Reg.° 58, 1430-1433, c. 219 t.°).

1010.

1433, 23 februarii.

Mandetur Baiulo et Capitaneo Nigropontis et consiliariis suis et successoribus, quod non obstante parte generali capta in 1406 super vino vendendo in fortiliciis Nigropontis, que quantum pro loco Lilanti revocetur, dictum regimen debeat omnia et singula contenta in affictum et locatione dicti loci, Tome Bernardo integre et inviolabiter observare.

Ser Zacharias Donato, ser Jeronimus Baduario, ser Laurentius Lauredano, ser Paulus Mauroceno, sapientes ordinum.

Cum Regimen nostrum Nigropontis, et Sindici, qui tunc erant in Nigroponte dedissent ad publicum incantum Thome Bernardo de Venetiis possessiones et bona servitia, census cronichi et jura nostri dominii, que exigebantur et habebantur in Lilanto cum quibusdam aliis conditionibus in incantu contentis, et inter cetera, quod sex menses anni posset vendi vinum ad spinam in loco predicto secundum consuetudinem continue observatam, Et quoniam 1426 de mense Julii provisum fuit per collegium, Quod extra fortilicia Insule Nigropontis non posset vendi vinum, idem Thomas comparens coram nostro dominio supplicaverit, ut affictatio sibi alias facta sibi debeat effectualiter observari, nec sibi conveniri, sicut nostra dominatio ex sua justissima consuetudine continue observavit, Et Sindici, qui nuper de partibus predictis redierunt, consulant, quod dicto Thome fieri debet id quod petit, quia jus fovet, Et per instrumentum affictationis sue, ita esse apertissime videatur, Vadit pars, quod pro observatione incantus predicti tunc facti per Regimen Nigropontis et Sindicos, Mandetur Baiulo et Capitaneo Nigropontis et Consiliariis suis, ac Successoribus, Quod non obstante illa generali parte capta 1426 super vino

Digitized by Google

vendendo in fortiliciis Nigropontis, quod quantum pro loco Lilanti revocetur, dictum Regimen debeat omnia et singula contenta in affictu et locatione dicti loci Thome predicto integre et inviolabiter observare, sicut justum est, et sicut consulunt Sindici et provisores, qui nuper ex illis partibus redierunt, Et quod dictus Thomas in Casali sibi affictato pro tempore sue affictationis, possit vendi facere vinum ad spinam, sicut illi de cha Gisi, et illi de cha Venerio precessores sui vendere faciebant, Nec aliquid innovent sibi contra formam sui incantus.

de parte 86
de non 1
non sinceri 1

(Reg.° 59, 1433-1436, c. 32 t.°).

1011.

1433, 23 februarii.

Revocatio partis capte prohibitionis vilanis Nigropontis, non eundi ad arandum et laborandum territoria Licone aut extra pontem Nigropontis, cum declaratione tamen, quod pro omni bono respectu, vilani servi angarie non possint ire ad laborandum extra ultra pontem Nigropontis, sine licentia dominorum suorum.

Cum die XX julii ex informatione, que tunc data fuit, captum fuit in hoc consilio, quod vilani Nigropontis non possint ire ad arandum et laborandum territoria Licone, aut extra pontem Nigropontis, Et habeatur clara et vera informatio quod illa pars est valde inutilis et nociva Insule Nigropontis, et est in dannum pauperum personarum, quia ex hoc in dicta Insula est et erit pecunia frumenti, ubi si seminaretur in locis Licone et extra pontem esset sufficiens, et bona frumenti abundantia non solum pro loco et Insula Nigropontis. sed etiam pro succurrendo aliis locis nostris, attento etiam eo, quod nobis scripsit Magnificus dominus Antonius de Azaiolis se de hac provisione aggravans, cum quo, et cum Turchis circavicinis per Dei gratiam sumus in bona pace; Vadit pars, consideratis predictis, cum sapiens res sit agenda continue in melius reformare, quod pars suprascripte prohibitionis revocetur, Ita, quod quilibet possit ad beneplacitum suum ire ad cultivandum et laborandum loca Licone de extra pontem Nigropontis, Declarando tamen quod pro omni bono respectu, villani servi angarie, non possint ire ad laborandum extra, ultra pontem Nigropontis sine licentia dominorum suorum.

de parte 16
de non 56
non sinceri 19

(Reg.° 59, 1433-1436, c. 32 t.°).

Digitized by Google

1012.

1434, 13 martii.

Castellani Coroni et Mothoni inquirant de conditione et numero rusticorum optantium franchari rescribendo dominio particulariter et distincte ea que habuerint et fecerint in premissis.

Ser Vinciguerra Georgio, ser Ambrosius Baduario, gubernatores introituum. Cum potissima utilitas introituum nostrorum Coroni et Mothoni principaliter consistat in villicis nostris de inde, a quibus tam pro angaria personali, quam pro possessionibus nostri dominii, quas possident, fere omnes introitus exiguntur, Et cum habeatur vera informatio, quod in dicto numero sunt aliqui ditissimi et potentes, qui pro redimendo et franchando se, solverent maximam pecunie quantitatem, quod visibiliter credendum est respectu sue conditionis; Vadit pars, Quod scribatur Castellanis nostris Coroni et Mothoni, quod diligenter inquirere et persentire debeant de conditione dictorum rusticorum principaliorum, et ab ipsis summere finalem eorum intentionem, quid pro singulo solverent pro liberando se, ultra quam eorum responsionem examinare velint si rationabiliter ipsi possent plus solvere, Quibus informationibus habitis advisare debeant nostrum dominium particulariter de nominibus dictorum villicorum, qui voluerint se franchare, et quid ipsis obtulerint cum opinionibus eorum circa hoc, ut dominatio nostra informata valeat providere, prout sibi melius et utilius videbitur convenire.

de parte 121
de non 4
non sinceri 0

facta fuit littera die XIIII.°

(Reg.° 59, 1433-1436, c. 38).

1013.

1434, 13 martii.

Provisor Corphoy faciat publice proclamari, quod omnes rustici dicte Insule, qui vellent se franchare faciant se scribi ad cancellariam de inde, quibus scriptis fiat et observetur ut ibi.

Ser Vinciguerra Georgio, ser Ambrosius Baduario, gubernatores introituum. Cum in Insula nostra Corphiensi sint multi villici nostri comunis, qui annuatim solvunt pro angaria personali yperperum unum pro quolibet et plus et minus juxta

Digitized by Google

conventiones et obligationes suas, de quibus nostrum dominium percipit minimum utile, et cum habeatur vera informatio, Quod dicti rustici pro franchando se, solverent pro quoque bonam summam denariorum; Vadit pars, Quod autoritate hujus consilii committatur nostro provisori Corphoy, quod faciat publice proclamari, quod omnes illi rustici, qui velent se franchare, faciant se scribi ad Cancellariam nostram de inde, quibus scriptis dictus provisor diligenter et examinare debeat eorum facultates et condictiones, et quid pro singulo solverent in annis quinque pro liberando se, Quibus informationibus habitis debeant eos liberare cum hac conditione, quod aliquis non liberetur pro minori precio ducatorum quinquaginta, Sed inde supra relinquatur sue discretioni francare dictos Rusticos, cum omni avantagio nostri comunis, attentis suis possibilitatibus, quoniam juxta informationem habitam sunt multi potentes, a quibus habebitur bona summa denariorum, et si aliquis predictorum voluerit immediate solvere totam quantitatem sue liberationis, ex nunc intelligatur ipsum fore liberum, Declarando, quod a die liberationis usque ad menses sex proximos, solvere debeant primam pagam, et sic successive de anno in annum quousque compleverint. Solutiones vero omnium dictarum liberationum fieri debeant et exigantur ad Cameram nostram Corfoy in ducatos auri, Quos denarios de tempore in tempus dictus provisor et Successores mittere debeant Venetias ad officium nostrorum gubernatorum introituum, qui sint obligati ad diffalcationem camere nostre Imprestitorum, cum omnibus et singulis penis et stricturis captis in hoc consilio de aliis denariis ad dictam diffalcationem deputatis, Qui sunt ad condictionem pecuniarum octo officiorum deputatorum ad reddendum prode imprestitorum, Et similiter dictus provisor et Successores non possint nec audeant dictos denarios quovismodo dispensare, aut aliter de eis providere et disponere, nisi in mittendo ipsos ad manum dictorum Gubernatorum nostrorum sub illismet penis superius expressis, Advisando nostrum dominium particulariter et distincte de nominibus omnium dictorum villicorum, qui se francaverint, et pro quibus quantitatibus, ut de omnibus plenarie sit informatum, et de ipsis teneri possit computus ordinatus, per officium dictorum Gubernatorum nostrorum, ne ullo modo dominatio nostra fraudari possit, Remanentibus dictis Rusticis continuo dominio nostro obligatis quousque satisfecerint integraliter debitum suum, Exceptando villicos, qui sunt obligati ad baronias nostri dominii [et illi qui pro angaria personali sunt etiam obligati colligere granas et valoniam pro nostro comuni.

de parte. 141
de non 8
non sinceri 5

Simile preceptum fieri debeat Baiulo et Capitaneo et Consiliariis Nigropontis et successoribus usque [mutando hoc videlicet, Exceptando villicos, qui sunt obligati ad laborandum possessiones nostri dominii mutatis mutandis.

(Reg. 59, 1433-1436, c. 38 t °).

Digitized by Google

1014.

1434, 5 julii.

Posito quod pars faciens mentionem de portantibus de locis Coroni el Mothoni et aliunde mercationes ad loca Amoree, vel despotatus revocari deberet captum fuit de non.

Ser Laurentius Honoradi, ser Laurentius Lauredano, sapientes ordinum. 5

Cum 1430 die 18 Junii captum fuerit in hoc consilio, quod omnes Cives et Subditi nostri, qui de locis nostris Mothoni et aliunde portabunt aliquas mercationes ad loca Amoree vel despotatus solvere deberent III pro C.°, et sete et grane, que in locis Amoree et despotatus per nostros ementur, solvere deberent decem pro C.°, ut cives et subditi nostri ab eundo ad loca predicta desisterent, Et ab eo tempore 10 citra apertissime ex vera experientia cognitum sit, Quod dicta pars fuerit et est nostro dominio et nostris civibus et Subditis mercatoribus damnosa et multum preiudicialis, qui nostri veneti et subditi nostri, qui pro Venetis tractantur, qui per totam Amoream franchi et liberi sunt ea libertate et franchitate privantur, pro qua acquirenda et conservanda majores nostri maximo labore et studio laborarunt, 15 propterea nostrum comune damnum patitur in intratis suis, cum nemo nostrorum ex angaria predicta in Amoream amplius non vadat, nec inde cum mercationibus redit ad loca nostra Mothoni et Coroni, et si qui vadunt, accedunt cum maxima angaria et interesse, et etiam plerique nostri subditi dictorum locorum ex hac nova angaria de dictis nostris locis recedere, et ad loca, nobis non subiecta habitare 20 coacti sunt. Super qua re primum pro franchisia et libertate nostrorum Venetorum in Amorea, et pro utili nostri comunis et bono locorum nostrorum Mothoni et Coroni, sit penitus providendum; Vadit pars, quod dicta pars in totum et per totum revocetur, sed pro bono nostri comunis provideatur, quod omnes sete, cere et grane, que de cetero de partibus Amoree, vel principatus per quoscumque tam 25 nostros Cives vel Subditos, vel alios ad loca nostra Mothoni vel Coroni adducentur, tam si vendentur, quam non, solvere debeant missetariam, declarando etiam, quod ille que conducentur per transitum ita solvere debeant missetariam, ac si venderentur in dictis locis.

de parte. 16 30
de non 67
non sinceri 10

(Reg.° 59, 1433-1436, c. 63).

Digitized by Google

1015.

1434, 29 julii.

Castellani Coroni et Mothoni provideant indemnitati subditorum dominii, locorum sibi commissorum qui damnificaverunt de cetero, observando ut ibi.

Quod scribatur Castellanis Coroni et Mothoni in hac forma, videlicet:

5 Ser Laurentius Honoradi, ser Nicolaus Truno, ser Laurentius Lauredano, sapientes ordinum.

Scripsimus alias precessoribus vestris et vobis, ut a latere vestro provideretis, et etiam fidelibus et subditis nostris Regiminibus vestris suppositis mandaretis, quod cum Illustrissimo domino Thoma Despoto Paleologo et fratribus suis, bene et 10 amicabiliter vicinare deberent, sicut convenit amicicie, que dudum viguit inter Illustrissimos progenitores suos et nostrum dominium, et sic non dubitamus per vos hactenus fuisse observatum, Sed quoniam sicut ex multis literis et querimoniis quotidie intelligimus, continue magis multiplicant danna et violentie, que per ipsum dominum despotum Thomam, seu subditos suos nostris Subditis et fidelibus infe- 15 runtur, volumus et mandamus vobis, quatenus si de cetero subditi ipsius domini despoti Thome venirent ad terras et loca Regiminum vobis commissorum et damnificandum Subditos et fideles nostros, et ipsos damnificatos in manus vestras habere possetis, providere debeatis indemnitati Subditorum nostrorum, et facere contra ipsos damnificatores ius et justiciam, sicut vestris conscientiis videbitur. Scribimus 20 autem super his rebus eidem domino despoto et fratribus suis per litteras presentibus alligatas, Volentes, ut ipsas per nuntios speciales eisdem mittere debeatis, committendo nunc predictis, quod reportare ad vos debeant responsiones, quas cum habueritis, nostro dominio transmittatis, ut ipsis habitis disponere possimus, sicut nobis videbitur.

25 de parte . . . . . 35.

Ser Andreas Bembo, sapiens ordinum.

Vult quod expectari debeant responsiones ad litteras, quas super ista materia scribimus serenissimo domino Imperatori Constantinopolis et aliis fratribus dicti domini despoti Thome, quibus habitis per istud consilium fiet et deliberabitur sicut 30 videbitur melius.

de parte 44
de non 4
non sinceri 4

(Reg.° 59, 1433–1436, c. 66).

Digitized by Google

1016.

1434, 29 julii.

Possit armari Corphoy galea vel galeota que ibi esset ad persecutionem et captionem piratarum.

Ser Laurentius Lauredano, ser Nicolaus Truno, ser Laurentius Lauredano, ser Andreas Bembo, sapientes ordinum. 5

Cum provisor Corfoy scripserit dominio, quod quedam galeota banchorum circa XV, cujus est patronus frater illius, quem pridie Capitaneus Culphi suspendi fecit, in Corfoo derobavit multos nostros Subditos, et ut intellexit venire debet ad damna Corfiensium, quos fuisse causam mortis fratris existimat, Et ne predictus aut alii hujusmodi pirate possint damna illis nostris fidelibus inferre, commemorat, et petit 10 licentiam possendi in huiusmodi casibus armare quandam galeotam, quam habet ibi, per octo vel decem dies, quod leviter, et cum parva expensa faceret pro salute dictorum fidelium nostrorum; Vadit pars, quod autoritate huius consilii detur licentia provisori predicto et successoribus, Quod nunc et futuro tempore, quo aliqua fusta vel alii homines male agentes venirent ad illas partes damnificaturi subditos no- 15 stros Corfoy, possit armare galeotam, vel galeam, quam haberet ibi, ad persecutionem et captionem predictorum piratorum, et tutellam Subditorum nostrorum Corfoy et navigiorum suorum pro illis diebus et illo modo, quo eidem Rectori nostro, secundum tempora et casus videbitur, Et simile mandatum et libertas detur Castellanis nostris Mothoni et Coroni. 20

de parte 100
de non 4
non sinceri. 10

(Reg.° 59, 1433–1436, c. 66 t.°).

1017.

1434, 9 decembris. 25

Scribatur in ea forma verborum que videbitur et mandetur ser Zanachio Quirino domino Stampalie ut sub pena ducatorum V centum, dare aut dari facere debeat nuncio regiminis Crete omnes res recuperatas, navis magne, que periclitavit pro eo precio, quo nuncius dicti regiminis concors remansit cum illis qui bona predicta recuperaverunt. 30

Ser Antonius Contareno, ser Laurentius Lauredano, ser Andreas Bembo, ser Laurentius Mauro, sapientes ordinum.

Cum alias usque cum navis magna comunis apud Stampaliam periclitavit,

Digitized by Google

pleraque correda et alia bona ipsius navis magne fuerunt recuperata per Subditos domini Insule Stampalie, et sic ex literis Regiminis Crete fuimus usque tunc informati nuntius dicti Regiminis pepigit cum hominibus, qui ea bona recuperaverant, certo precio, Cumque postea Regimen predictum misisset acceptum res recuperatas, videatur dominium Stampalie accepisse res predictas et velle medietatem earum preter formam et pactum concordii, Et quoniam bona nostri dominii non debent hoc modo dissipari; Vadit pars, Quod autoritate huius consilii scribatur in ea forma verborum, que videbitur, et Mandetur ser Zanachio Quirino domino Stampalie, ut sub pena ducatorum V centum dare aut dari facere debeat nuntio Regiminis nostri Crete omnes res recuperatas pro eo precio, quo nuntius dicti Regiminis concors remansit cum illis, qui bona predicta recuperarunt, et de hoc informetur Regimen Crete predictum, cui mandetur quod recuperatas res predictas debeant Venetias mittere ad nostrum arsenatum.

de parte 90
de non 2
non sinceri 1

(Reg.° 59, 1433–1436, c. 83 t.°).

1018.

1435, 21 julii.

Per collegium possit responderi capitulis Comunitatis Nigropontis et aliarum comunitatum, ut ibi.

Ser Franciscus Mocenigo, ser Andreas Bembo, sapientes ordinum.

Cum sit respondendum pluribus capitulis, porrectis per comunitatem Nigropontis, Et etiam respondendum Ambaxiatoribus Comunitatis Pagi, et Ambaxatoribus Comunitatis Spaleti et Tragurii ad pluraque, que non sunt magne importantie; Vadit pars ut non detur tedium huic consilio, quod per collegium responderi possit Ambaxiatoribus predictis, et capitulis Comunitatis predicte, sicut videbitur collegio predicto.

de parte 60
de non 8
non sinceri 1

(Reg.° 59, 1433–1436, c. 123).

Digitized by Google

1019.

1435, 25 julii.

Regimen Nigropontis provideat super falsa moneta tornesiorum.

Ser Franciscus Mocenigo, ser Andreas Bembo, sapientes ordinum.

Cum in Nigroponte, ducatus ascenderit ad magnum precium, et hoc propter falsam monetam tornesiorum, que a parte terre illuc conducta fuit et quotidie conducitur in maximum dannum datiorum nostrorum, et necesse sit providere, prius quam res ad deterius reducatur; Vadit pars, quod mandetur Regimini Nigropontis, Quod habito consilio illorum fidelium nostrorum, qui sibi videbuntur super talibus falsis tornesiis ipsi debeant facere illam provisionem, que sibi videbitur esse utilem, Ita, quod nostrum comune pro talibus falsis tornesiis tantum dannum non recipiat.

de parte . . . . . omnes alii
de non 2
non sinceri 3

(Reg.° 59, 1433-1436, c. 124).

1020.

1435, 5 septembris.

Quod scribatur Regimini Nigropontis pro civitate Athenarum, ob mortem Antonii de Azaiolis, etc.

Quod scribatur Regimini Nigropontis in hac forma:

Ser Franciscus Mocenigo, ser Andreas Bembo, sapientes ordinum.

Scripsistis nobis, quod post mortem Magnifici domini Antonii de Azaiolis ejus uxor introivit Castrum, et eius nepos civitatem Athenarum et denique ex matrimonio secuto in pace et concordia remanserunt, Et que divulgabantur de despotis Amoree, et que de Teucris intelleximus, Et quod multi villani et angararii, subiectis condam dicto domino, in Insulam confugerunt cum suis, et dicti condam domini Antonii bonis, Respondentes ergo vobis cum nostro consilio rogatorum et additione, Mandamus, quod licet condam dominus Anthonius predictus ex pacto et instrumento et annuali censu civitatem Athenarum a dominio nostro cognoscebat, ex quo jus habemus in ea, tamen volumus, Quod de uxore predicta vel nepote dominatoribus predictis (aut de Teucris, si ad dominium predictum aspirantes illam civitatem occupare niterentur) minime vos impediatis aut nostros subditos impedire

Digitized by Google

sinatis, ullo modo, Nec cum ipsis (qui nunc aut Teucris, si dominium illius civitatis occupabunt) ullum pactum aut intelligentiam faciatis, Sed bene volumus ut generalem et comunem amicitiam et bonam vicinantiam cum ipsis teneatis, Nec quod scandalum, vel novitas habere possit inicium, (Sed si qui alii dominium illius civitatis occupare niterentur, et locus ille modo aliquo vobis offeretur, aut vos dominium illius loci sine periculo possetis habere, In hoc casu sumus contenti, ut dominium illius civitatis Athenarum pro nostro dominio potius suscipiatis quam permittere, ut illa Civitas sub aliquo alio dominio perveniat), Et quecumque de tempore in tempus successerint, scribatis nostro dominio pro nostra informatione. De villanis autem tam liberis, quam angarariis, et eorum bonis dicimus, Quod postquam in Insulam nostram sub nostro dominio, velut ad securitatis et libertatis locum confugierunt, eos omnes et etiam omnes alios etiam de terris dicti condam domini Antonii de cetero venientes, et quelibet eorum in securitate, et libertate servate, Nec quemque eorum expellatis, nec per vim teneatis, Sed eos bene et humane tractate, ac si proprii nostri subditi dudum fuissent. Verum si heredes dicti condam domini Anthonii, dominium Athenarum libere possidentes quicquid peterent a vobis, In hoc casu, eis respondeatis, quod mittant ad nostrum dominium, cui hoc spectat, et se nobiscum intelligant, quoniam estis certissimi, quod invenient nostrum dominium et justissimum et benignum, Et quando etiam nichil a vobis peterent, placeret nobis, ut aliquo honesto et bono modo, non ostendendo tamen, quod a nobis procederet, suaderi faciatis eis, ut ad nostrum dominium mittant, et se nobiscum intelligant, et velint recognoscere a nobis illam Civitatem, sicut condam dominus Antonius cognoscebat. Pro civibus vero et fidelibus nostris Nigropontis, qui dicentes habere debere a condam domino Antonio predicto, petunt a nobis jus in villanos predictos et bona condam domini Antonii, Respondemus vobis, quod non debeatis contra villanos angararios predictos aut bona, que secum conduxerunt pro debitis condam domini Antonii predicti, aliquid judicare, nec facere, sine nostro speciali mandato, Volumus etenim et ex nunc declaramus, quod predicti omnes postquam venerunt sub nostro dominio liberi intelligantur et sint, Et quecumque bona secum conduxerunt teneant quousque aliud mandabimus.

de parte 11

Ser Leonardus Karavello, ser Hermolaus Donato, sapientes terrarum:
Volunt partem per totum, Salvo quod non volunt verba, que sunt inter parafos.

de parte 49
de non 7
non sinceri 6

facta fuit littera Baiulo et Capitaneo Nigropontis et ejus consiliarii VI.° presentis.

(Reg.° 59, 1433-1436, c. 129).

Digitized by Google

1021.

1436, 28 junii.

Prudenti viro Johanni Catello ambassiatori, et rectori comunitatis Neapolis Romanie, qui porrexit certa capitula, et inter cetera petierit unam galeam quia galea ibi existens est marcida, detur una galea pro dicto loco nostro, Neapolis, et concedatur licentia rectori nostro dicti loci, quod de galea marcida ibi existente fieri faciat arsenatum, in quo galea que mittitur, possit conservari, et ad reliqua capitula porecta possit per collegium responderi.

Ser Azzo de Priolis, ser Jacobus Michiel, ser Andreas Bembo, ser Leonardus Venerio, ser Nicolaus Mauroceno, sapientes ordinum.

Cum ad presentiam nostram venerit prudens vir Johannes Catello Ambaxiator et Rector Comunitatis nostre Neapolis Romanie, et porrexerit certa capitula, et inter cetera petierit unam galeam pro loco nostro Neapolis, cum illa, que ibi marcida sit; Vadit pars, Quod eidem Ambaxiatori detur una galea, sicut petit, et detur licentia Rectori, quod de galea marcida fieri faciat arsenatum, quo presens galea, que mittitur possit conservari, Et ad reliqua capitula per eum porrecta, possit per collegium responderi.

de parte . . . . . omnes alii
de non 2
non sinceri. 1

(Reg.° 59, 1433-1436, c. 164).

1022.

1436, 1 septembris.

Confirmatio et investitio domini Marcheseti Georgio de pheudo Caristi ut ibi.

Ser Franciscus Lauredano, ser Paulus Truno, ser Federicus Contareno, ser Andreas Mauroceno, consiliarii.

Cum egregius et nobilis miles dominus Nicolaus Georgio Marchio Bondenice, civis noster, qui habebat et tenebat Castrum Caristi cum pertinenciis et jurisdictionibus suis in feudum a nostro dominio, sicut in concessionibus partibus, et gratiis nostris sibi per nos et consilia nostra concessis evidenter apparet, nuper

Digitized by Google

spiritum reddiderit creatori et per eius ultimam voluntatem ad testamentum reliquerit ipsum Castrum Caristi domino Marchesoto Georgio eius filio primogenito, qui nunc comparens ad presentiam nostram, ac tamquam bonus civis et devotissimus servitor nostri dominii, intendens sequi paterna vestigia ad honorem et statum nostrum humiliter supplicavit, ut ipsum de dicto feudo investire dignemur, sibique dictas concessiones et gratias patri suo factas de nostra benignitate solita confirmare; Vadit pars, consideratis fidelissimis et notabilibus operationibus dicti condam domini Nicolai diversis temporibus, ac in multis locis pro honore et bono statu nostri dominii, continue donec vixit promptissime demonstratis, nunquam parcendo expensis neque laboribus vel periculis persone sue, sicut omnibus per experientiam clarissime constat, Consideratoque testamento et ultima voluntate sua, Consideratagque optima dispositione ipsius filii sui domini Marchesoti, qui paterna vestigia imitando, eius fidem, devotionem et promptitudinem ad omnia concernentia honorem et statum nostrum non solum conservabit, sed de bono in melius augebit, Quod dictum feudum Caristi cum omnibus juribus, jurisdictionibus et pertinentiis suis, ipsi domino Marchesoto confirmetur, ac de ipso de novo investiatur cum omnibus modis conditionibus, gratiis et concessionibus per nostrum dominium et per consilia nostra dicto condam patre suo concessis, et cum quibus idem dominus Nicolaus pater suus ipsum Castrum et feudum tenebat, et possidebat eo vivente, ac tempore mortis sue, Et super hoc fiat ipsi domino Marchesoto debita investicio, ac litere et privilegia, et alie scripture, que fuerint oportune pro eo et heredibus suis, prestante eo pro se et heredibus suis juramentum vere fidelitatis et obedientie nostro dominio, sicut boni et veri feudatarii facere obligantur, cum hac expressa declaratione, quod non possit sibi detrahi vel diminui precium, quod solvere debet pro affictu seu censu annuali dicti feudi, sed solvere debet pro affictu seu censu annuali dicti feudi, sed solvere debeat secundum formam gratie ultimate concesse dicto condam domino Nicolao patri suo, nec aliter provideri, nec poni pars in contrarium, nec fieri aliqua gratia, sub penis et stricturis contentis in parte nova contrabannorum.

de parte 96
de non 5
non sinceri 1

(Reg.° 59, 1433-1436, c. 174).

1023.

1436, 27 septembris.

Nobilis vir ser Nicolaus Georgio reformetur Castellanus Castri Phililei per quatuor annos.

Ser Laurentius Donato, ser Franciscus Lauredano, ser Paulus Truno, ser Federicus Contareno, ser Andreas Mauroceno, ser Andreas Bernardo, consiliarii.

Cum nobilis vir Nicolaus Geogio filius quondam Marchionis Bondinice consti-

Digitized by Google

tutus fuerit Castellanus Castri nostri Phitilei per annos quatuor, quorum terminus de proximo expirat, Et supplicaverit, quod respectu fidelium operum condam patris sui, qui a Teucris pro nostro dominio interfectus fuit, et ejus castrum fuit demolitum, dignemur eumdem in Castellanum dicti castri nostri refirmare, Et quia melius provideri non potest, quam in nostris castellis constituere nostros nobiles, et eos potissime, qui pro statu nostro ad paupertatem deducti sunt, ex quibus iste est; Vadit pars, quod dictus ser Nicolaus autoritate nostri consilii refirmetur Castellanus dicti castri nostri Phitilei per alios quatuor annos, cum soldo et conditionibus consuetis.

de parte 116
de non 2
non sinceri 1

(Reg.° 59, 1433–1436, c. 177).

1024.

1436, 25 octobris.

Baiulus et capitaneus Corphoy et successores debeant tenere et regere temporibus futuris triginta duos papates ibi contentos in consuetudinibus suis solitis, quibus hucusque sub nostro dominio, recti et servati sunt nichil eis ad alicujus Archiepiscopi Corphiensis, aut alterius cuiusvis conditionis requisitionem innovando, et quicquid presens baiulus contra consuetudines eorum innovasset vel fecisset, sit nullius efficacie vel vigoris.

Ser Azzo de Priolo, ser Petrus Baxadona, ser Laurentius Mauro, sapientes ordinum.

Cum venerit ad presentiam nostri dominii prothopapa Leo Rapochiefali et papa Manoli Archudi, nomine XXXII papatum civitatis Insule Corphoy et exposuerint, quod ille sue consuetudines et vivendi mores, cum quibus sub latinis Regibus et principibus dominatoribus illius insule vixerunt et conservati fuerunt, et cum quibus a nostro dominio suscepti fuere, et a nostris baiulis, provisoribus, et Rectoribus quibuscumque conservati et protecti, Nunc sibi franguntur a baiulo presenti, ad instantiam et continuam requisitionem Archiepiscopi Martini, sub cuius Regimine se reducerentur, dominatio nostra, que in illos papates liberum dominium, tanquam in laycos semper habuit et habet, privaretur suis juribus, et ipsi papates privarentur nostris promissionibus, et suis consuetudinibus, quibus hucusque sub nobis conservati sunt, Quamobrem supplicaverunt instantissime, ut in illis suis consuetudinibus, in quibus fuit expulsum grecorum dominium, a latinis Regibus et principibus recti et gubernati fuerunt annis infinitis, et cum quibus ipsis, nostrum dominium eos suscepit et tenuit annis LII, dignemur per justiciam et per gratiam

Digitized by Google

de cetero conservare, Et visis quibusdam privilegiis principum, qui ante nos illi Insule fuerunt dominati, visis quoque litteris nostri dominii, et auditis baiulis et provisoribus, qui in illa Insula de nostro mandato fuerunt, clare cognoscatur esse sibi concedendum, imo confirmandum, quod petunt; Vadit pars, quod autoritate
5 huius consilii scribatur et mandetur Baiulo et Capitaneo Corphoy, et successoribus suis, ut dictos XXXII papates in consuetudinibus suis solitis quibus hucusque sub nostro dominio recti et conservati sunt, ipsi debeant tenere et regere temporibus futuris, nichil eis ad alicujus Archiepiscopi Corphiensis, aut alterius cujusvis conditionis requisitionem innovando, Et quicquid presens Baiulus contra consuetudines
10 eorum innovasset, vel fecisset, autoritate huius consilii, ex nunc sit nullius efficacie vel valoris.

de parte 89
de non 4
non sinceri 5

15 (Reg.° 59, 1433-1436, c. 180 t.°).

1025.

1436, 20 novembris.

Possit ambassiatoribus comunitatum Thinarum el Michonarum et aliis contentis in parte, responderi, provideri, et subveniri.

Sapientes ordinum.

20 Cum hic sint Ambaxiatores Comunitatis nostre Thinarum et Michonarum, et duo alii cives dictarum Insularum, ac Ambaxatores comunitatis nostre Arbi, ac Jacobus de Senis, et Ambaxiatores Comitis Sibinici, atque quidam Albanenses et Dalmatini, et quidam alii nostri Subditi derobati, ac quidam alii violentati in Arimino pro rebus non magne importantie, quibus per sapientes ordinum dari nequit
25 expeditio propter occupationes huius consilii; Vadit pars, quod dictis omnibus Ambaxiatoribus et Subditis nostris, possit autoritate huius consilii responderi, provideri, et subveniri.

de parte 99
de non 21
30 non sinceri 3

(Reg.° 59, 1433-1436, c. 180 t.°).

Digitized by Google

1026.

1436, 9 januarii.

Possit concedi cum consiliis ordinatis Nicolao Petricio de Corphoy quod detur ei, de territoriis que petit, quot reddant ad presens nostro dominio, ducatos decem in anno.

Ser Marcus Justiniano, ser Fantinus Viaro, ser Victor Bragadinus, ser Ludovicus Storlatto, ser Hermolaus Valaresso, consiliarii. 5

Quod concedi possit de gratia cum consiliis ordinatis, fideli nostro Nicolao Petricio nobili et barono nostre Civitatis Corphoy, quod considerato maximo damno et iactura, quam patitur ob domos suas per armatam Januensium destructas et combustas, de quibus habebat ultra ducatos LXX in anno, et illas refici facere non potest, quod detur ei de territoriis, que petit, quot reddant ad presens nostro dominio ducatos decem in anno. 10

de parte	omnes alii
de non	9
non sinceri	5

15

(Reg.° 59, 1433-1436, c. 187 t.°)

1027.

1437, 23 maii.

Quod aliquis venetus non possit cum navigiis forensium mittere ad partes Levantis, vel Romanie, pannos lane, vel sete, aut velamina, levata aliunde quam de Veneciis, sub pena etc. cum aliis conditionibus ibi notatis. 20

Ser Laurentius Honoradi, ser Azzo de Priolis, ser Andreas Bembo, ser Leonardus Venerio, sapientes ordinum.

Quod de cetero aliquis venetus, vel qui pro veneto tractetur, non possit cum navigiis forensium mittere ad partes Levantis, vel Romanie alte et basse aliquos pannos lane vel sete, aut velamina levata de aliquo loco Italie aliunde quam de Venetiis sub pena perdendi pannos et velamina predicta, quorum tercium sit accusatoris, tercium sit Consulum, Baiulorum, aut Vicebaiulorum, aut Rectorum, qui in causa primo procederent, et aliud tercium sit comunis, Et similiter aliquis venetus, vel qui pro veneto tractetur, non possit admittere in recomendisiam vel factoriam vel collegantiam, vel insolutionem sui debiti, vel emere vel recipere, vel alio quovis 25 30

Digitized by Google

modo directo vel indirecto, qui dici vel excogitari possit, se intromittere in aliquem pannum lane vel sete vel velamina conducta ad dictas terras ex aliquo loco Italie aliunde quam de Venetiis, Et si quis noster venetus contrafaciet, perdat dictas res vel valorem earum, quarum tercium sit accusatoris, tercium comunis, et aliud tercium sit provisorum comunis, vel illius nostri baiuli vel vicebaiuli, consulis vel Rectoris, vel officialium nostrorum, qui primo in causa procederent, qui omnes possint etiam inquirere habendo medietatem si per suam inquisitionem invenerint veritatem, Et si eorum sententia vel terminatio intromissa incideretur non incurant aliquam penam, nisi ad restituendum id quod habuissent. Item declaretur, Quod nemo contrafaciens possit accusare se ipsum, Et publicetur presens pars, et addatur in commissione illorum ad quos spectat, et scribatur Rectoribus et Baiulis et aliis quibus videbitur.

Consuli Tane,
Baiulo Trapesunde,
Baiulo Constantinopolis,
Baiulo et Consiliariis Nigropontis,
Castellanis Mothoni et Coroni,
Baiulo et Capitaneo Corfoy,
Duche Crete et consiliariis,
Consuli Alexandrie,
Consuli Damasci,
Viceconsuli Venetorum in Rodi,
Baiulo Cipri et
Potestati et Capitaneo Neapolis
Romanie

et
successoribus.

de parte . . . . . omnes alii
de non 2
non sinceri 2

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 13).

1028.

1437, 28 maii.

Quid scriptum fuit Regimini Nigropontis pro Guielmatio de la Gronda pro affictatione loci de la Vathia.

Quod scribatur Baiulo et Capitaneo Nigropontis et consiliariis suis in hac forma:

Ser Laurentius Honoradi, ser Azzo de Priolis, ser Andreas Bembo, ser Leonardus Venerio, sapientes ordinum.

Exposuit nostro dominio fidelis noster Nigropontis Guielmatius de la Gronda, quod cum habuisset ad affictum a nostro regimine Nigropontis locum de la Vathia

Digitized by Google

per annos XXVIIII, ad renovandum cum solutione yperperorum duorum milium viginti, cum certis capitulis in instrumento contentis, adeo sibi per multos modos extitit contrafactum, ut nunc ea causa ad paupertatem maximam devenerit, Nam cum in suo instrumento contineatur, quod singulo anno solvere debeat Camere Nigropontis iperpera 2021, asserit se ultra ea solvisse per ignorantiam patriarche Constantinopolis alia iperpera XXV singulo anno, Item tot domos sui loci sibi per mandatum Regiminis ruinate fuerunt, quot singulo anno sibi solvebant iperpera LX. Item cum vendere posset vinum ad spinam sine datio, coactus fuit solvere yperpera 35 in anno pro tali venditione, Item cum in dicto loco ipsi soli spectaret reddere jus a libris tribus infra, et habere caratos, unus Castellanus in dicto loco constitutus per Regimen, illos caratos, et omnes alias jurisditiones sibi tribus annis continuis usurpavit, Ita volente regimine Nigropontis, Insuper cum posset in eo loco vendere vinum mensibus octo, coactus est non vendere nisi mensibus septem, ex quo mense minus habuit dannum XXX iperperorum in anno. Pro quibus omnibus damnis susceptis preter formam et continentiam sui incantus, ut asseruit, petiit a nostro dominio subveniri, et illa 1500 iperpera, que dare debet, sibi remitti simul cum pena, ea causa secuta. Nos vero predicta intelligentes, licet vestris litteris scribatis vestra non interesse subvenire Guilielmatio predicto, tamen cum nostro consilio rogatorum et additione, fidelitati vestre mandamus, Quod viso illius privilegio et scripturis incantus, ac diligenter intellectis juribus nostri comunis, super quibus accuratissime et optime cognoscendis vestram conscientiam oneramus super omnibus illis casibus terminare debeatis in scriptis quandocumque vobis videbitur esse justum, et secundum deum et honorem nostri dominii. Verum si vestri precessores super illis casibus terminationem aliquam fecissent, non terminetis contra, Sed terminationes illas precessorum vestrorum simul cum parere et opinione vestra, cum omnibus declarationibus, ad jura nostri comunis pertinentibus, nostro dominio inclusas vestris litteris mittatis cum plenaria informatione omnium ad propositum pertinentium, Et quodcumque deliberaveritis super predictis ponatur in scriptis, et de omnibus detur notitia nostro dominio. De pena autem quam incnrrisse videtur pro 1500 iperpera non solutis, eum molestare non debeatis sine nostra licentia. Capitale autem quod non solvisse videtur respectu subventionis, quam propter suprascriptos casus habere sperabat, quando in predictis casibus terminaveritis id quod justum fuerit, debeatis exigere cum integritate.

de parte 102
de non 6
non sinceri 12

(Reg.° 60, 1437-1440. c. 13 t.° e 14).

Digitized by Google

1029.

1437, 1 junii.

Quid scriptum fuit Regimini Nigropontis pro faciendo solvi Laurentio calafato del Sifano quoddam suum navigium de bonis ducisse Egeopellagi.

Sapientes ordinum.

5 Cum Rector noster Thinarum et Michonarum alias accepisset quoddam navigium cujusdam Laurentii calafati del Sifano, et illud vendidisset, dedissetque pretium commissis quondam domine Florentie olim ducisse Egeopelagi pro suo doario, Et dominus Stefanus pluries scripsisset nostro dominio se teneri ad hujusmodi solutionem, Et super hac causa cum alias fuisset locutum domine ducisse, ea 10 suis litteris scripsit fratri suo, ut dare deberet ducatos LX Laurentio predicto, Et tamen frater suus nichil fuit executus, Et nunc dictus Laurentius del Siffano comparens ad presentiam dominii, petat a nostro dominio subveniri, tamen quia non debet solvere doharium, tum quia domina condam ducissa, ad quam hec utilitas devolvebatur, alias contenta fuit, et jussit ducatos sexaginta restitui, Laurentio pre- 15 dicto; Vadit pars, quod scribatur Regimini Nigropontis, quod dicere debeat domino Cursio Summaripa fratri dicte condam ducisse, cui alias ea ducissa scripsit, quod dare debeat dicto Laurentio del Siffano ducatos sexaginta qui tracti fuere de venditione navigii sui, sicut illa ducissa alias voluit et mandavit. Si vero idem dominus Cursius non acceptasset hereditatem sororis, in hoc casu Regimen predictum solvi 20 faciat illos LX ducatos de bonis condam domine ducisse predicte, ubicumque poterunt reperiri.

de parte	omnes alii
de non	1
non sinceri.	4

25 (Reg.° 60, 1437-1440, c. 16 t.°).

1030.

1437, 8 junii.

Scribatur Castellano nostro Mothoni, quod illos mille ducatos, quos sibi mittet Regimen Nigropontis, et similiter illos ducatos mille, quos ibi habet dispensare debeat in aptatione portus, et molli Mothoni sub pena, ut ibi.

30 Ser Azzo de Priolis, ser Andreas Bembo, ser Leonardus Venerio, sapientes ordinum.

Quia pro portu nostro Mothoni opus est recuperare pecuniam; Vadit pars, quod mandetur Baiulo et Capitaneo Nigropontis et Consiliariis, quod de denariis

Digitized by Google

nostri comunis, quos de quacumque ratione recuperatos habent vel recuperare possent, tam de ratione armamenti galearum, quam alia quacumque ratione, ipsi debeant, sub pena ducatorum centum mittere Mothonum ad Castellanum nostrum ducatos mille, Et scribatur Castellano, quod dictos mille ducatos, et similiter alios mille, quos ibi habet, dispensare debeat in portu et mollo Mothoni, et non in aliqua re, et sub pena ducatorum V centum in suis propriis bonis, Et de ipsis denariis et expensis huius portus et molli ordinate tenere debeat computum separatum.

de parte 120
de non 0
non sinceri 0

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 17 t.°)

1031.

1437, 12 junii.

Quicumque forensis, qui tam de principatu, quam de aliis locis Grecorum venerit cum sua familia ad habitandum in locis nostris Coroni et Mothoni non debeat scribi ad angariam soldorum XXVII in anno ut ibi.

Ser Azzo de Priolis, ser Andreas Bembo, ser Laurentius Lauredano, ser Leonardus Venerio, sapientes ordinum.

Cum nobilis vir Johannes Cornario Castellanus Mothoni et Coroni scripserit nostro dominio, Quod omnes forenses, qui de principatu et de partibus Grecorum veniunt cum suis familiis ad habitandum in terris et burgis terrarum predictarum, quia a certo tempore citra scribuntur ad solvendum soldos XXVII singulo anno comuni, illico recedunt nolentes scribi ad conditionem vilicorum comunis, Et item quia aliqui rustici forenses venientes cum suis familiis habitatum in aliquo Casali, statim ponuntur ad faciendum mediam angariam, videlicet ad faciendum uno vel duobus diebus parapisino et solvendum mediam gargazam palee, et soldos XXVII in anno, omnes recedunt, Et quod si hujusmodi forenses, qui cum suis familiis in castris nostris habitarent, non scriberentur ad illam angariam, et similiter si villani per aliquod tempus fierent exempti, maior utilitas sine comparatione consequeretur, tum propter habitationem hominum, tum propter datia, que affictarentur, Nam singulo anno yperpera L vel LX tantum pro tali angaria recipiuntur, Et utile sit super hoc providere; Vadit pars, Quod de cetero quicumque forensis, qui tam de principatu, quam de aliis locis Grecorum et aliarum partium et locorum, non subiectarum nostro dominio, venerit cum familia sua ad habitandum in terris et burgis locorum nostrorum Mothoni et Coroni, non debeat scribi ad angariam soldorum XXVII in anno respectibus predictis, Et simili modo si quis vilanus aliunde quam de nostris locis venerit habitaturi in casalibus, et districtibus terrarum predictarum,

Digitized by Google

sit exemptus per annos quatuor ab angaria predicta, Et scribatur Rectoribus, Quod faciant semel in anno publicare.

de parte	omnes alii
de non	3
non sinceri.	5

(Reg.° 60, 1436-1440, c. 18).

1032.

1437, 24 julii.

Quid scriptum fuit castellanis Coroni et Mothoni, in non permittendo extrahi ceram, selam et granam nisi per Venetias, et cum navigiis venetorum.

Ser Laurentius Honoradi, ser Leonardus Venerio, sapientes ordinum.

Cum faciat pro nobis, ac pro comuni utilitate omnium nostrorum Civium providere, quod sete, grane, et cere terrarum et locorum nostrorum de extra culfum, non extrahantur de dictis locis cum navigiis forensibus, nec pro aliquo alio loco, quam pro Venetiis pro comuni utilitate omnium mercatorum venetorum; Vadit pars, Quod scribatur Castellanis nostris Mothoni et Coroni, ac aliis Rectoribus de extra culfum, quibus videbitur, Quod sub pena ducatorum mille in suis bonis ipsi non debeant consentire, Quod de terris et locis Regimini suo commissis, extrahantur sete, grane, et cere nisi pro Venetiis, et cum navigiis Venetorum, vel subditorum dominio Venetiarum, Et nostri subditi, qui contrafacerent vel venderent, perdant valorem de quo Rectores inquirant, Et habeant tercium, tercium accusatores, et aliud tercium comune.

Corphoy, Tane Neapolis Romanie Nigropontis Castellanis Mothoni et Coroni Crete duche et consiliariis	et successoribus 28 julii presentis

de parte	omnes alii
de non	2
non sinceri	2

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 27)

Digitized by Google

1033.

1437, 2 augusti.

Quod capitulis porrectis per Stefanum de Lillo officialem nostrum Thinarum et Michonarum, Collegium habeat facultatem respondendi ut ibi.

Ser Azzo de Priolis, sapiens ordinum.

Cum Stefanus de Lilo affictualis noster Insularum Tinarum et Michonarum porrexerit multa capitula, que longissima sunt, et non multe sunt extimationis, et sit neccesse ei dare expeditionem; Vadit pars, quod pro non occupando hoc consilium, collegium habeat libertatem audiendi, et expediendi dicta capitula, ut justum et conveniens ipsi collegio videatur.

Responsis in collegio 1437, 22 augusti.

de parte	omnes alii
de non	14
non sinceri	2

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 29).

1034.

1437, 17 augusti.

Declaratio, quod quamvis omnes naves retente fuissent, gothoni Levanti in Amorea, Creta, et aliis locis intelligerentur venisse cum ordine.

Ser Laurentius Honoradi, ser Andreas Bembo, ser Laurentius Lauredano, ser Leonardus Venerio, sapientes ordinum.

Cum propter novitatem factam per dominum Rabanum cathellanum fuissent retente omnes naves, ne per culfum, neque extra culfum navigarent, Et postea cum armata fuisset navis magna comunis elargatum esset, ut omnes naves possent ad libitum navigare, Sed naves, que ducerent gothonos levatos in Siria usque diem XX mensis septembris, possent ad libitum illos adducere Venetias, qui intelligerentur venisse cum ordine, et fiat dubium si licet omnes naves fuissent retente, gothoni levati in Creta et Amorea et aliis locis intelligantur sub illo ordine vel non; Vadit pars, quod gothoni in predictis locis levati sub illa ipsa condictione intelligantur bene et cum ordine venisse.

de parte	omnes alii
de non	0
non sinceri	3

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 32).

Digitized by Google

1035.

1437, 24 augusti.

Revocentur omnes alienationes villanorum et territoriorum nostri comunis facte per rectores nostros Thinarum et Michonarum, ut ibi.

Ser Laurentius Honoradi, ser Azzo de Priolis, ser Laurentius Lauredano, 5 sapientes ordinum.

Cum habeatur informatio, quod a 1432 citra, quo tempore redditus Tinarum et Michonarum fuerunt affictati per quinquennium, multi villani nostri, et multa territoria nostri comunis fuerunt alienata per nostros Rectores sub diversis et variis obligationibus quod fieri non potuit, neque debuit sine mandato nostri dominii; 10 Vadit pars, quod omnes alienationes villanorum territoriorum aut aliarum rerum nostri comunis illarum Insularum, que facte sunt per Rectores illarum Insularum sine nostro mandato speciali sint penitus revocate, Et omnia redeant in statum et condictionem, qua erant, quando ad dicta loca nostros Rectores misimus, Et ita scribatur Regimini Nigropontis, et Rectoribus Insularum illarum. Et de cetero Re- 15 ctores dictarum Insularum, aut Regimen Nigropontis non possint sine mandato dominii alienare villanos, vel territoria nostri comunis sub aliqua obligatione vel aliter sub pena ducatorum C in propriis bonis contrafacientis, Et tamen talis alienatio non teneat.

de parte	100
20 de non	5
non sinceri	1

facte fuerunt due littere die VI septembris, videlicet Regimini Nigropontis et successoribus, ac Rectori Tinarum et Mi- 25 chonarum et successoribus.

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 32 t.°).

1036.

1437, 2 septembris.

Omnes villani nostri comunis Insule corphiensis sustinere debeant comuniter personales angarias, et nemo exceptetur nisi presbiteri.

30 Ser Azzo de Priolis, ser Laurentius Lauredano, sapientes ordinum.

Cum venerit ad presentiam nostri dominii Costa Molochii et Michali Merina, nomine omnium vilanorum nostri comunis Insule corphiensis supplicantes, ut cum

Digitized by Google

propter pestem devenerint ad paucos, et angarie maiores sint solito, dignemur providere, quod omnes villani comunis, qui habitant extra burgum Corfoi, non obstantibus exemptionibus, quas habent sibi concessas per illos qui tunc illam Insulam regebant, faciant angarias sicut alii, Et audito consilio nobilis vir Johannis Nani baiuli, et similiter nobilis viri Antonii Diedo precessoris, qui consulunt hoc esse fiendum, Et attento, quod tales exemptiones fuerunt concesse illis villanis, qui curie regali, et ejus officialibus serviebant, que servicia nunc non faciunt; Vadit pars, quod juxta consilium Rectorum omnes villani nostri comunis Insule Corphiensis, sustinere debeant comuniter personales angarias et nemo exceptetur nisi presbiteri.

de parte	omnes alii
de non	3
non sinceri	2

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 34).

1037.

1437, 23 junuarii.

Incantus unius galee ad levandum species, que sunt in Mothono.

Ser Leo Viaro, ser Petrus Truno, sapientes ordinum.

Cum habeatur vera informatio, Quod in Candida reperiuntur colli circa IIII centum specierum, et in Mothono colli circa mille, ac in Corfoo colli circa 1600, Et bonum, ac necesse sit providere, Quod dicte species Venetias conducantur; Vadit pars, quod in nomine Jesu Christi et in bona gratia ad levandum species Candide et Mothoni deputetur galea Molina, que fuit viagio proximo in Aquis Mortuis, Et detur fulcita omnibus preparamentis, Et deliberetur per incantum plus offerenti secundum usum, Et ex nunc sit captum, Quod omnes species, que reperientur in Candida et Mothono, amodo usque ultimum recessum eius de dictis locis sint obligate dicte galee.

Habere debeat dicta galea ballistarios 30, computatis VI nobilibus, qui habeant pro toto hoc viagio ducatos XXV pro quolibet, et mensam ad pupim juxta solitum. Item computato uno tubeta, Item habere debeat unum comitum, unum hominem consilii, qui eligatur per collegium solitum, et habeat pro toto viagio ducatos XXV navalerios, Scribas, et omnes alios homines, quos per nostros ordines galee debent habere et ducere secum, Quibus dare debeat solutionem pro mense uno cum dimidio.

Teneatur dicta galea recedere de Venetiis die 4 mensis februarii proximi, sub pena ducatorum II centum exigenda per Advocatores Comunis.

Item teneatur per scallas juxta solitum, Et in Candida stare debeat diebus quatuor, et ibi levare species, et inde venire Mothonum, et ibi similiter levare omnes species sibi ut supra obligatas, stando ibi diebus quatuor, Quas species tam

Digitized by Google

in Candida, quam Mothono, caricare possit de pupi ad proram cum salute galee juxta solitum similium galearum, habendo pro nabulo dictarum specierum duo tercia eius quod haberent galee Alexandrie.

Et de rebus, quas dicta galea levaret in Venetiis per scallas sui viagii, habere debeat nabula que habent galee Alexandrie et Baruti.

Et possit carricare dicta galea in Venetiis usque ultimum diem sui recessus.

Insuper ordinetur pro securitate galee, et pro observatione ordinum nostrorum, Quod ballistarie et banchi galee predicte non possint elevari, neque moveri aliter quam sunt, quando galee exeunt de Arsenatu, sub pena cuilibet ballistario vel galeoto librarum XXV et perdendi bancha sua, quam penam exigat patronus habendo medietatem, et aliam medietatem patroni Arsene.

Pro levandis vero speciebus Corfoy deputetur galea Dieda, que nuper rediit de Romania, Que incantetur et deliberetur cum omnibus modis, capitulis, penis et condictionibus galee Crete suprascriptis, Et recedat de Venetiis die X februarii, sub pena ducatorum II centum, Et dare debeat pagam unius mensis, Et infra tres dies debeat exbursasse ducatos II centum patronis arsene, Et ballistarii nobiles habere debeant ducatos viginti pro quolibet pro toto viagio, Et homo consilii ducatos viginti.

de parte. 41

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 51 t.°).

1038.

1437, 14 februarii.

Castellanus Mothoni debeat facere circam galee que vadit illuc, Et ista galea non possit naulizare aliquod pro Corphoo.

Ser Andreas Dandulo, ser Leo Viaro, sapientes ordinum.

Ut galee viagii Corfoi et Mothoni, ac Candide, que non habent Capitaneum vadant et redeant bene armate hominibus, sicut est intentio terre; Vadit pars, quod mandetur Baiulo nostro Corfoy, Quod sub pena ducatorum centum in suis propriis bonis debeat facere et videre ad occulum circam omnium hominum galee, que vadit Corfoum, et nomina omnium hominum predictorum, mittere debeat in scriptis nostro dominio suis litteris inclusa, Et simile mandatum fiat Castellano Mothoni de galea que mittitur Mothonum, et simile Regimini Crete de galea que mittitur in Cretam, et cuilibet ipsorum Rectorum mittantur ordines nostri de numero hominum quos habere debet quelibet galea, et littere que habebuntur a Rectoribus predictis mittantur officialibus armamenti, ut examinent illam circam cum libris patronorum, et qui contrafecerint condemnentur juxta ordines nostros.

Item quia in incantibus dictarum galearum continetur quod ire debeant altera directe Mothonum, altera directe in Cretam ut obvietur scandalis que possent occurrere declaretur, quod galea que vadit Mothonum non possit navlizare pro Cor-

stini in burgo nostro Corphoy, et Arsenii de Hugoch, et Petri de Dondis civium Corphoy, procuratorum dicti monasterii, Quod cum dictum monasterium habeat certas pecias terre, sive vineas in districtu Corphoy in locis valde remotis et distantibus, a dicto monasterio sinistris et parve utilitatis, habent viam et modum permutandi dictas vineas sive possessiones, in aliis vineis et possessionibus, que confinant 5 cum aliis possessionibus dicte ecclesie ibi prope, et cum ipsa ecclesia, que sunt et essent valde utiliores et commodiores monasterio et fratribus, que sunt Parisii de Bardis de Corphoy, pro quibus erit opus etiam exbursare denarios, quia sunt maioris valoris, Et audito super hoc consilio et parere viri nobilis ser Johannis Nani, olim Baiuli et Capitanei Corphoy, Concedatur ipsis exponentibus, quod pro utilitate 10 dicti monasterii et conventus fieri possit istud cambium sive permutatio, sicut multis aliis in casu simili est concessum.

de parte . . . . . alii
de non 2
non sinceri 1 15

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 191).

1046.

1439, 11 februarii.

Castellanus Coroni et Mothoni faciat publicare partem de illis qui mitterent species cum aliqua navi de partibus Levantis et Romanie vel aliter pro ponente, aut pro Veneciis ut ibi. 20

Sapientes ordinum.

Cum per nostros qui mittunt vina de Creta in ponentem committantur multa contrabanna specierum, nam cum vegetibus vini mittunt vegetes specierum, et nisi fiat debita provisio eveniet, quod mali et inobedientes erunt melioris conditionis bonis et obedientibus, et licet sit prohibitum non posse mitti species de partibus 25 Levantis vel Romanie ad partes ponentis et etiam cum navigio disarmato mitti Venetias, tamen videtur quod illa provisio que nunc est non prohibet quando contrafiat per omnes naves, quocirca necesse est facere superinde provisionem; Vadit pars, quod salvis ordinibus et penis datis omnibus qui mitterent species de Levante in ponentem, et cum navibus Venetias aut ad partes Italie contra ordines nostros; 30 addatur quod si quis de cetero compertus fuerit mittere de Creta vel de Mothono Romania vel Levante species cum aliqua navi pro ponente, aut pro Venetiis stare debeat in carceribus duobus annis, et ille species vel valor earum sit perditus, Patronus vero navis vel navaclerius, vel scriba, vel alius homo navis qui scienter illas levaret similiter stare debeat uno anno in carceribus, et quicumque accusaverit 35 habeat medietatem specierum predictarum, vel valoris earum, et teneatur secretos, et liceat cuique semper et omni tempore accusare habendo medietatem et Regimen

Digitized by Google

Crete aut Rectores Levantis aut Vice Consules nostri Londre et Bruges et terrarum ponentis, et similiter advocatores comunis in Venetiis aliam medietatem si ibi fiet conscientia, qui omnes teneantur sub debito sacramenti inquirere et investigare de predictis diligenter possendo ponere personas ad sacramentum sicut sibi videretur, et liceat cuique patrono navis aut marinario qui in navi reperiet species tenere eas quarum medietas illico sit sua sine alia terminatione et alias medietas sit Rectorum nostrorum officialium quibus primo fieret conscientia. Verum teneatur Baiulus Constantinopolis, Regimen Crete, et similiter Castellanus Mothoni effectum presentis partis facere publicari super platea sui Regiminis et super qualibet navi que de suo Regimine recederet per quatuor dies ante recessum cujuslibet navis que inde recederet, et hoc addatur in commissione duche et consiliariorum Crete et Castellani Mothoni et scribatur Consulibus et Vice Consulibus et aliis Rectoribus Levantis et ponentis quibus videbitur, et addatur in capitulari advocatorum comunis.

de parte 121
de non 0
non sinceri 2

(Reg.° 60, 1437–1440, c. 192 t.°).

1047.

1440, 26 martii.

Alique provisiones posite pro Nigroponte per virum nobilem ser Melchiorem Grimani, olim baiulum et Capitaneum Nigropontis.

Ser Melchior Grimani, olim Baiulus et Capitaneus Nigropontis.

Ordinetur, Quod sicut est prohibitum Baiulo Nigropontis tenere in domo sua aliquem Stipendiarium, aut operari illum in aliquo suo servicio, Ita sit expresse prohibitum consiliariis suis tenere in domo sua, aut operari pro aliquo servitio suo aliquem Stipendiarium nostri comunis, sub pena statuta Baiulo, Et hoc addatur in commissione Consiliariorum. Item sicut Baiulus non potest dare stipendium alicui de sua familia, Ita aliquis quisquis sit, stans in domo Baiuli, vel stans in domo consiliariorum, non possit habere stipendium comunis, sub pena restituendi quodcumque habuisset, et baiulo et Consiliariis contrafacientibus ducatis decem pro quolibet ducato, quem darent, vel dari facerent illi tali, qui in domo sua stetisset, Et hoc addatur in sua commissione.

de parte 100
de non 3
non sinceri. 2

Nota quod ante suprascriptam partem, posite fuerunt alie partes pro Nigroponte ut patet infra:

Digitized by Google

Die 14 decembris 1439.

Dictus ser Melchior.

Cum sit honoris nostri dominii, Quod sicut Rectores Nigropontis non possunt facere de mercationibus, ita non faciant aliquid aliud dependens a mercationibus pro utilitate sua; Vadit pars, Quod Rectores et Consiliarii Nigropontis non possint de cetero incidi facere, nec secari facere pro se vel pro aliis aliquod lignamen cuiusvis conditionis preterquam ligna ab igne pro usu suo tantum, Et similiter non possint fabricare, nec fabricari facere aliquam navim, galeam, fustam, vel aliquod aliud navigium cujusvis conditionis, nec in aliquo navigio sub suo Regimine fabricato habere partem, sub pena ducatorum V centum, pro qualibet vice, cuius pene tertium sit accusatoris, tercium Advocatorum vel Sindicorum, et aliud tertium sit nostri comunis, nec possit presens pars revocari, nec contra ipsam aliqualiter provideri, sub pena ducatorum V centum pro quolibet, qui poneret partem, vel faceret gratiam contra hoc, Et addatur hoc in commissione baiulorum et consiliariorum Nigropontis, declarando tamen, quod lignamina, que de mandato Baiuli pro oportunitatibus comunis inciderentur, non intelligantur in hoc.

de parte 76
de non 6
non sinceri 4

Die 12 februarii 1439.

Predictus.

Insuper ordinetur, Quod omnes Rectores et Scribe, qui a Regimine Nigropontis mittuntur per Insulam, et etiam ad Fitileum, non possint secari facere, nec incidi aliqua ligna, nec per se, nec pro aliqua alia persona, preterquam ligna ab igne pro usu suo tantum, sub pena yperperorum V centum pro quolibet et qualibet vice, qua contrafacerent, de qua pena similiter non possit fieri gratia sub pena suprascripta, cuius pene tercium sit accusatoris, tercium baiuli et consiliarii, et aliud tercium sit comunis, Insuper predicti Rectores et Scribe non possint facere, nec fieri facere de mercationibus, nec habere partem, cum aliquo qui faceret mercantiam in toto districtu sui Regiminis, sub pena supracripta, et perdendi denarios, et mercantiam, quam posuisset, Et ultra hoc sit privatus per annos decem habendi aliquid Regimen, aut Scribaniam illorum videlicet, que dari possunt per Regimen Nigropontis, Que quidem pene dividantur per tercium ut supra, et de ipsis non possit fieri gratia, ut supra, Et addatur hic ordo in commissionibus illorum, qui mittuntur Rectores et scribe, Et etiam addatur in catastico Nigropontts.

de parte . . . . . omnes alii
de non 9
non sinceri 4

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 218 t.°).

Digitized by Google

Idem.

Insuper ordinetur, Quod ille consiliarius, qui erit ad capsam, ut possit intendere ad exigendam pecuniam, et ad faciendum diligenter omnia, que ad suam cameram pro bono nostri comunis spectabunt, Non possit de cetero illis duobus mensibus, quibus stare debet ad capsam, venire ad banchum Baiuli pro iure reddendo, sed baiulus cum salario concordes diffiniant, et sentencient, sicut sibi videbitur Verum si dicti Baiulus et Consiliarius essent discordes, aut alter eorum pro parentella, vel alia causa non posset se impedire, tunc pro illo casu tamen possit consiliarius, qui erit ad capsam, sedere cum Regimine, sicut justum sibi videbitur, Et hoc tantum in actis Civilibus, quam in criminalibus Regimen remaneat in suo statu.

de parte 32
de non 70
non sinceri 10

Prefatus.

Cum alias postquam Judei venerunt de terra firma ad habitandum in Nigroponte per nostros predecessores, quia eis visum fuit honestum et conveniens, ut ipsi Judei separati starent a christianis, et cum eis se immiscere non possent, cognoscentes tamen eos esse utiles in dicta civitate, quia sunt illi principaliter, qui exercent mercantiam et utilitatem conferrunt introitibus nostris, assignatus fuerit locus, in quo habitarent clausus et separatus a cristianis, Sed ex postea multiplicantibus ipsis hebreis, ipsi alias domos predicto loco Judaica noncupato contiguas ad affictum et aliter acceperunt et tenuerunt iam tanto tempore, quod memoria hominum non extitit in contrarium, Et captis diversis partibus in isto consilio, et specialiter de 1402 sub die XXX Maii, et de MCCCCXXIII, sub die XXVI septembris circa factum dictorum hebreorum, quod non possent habere stabile etc. nichilominus ipsi tenuerunt aliquas domos contiguas dicte prime Judaiche, quia cognitum est eos habitare nullatenus posse in ipsa prima Judaicha, quia nimis arta et parva est, nec etiam facere pro nostro dominio pro bono introituum nostrorum, et commodo fidelium nostrorum illius Insule, respectu mercationum, quas, ut suprascriptum est, exercent, quod de ipsa terra expellerentur, Sed nisi provideretur ipsi hebrei alias domos etiam hoc modo accipere possent, quod non est ullo modo tollerandum, sed penitus limitandus est terminus ipsis hebreis; Vadit pars, Quod mandetur expresse Regimini nostro Nigropontis, ut ullo modo forma vel ingenio permittant Ebreos sub aliqua forma vel colore de cetero per affictum vel aliter ultra turrim de spirono, et domum, in qua habitat, Rebelius Bonius judeus, tenere, habere, vel habitare aliquam domum vel locum, Et si aliquis judeus contrafecerit amittat domum, vel locum, quem haberet, vel teneret si suus esset, et ultra hoc cadat de ducatis quingentis, et banniatur perpetuo de ipsa Insula. Si vero domus, vel locus, qui esset ultra terminos suprascriptos turris del Spirono, et domus Rebelii Bonii, et teneretur ullo modo per aliquem Judeum, non esset judei, sed christianorum, et per chistianos Judeo assentiretur per affictum, vel aliter, cadat nichilominus Judeus de

Digitized by Google

ducatis V centum et banniatur perpetuo de Nigroponte, ut dictum est, et ultra hoc christianus, qui ipsam domum vel locum Judeo assensisset, ammittat ipsam, et solvat ducatos centum pro pena, et hanc partem exequi teneatur Baiulus et Consiliarii Nigropontis, qui per tempora erunt, habendo tercium domorum, vel locorum, in quibus contrafactum fuerit, ac penam pecuniarum suprascriptarum, et illud tercium sit accusatoris, vel denunciatoris, et reliquum deveniat in nostrum comune, Et si accusator non fuerit, pena dividatur in duas partes, una sit Baiuli et Consiliariorum suprascriptorum, et alia sit nostri comunis, Verum si Regimen suprascriptum Nigropontis aliquam concessionem faceret contra presentem partem, sive etiam negligens fuerit hanc partem exequi, cadat unusquisque eorum de ducatis quingentis, quos ab eis exigant Advocatores comunis, habentes partem ut de aliis sui officii, Et declaretur autoritate huius consilii, quod domus, in quibus iam diu habitarunt predicti hebrei existentes a predicta turri Spironi et domo Rebelii Bonii judei versus primam Judaicham, sint Judaicha et ad condictionem ceterarum domorum Judaiche, Ita, quod Judei eas habere et tenere possint, ut possunt alias domos Judaiche, Et mandetur Regimini Nigropontis, ut convocato consilio Nigropontis dictas domos Judaiche cludant cum domibus prime Judaiche ad expensas Ebreorum, ut eis utile esse videbitur, Et presens pars revocari, suspendi vel aliter declarari non possit, sub pena ducatorum V centum pro quolibet ponente, vel consentiente partem in contrarium, Et de ipsa pena etiam non possit fieri aliqua gratia sub eadem pena, Et sic procedatur de pena in penam usque ad infinitum.

de parte 77
de non 8
non sinceri 11

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 218 t.° e 219).

1048.

1440, 11 maii.

Quid responsum fuit ad capitula porrecta nostro dominio per Sindicos universitatis Corphoy.

Quod ad capitula porrecta per Sindicos universitatis Corphoy nostro dominio, Respondeatur et primo:

Ser Jeronimus Baduario, ser Guilielmus Quirino, ser Jeronimus Barbadico, ser Franciscus Contareno, sapientes ordinum.

Ad primum huius tenoris videlicet: Cumzosia che la nostra Serenissima Signoria per so immensa clementia per el passado habia concesso ai suo fedelissimi da Corfu pluxor gracie et immunita, le qual he sta cum i conseii, comandando ai suo

Digitized by Google

Rectori, debia observar, et tamen molte volte e occorso che i diti Rectori quelè ha observado chome li ha piacesto, ai quali cum humilita e sta aricorda la continentia de quele, Supplicha devotissimamente, che quele tal gratie zoe camerlengo nostro de la terra, e castelan a la Barga, al Butintro, e a la Bastia sovrastante cum altri officii menudi, che la vostra Excellentia ha concesso e confirmado per lo passato ai suo fedelissimi corfiati, che la vostra Signoria che he vaga a mantegnir a suo fedelissimi quelo i vien promesso, e tanto con mazor fervor, quanto le opere sue li fa degni piaquavi per si facto modo di proceder che per l avegnir tal gracie i possa liberamente uxar, e che desse i non sian ne privadi ne violadi per interpretacion li possa esser facta per i dicti Rectori nostri.

Respondeatur, Quod omnes gratias et immunitates, quas fidelibus nostris Corfiensibus concessimus cum consiliis nostris, volumus inviolabiliter observari sibi. Et ut intelligant, quod nostra intentio est observare et facere observari ea, que sibi concessimus, Ex nunc sit captum, Quod Baiulus et Capitaneus Corfoy teneatur illas concessiones, quas fecimus Corfiensibus, observare, sub pena ducatorum centum in suis bonis, Et si nostra dominatio ab aliquibus supplicantibus decepta fortassis scriberet in contrarium concessionum et gratiarum predictarum, Ipse Baiulus debeat sub pena predicta supersedere executioni litterarum nostrarum, et respondere nostro dominio, in quo contrafit gratiis et concessionibus factis illi nostre comunitati, ut habita sua informatione, tunc providere possimus, sicut nobis videbitur convenire.

Ad secundum. Perche e occorso, che persone forastiere sono vegnude et a la zornada vien habitar a Corfu ha sapudo ottegnir dai Rectori vostri de li officii concessi a la comunita digando lor esser citadini, e posser haver di beneficii chome li antigi et originarii, vien supplicha de gratia che nulla persona che habiti, o ver vegnera habitar in Corfu non possa haver algun di benefici de la comunita se prima chome citadin non havera facto tutte le angaria de la terra, e non havera continuamente habitado in Corfu ani X continui e se a nium di diti officii sara dado de tal officio, ne sia fatto consciencia al bailo, e trovada la verita rimagna privado, Intendando che l non possa participar di diti officii s el non non sera acetado al conseio per el modo sovradito, dechiarando che se alguni vignera ad habitar qui e mariderasse in dona corfiota originaria questo tal se intenda esser corfioto possa participar per lo modo de sovra dechiarido.

Respondeatur, Quod attenta consuetudine Insule, pro qua Baiulus Corfoy pro apopulando Insulam, potest pro arbitrio facere exemptos ab angariis per annos quinque omnes venientes illuc ad habitandum, volumus, Quod ii tales durantibus quinque annis exemptionis predicte, non gaudeant ullo modo beneficiis Insule Corphoy; Completis autem quinque annis predictis, et facientibus ipsis angarias, aut si in termino quinque annorum renunciato beneficio exemptionis vellent facere angarias, volumus, quod ubi incipiunt pati angarias, possint incipere gaudere beneficiis Civium cum aliis condicionibus in capitulo contentis. De accipientibus autem uxores Corfiatas, Fiat ubi petitur.

Ad tercium hujus continentie videlicet: Ne i capitoli concessi per lo passado ai vostri fidelissimi Corfiati fo dechiarido che in lo congregar del conseio per elezer

Digitized by Google

i officiali de la terra, chome sono zudexi e Sindici catapani e grammaticho de la chorte et altri officii die far la dita comunita, dovesse esser chiamadi zentilomeni e populari corfiati infina al numero de 50 o ver 60 persone, chome antiquitus se observava, la qual leze e sta el piu de le volte postposta, In modo che Albanexi e cum riverencia ogni desoluta persona se assumava, che certo e sta grandissima confusione e despiacer a questa vostra Citade, per che molte volte e seguido che una persona assay vile e da puocho, siando balotada cum boni citadini, e sta cum balote proponuda. Onde constreti devotissimamente se supplicha che li sia concesso che misser el bailo, cum el parer e conseio di nostri antigi Citadini possa elezer ogni anno in tuto fin a la suma de 60 in 70 persone de le mior e piu utele se trovera in Corfu, che corfiati siano, I quali habiano a far i officiali, che per lo conseio son uxadi de farse, e a questo modo per i Rectori nostri non sera contrafato a la gracia fata ai suo Subditi, i quali aricorda a la vostra Signoria che non ordinando questo in processo i Albanexi e Cefalinoti, che a la zornada se reduce a Corfu super plantera i nostri citadini.

Respondeatur, Quod sumus contenti et placet nobis, Quod baiulus habito consilio et parere bonorum Civium eligat singulo anno septuaginta cives Corphienses, pro suo consilio, sicut petunt.

Ad quartum, videlicet vezando i vostri fidelissimi che le sta per i Rectori passadi duto in praticha che quando i vuol beneficiar un suo servidor de i officii de la comunita el prevede che zercha el complir de queli se truova ne li uffici refuda, e refudado che ha vien electo per lo Rector un altro, e per questo muodo i vostri fidelissimi non galdeno de le gratie de la vostra Signoria, a lor concesse, I supplicha che quando manchera algun de queli havera officio, o per refudar, o ver per cadaun altro modo, per i Rectori vostri non possa esser electo algun in luogo de tal manchado, si non per lo tempo, che i restasse de tal officio, a zo che tal officii non siano dadi si non per lo conseio, segondo la concession facta a la nostra comunitade.

Respondeatur, Quod fiat ut petitur, Et si baiulus aliter faceret, cadat de libris C.

Ad quintum, perche za longamente e de tempo in tempo sono occorsi infiniti movimenti, trovade assay scripture false e molte annichilade, smaride et ocultade, si ne la chancellaria vostra de qui per lo cambio de chancelieri si ne i acti de i nodari al so manchar anchor vivendo lor per diversi modi, e niuna cossa sia piu necessaria in questa Citade de proveder al ben universal, e dar forma che le scripture de la chancellaria e di nodari sia si governada che sempre se possa trovar, a zo che chativita non se possa chometer, la qual provixion non se puol far che habia fermeza senza gracia de la vostra Signoria, de la qual chome veri e fidelissimi subditi spiera tal gratia non li sia denegada. La provision veramente che a tuti piaxe, e che de gracia special i domanda e che la clementia vostra se degni concieder, ch essi vostri fidelissimi cum lo parer e volonta de misser lo bailo i possa elezer un chancelier di vostri fidelissimi Subditi de terre e luogi de la vostra Signoria, el qual havesse a star fermo in Corfu, e che da essa comunita fosse cognosudo homo neto e schieto per experiencia e buona fama, Romagnando la con-

Digitized by Google

fermacion del tal eleto a la vostra Signoria al qual chancelier sera si e per tal modo ricomandado le scriture tute de la chancellaria e di nodari che mai non se smarera alguna che smarendose non se pora imputar ad altri che a esso.

Respondeatur, Quod si volunt Cancellarium in vita, placet nobis dare illum sibi, et ita illum dabimus sibi quandocumque volent per eum modum, quo damus fidelibus nostris Insule Crete et etiam Mothoni et Coroni, Sed non placet nobis, quod electio Cancellarii terrarum nostrarum fiat per alios, quam per nos.

Ad sextum, E conzosia che qui a Corfu da certo tempo in qua sono creadi molti nodari per i vostri baili. I quali non hanno havuta diligente informacion de la sufficiencia e condicion de le persone a lor prexentado per promuover al ditô officio se supplicha la vostra Excellentia che de qua inanzi non se possa crear noder algun in questa terra s el non vien electo per el conseio de la universita, e da puo presentado a misser lo baiulo per confermarlo in lo dito officio de la nodaria.

Respondeatur, Quod fiat ut petitur.

Ad septimum. A presso per che a regular e dar forma a le scripture di nodari e de le chancellarie, e de bexogno molte bone provision, le qual per non fastidir la vostra Signoria non sono qui explichade, se supplicha, che la vostra Excellentia se degni confermar tute provixion, le qual sera facte per el nostro bailo, cum el parer di vostri Citadini, zircha la confirmazione el governo de le dite scriture, e che quele debia valer e otegnir.

Respondeatur, Quod sumus contenti et placet nobis, Quod baiulus qui nunc est, et successores sui habeant libertatem conferendo cum civibus regulandi scripturas, cancellarie ut bene conserventur.

Ad octavum huius continentie videlicet. Altre volte per la vostra Signoria fo comandado, che i denari de la tansa per la nostra comunita, e per quelli de l ixola proferti per fabricar el muolo non se dovesse, ne se podesse spender in alguna altra cossa, si non in la fabrica del dito muolo, el qual i fidelissimi vostri corfiati contentho fosse fato, segondo se offerse a zo complido el dito muolo i fosse assolti da la dita tansa, Ma pur i diti denari de la dita tansa sempre per lo passado sono sta spexi in altri lavorieri de beletissime mure e tore attorno la terra, chome e manifesto a la vostra Signoria, in muodo che persequendo cosi e toiandosse i ditti denari per altri lavorieri i vostri Subditi vigneraveno haver piu tosto desgratia che gratia, conzosia che da tal tansa non vignerano mai esser liberi, ne mai se complira tanto utel lavorier quanto e el dito muolo. Anzi quelo e facto in processo de tempo romagnera destruto pero se supplicha che tal comandamento sia facto in modo, e forma, e sotto quela stritura parera a la Vostra Signoria, che i rectori vostri non possa contrafar a tal gracia, anzi habia a proseguir tanto notabel et utel opera, quanta e del dito muolo, comenzando tal comandamento quando sara complida la scarpa e la tore che per la vostra Excellentia e sta comanda se faza e de la qual al tuto e da principiar.

Respondeatur, Quod fiat ut petitur, Et mandetur Baiulo et Capitaneo et successoribus, Quod id observare debeant sub pena ducatorum centum.

Ad nonum videlicet: Item che Michali Barozi da Corfu, el qual tacite impetro l officio de le stride de la vostra Signoria, el qual beneficio e concesso a la Comu-

Digitized by Google

nita, e per esser sta occulta la letera fin al tempo de misser Zuan Nani, la chomunita non ha habudo tal officio da possa el dito Michali tacite ha impetrado da la vostra Signoria el dito officio contro la intencion de la gratia facta a la nostra comunita, se supplicha che la dita grazia del dito Michali Barozi sia revocada habiando havuto tal beneficio zia anni 2, e che l dito officio sia da mo in avanti contribuido de ano in anno chome si fa de i altri a persone digne e sufficiente de la terra e non ad altri.

Respondeatur, Quod illud officium stridarum concessimus dicto Michaeli per tres annos pro merito fidelium operum suorum, Et postquam ad complendam gratiam non deficit nisi annus unus vel circa, placet nobis, quod compleat gratiam suam, Verum completo termino predicte gratie dictum officium non possit, nec debeat amplius dari, sicut in primo capitulo continetur.

Ad decimum videlicet: Chonzosia che la vostra Excellentia habia consentido che i denari de i offici nostri de qui per nui tansadi debia romagnir qui apresso la comunita per respeto de biave et altri bexogni, che per tempo occorresse a la comunita ne le man di Sindici de la terra i qual debia tegnir e schuoder queli, e da tempo in tempo tegnirne bon conto etc., el qual ordene e gracia e stado contrafacto non obstante che i diti sindici habia dechiarido e mostrado ai baili passadi la gracia de la vostra Signoria, pero se supplicha che tal gracia e concession li sia observada e che l sia comanda che da qui inanti tal dinari non sia tolti per i vostri Rectori per niun altra chaxon che per biave, et altre sovencion che fosse de bexogno a la comunita e cum volonta e deliberacion de la maor parte del nostro conseio, considerando che la comunita non ha in se nessuno altro denaro, cha questi che i se trazeno da le lor proprie borse per ben universal de la comunitade che sono zercha da ducati 20 che e una minima cossa.

Respondeatur, Quod fiat ut petitur, Et si rectores contrafacerent solvant de suo.

Ad undecimum, videlicet: Habiando la vostra Excellentia concesso a piuxor suo terre e luogi, che i citadini suo a tempo de paxe non siano astreti a guardia, considerando che tal guardia non se feva pero che cadaun se acordava e dava tanto ai chavalieri, che erano assolti, la qual cossa e stata eciamdio qui pratichada longamente, salvo questo ano, che misser lo bailo non habia voiudo consentir la povera zente sia astreta a tal manzaria, I ditti vostri fidelissimi supplicha che in tempo de paxe non siano astreti a tal angaria, perche passado el prexente Rector se tornera al primo zuogo, e ancor pezo, E per che el borgo non sta bene senza qualche guardia la vostra, El colleio poria proveder chome meio li parera, Avixando quela che cum picolissima spexa fara guardare el dicto borgo, pero che bexognando solamente de nocte a guardia el borgo quatro persone sono bastante cum i cavalieri ogni note, in tempo de paxe a guardar el dito borgo, e più e meno quelo parera a la vostra Signoria, I qual se havera de qui cum pochissimi dinari, e cussi a la vostra Signoria sera una minima spexa e li vostri fidelissimi corfiati fara eguali cum i citadini de le altre vostre terre che a tempo de paxe sono asolti de simel guardie e a presso per questa gracia li sera facto universal restoro de i dani ha avuto cadauno nel tempo de la guera di Zenoexi zoe de deliberarli in

Digitized by Google

tempo de paxe de le dite guardie tuta fiada quando a capita armada in Corfu si de la vostra Signoria come di forestieri i cavalieri di vostri Rectori possa tuor di queli fevano le dite guardie de acompagnarli per meior reguardo del dito borgo. A tempo de guera non dixemo questo pero che cadaun e tegnudo a defender caxa soa, e de meter el so sangue per honor e stado de la vostra Signoria chome zia per lo passado avemo fatto chome e manifesto a la Vostra Signoria.

Respondeatur, Quod placet nobis, Quod in tempore pacis Baiulus eligat IIII et pauciores si sibi videbitur cum illa quam minori expensa fieri poterit, non transeundo in mense libras IIII tornesiorum pro quolibet, qui de nocte faciat custodiam, tempore autem guerre, ac lempore galearum, sit in arbitrio baiuli fieri facere custodias per plures homines, illas videlicet qui hucusque sunt soliti facere custodias, et per illum modum qui hucusque solitus est.

Ad XII, videlicet: Considerando che per la gracia di Dio, et a gloria de la vostra Signoria la cita e borgo de Corfu a la zornada multiplicha e maxime al navegar per modo, che navilii e barche sono bonamente per guarentamento de le quale, et anche per comodita de tute robe e vituarie che se charga e descharga e snmmamente necessario, che le rive del borgo sia dexocupade e spazade da la tore del camerlengo perfino la chaxa de Marco Cacussi, e per lo simel da le chaxe de Sancta Maria de Paiopoli perfino la becharia, pero che in questo luogo sono i squeri i qual sono per tirarse i diti navilii in terra per conzare suxo i quali sono certe frascade e paiare che impaze per modo che occupa molto luogo de diti squeri, honde per comodita de tuta l universita se supplicha che da mo inanti non possa esser concesso de le dite rive ad algun per fabrichar ne per altra chaxon e per lo simel s intenda in le rive che sono a la banda de Levante, et se alguno otegnera tacite de la vostra Signoria o ver de i Rectori alguno luogo suxo le dite rive non vaia ne tegna, a zo non siano occupade piu per l avegnir, e questo se adimanda perche in processo di tempo non rimagnera spiaza che l non sia occupada.

Respondeatur, Quod fiat ut petitur, Sed ille paiacie et receptus, qui nunc sunt remaneant. Nec de cetero concedi possit alicui de dictis terenis nisi per sex consiliarios, tria capita, XXXII de LX, et III partes majoris consilii.

Ad XIII, videlicet: Per che questa vostra Ixola de Corfu da se medema e molto infertile e sterile, in muodo che la quarta parte de l anno la non poria viver de so raccolto, e se non fosse le scaloxie de terra ferma sotoposte a questo Rezimento, le qual sono de soa iurisdicion commenza do de Palormo per fino al Fanaro questa Ixola in processo de tempo se desabiteria per la povertade che e in essa, considerando la dita gran povertade esser in tuta l ixola e in la Citade per modo, che la povera zente sono tanto impotenti de fornirse per tuto l anno, che i se fornisse di tempo in tempo. e da di in di, e cossi passano la lor povera vita, Ma pur per haver havuto molte fiate la uberta de le dite scaloxie ha vivesto grassamente, Ma conzosia che da alguni ani in qua per i mercadanti, e patroni de le griparie sia sta pratichado e dato in uxanza che i vano cum le dite griparie o ver mandano a chargar in terra ferma a le scaloxie sotoposte a Corfu i formenti et altre vituarie che quelle se soleva e diesse condur a Corfu, e questo per la ingortita del vadagno, la qual cossa torna grandemente in grandissimo danno e detrimento a tuti univer-

Digitized by Google

salmente, si de l ixola, chome de la cita, Se supplicha per comodita de tuta la universita de questa Ixola, che niuna persona de che condicion se sia, non possa trar formenti ne altre biave de le dite scaloxie sotoposte a questo Rezimento, Ma tute quele biave siano date a Corfu per cadauna persona che le vora condure a Corfu, chome per raxon quele die esser dute, e per esser de sua juredicion e chome la 5 uxanza he sta sempre mai, e a questo muodo la dita vostra ixola avera ubertade de viver, e non li sera tolto el pan da le man per far uberta altrui e charistia qua, chome molte volte e intravegendo e maxime al presente, che per esser sta trate le dite biave, si de le dite scaloxie chome de la terra e fato in gran carestia, per modo che al prexente e montado al mozo iperperi 5, et anchor e per ammontar plui, 10 confirmando questo la vostra Excellentia chome semo certi el s intenda per tal stritura e pena che chi contrafara la forma de questo capitolo chaza a quela pena parera a la vostra Signoria, che per lo passado la vostra Signoria haveva concesso per comandamento tal gratia ai vostri fidelissimi corfiati, la qual per non haver qualche pena, e sta contrafato, e impero havendo qualche pena la dita gracia sera 15 sempre obedita, E cossi siando la dita vostra Ixola in uberta e in largeza de le dite biave l avanzo sia sempre da tempo in tempo cum licencia del Rezimento trato per Veniexia, overamente sia ai comandi de la vostra Signoria a far di quelo chome ve piaxera.

Respondeatur, Quod fiat ut petitur, Et quicumque contrafecerit, aut Rector, 20 qui promiserit contrafieri, cadat de libris centum pro qualibet vice.

Ad XIIII hujus continentie, videlicet: Per la vostra Excellentia altre fiade fo previsto che le galie de colfo e cadaun altro navilio armado per i dani vegnia fati per li homeni de quele non podesse demorar qui oltra zorni tre per ogni tempo, perche oltra i dani grandi che i feva, i commeteva infiniti mali, robando e questio- 25 nando, e pur tal provision e sta el piu de le volte posposta, per modo che questi vostri fidelissimi che ano le possession vixine a la terra, hano patido danno assay per esser vendemade e malmenade le vigne e possession soe, Se supplicha che tal comandamento sia replichado in quela efficace forma che parera a la vostra Signoria, Aricordando a quela che se i sovracomiti e patroni de le galie e de tal navigii 30 armadi volesse obviar, parave far lievemente, perho ve piaqui dechiarir che i diti danni fatti per i suo homeni, lor sia tegnudi a satisfar, e a questo modo i vostri fidelissimi non patira tanti dani, per che sapiando i patroni incorer in tal pena, provederia, o da partirse, o de regolar i suo homeni per modo che non se fera tanti damni, i qual damni debia esser cognossudi per el vostro Bailo, a chi sera stati i 35 dannatori, di quali possa astringere i patroni a pagar di suo beni, Et in chazo che queli havesse fato el dano non fosseno dadi per i diti patroni e sovracomiti in man de misser el bailo.

Respondeatur, Quod non videtur nobis limitare terminum Supracomitis standi Corfoy, Sed id esse volumus in libertate baiuli nostri possendi mandare et ordi- 40 nare supracomitis, sicut condictio temporum requiret, Verum ne statio Supracomitorum in dicta Insula possit esse damnosa fidelibus nostris Corfiensibus propter galeotos, qui furantur bona eorum, Sumus contenti sibi concedere id quod concessimus fidelibus nostris Nigropontis, videlicet, Quod si galee nostre de Venetiis, vel

Digitized by Google

de Creta fecerint aliquid damnum vel furtum, et Supracomites non fecerit satisfacere tale damnum ad requisitionem Baiuli, Teneatur dictus Baiulus talia damna sibi in scriptis data ad suam cancellariam mittere nostro dominio pro galeis Venetiarum et Regimini Crete pro galeis Crete, Et officiales armamenti teneantur de refusuris hominum illius galee, que furtum fecerit, accipere per ratam cuilibet salariato tot denarios, quot denarios, quot ascenderit damnum datum, Et Regimen Crete similiter faciat, Salvo semper ultra hoc officio baiuli puniendi personaliter homines qui furta fecissent, Et si supracomitus non dabit hominem, aut homines, qui damna fecissent, solvat ipse pro parte sua quartum damni, et reliqui homines in galeis tres partes per modum predictum.

Ad decimumquintum, videlicet: Chome he noto a la vostra Signoria el vien mandado per i vostri fidelissimi Corfiati castellani a la Barga, al Butintro et a la Bastia se supplicha che per misser el Bailo de tempo in tempo sia mandadi balestreri e compagni, homeni corfiati boni e sufficienti balestrieri che habia a servir cum el soldo uxado per el tempo che i diti castellani, siano, a zo che la universita possa per questa via sentir gratia de la vostra Signoria, la qual puol esser certa che i diti luogi sera meio guardadi, cha per Albanexi e per altra gente extranea, et anche per questo muodo el puovolo menudo se fornira de arme, e farasse home ni atti, si che in ogni cossa porano meglio exponerse a li comandamenti de la vostra Signoria, soto ombra de la qual i desidera finir la vita soa.

Respondeatur, Quod fiat uti petitur.

Et ad decimumsextum et ultimum ample continens, Quod propter multa damna que diversimode receperunt absolvantur ab angaria sive tansa sibi imposita annuatim a dominio nostro ut in folio filze continetur.

Respondeatur, Quod habemus menti fidelissima opera dictorum nostrorum fidelium, et etiam damna, que in bello Januensium in crematione burgi passi fuerunt pro quo libenter vellemus in hac sua requisitione posse complacere, Sed sicut scire et videre possunt nostra dominatio est presenti tempore in tam maximis expensis gravata, ut nullo modo sit possibile sibi concedere id quod petunt, et etiam daretur materia omnibus aliis nostris fidelibus, qui sunt ad similem conditionem petere id quod ipsi nunc petunt, Sed velint solvere tanxam predictam bono animo sicut inceperunt, et sicut faciunt alii fideles nostri, Et sint certissimi fideles nostri predicti, quod in aliis gratiis et commoditatibus habebimus ipsos nostros fideles ita comendatos, quod merito cognoscent nostrum dominium fuisse propter hoc erga illos gratissimum.

de parte 96
de non 8
non sinceri 3

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 215-217).

Digitized by Google

1049.

1440, 28 junii.

Mandetur Regimini Nigropontis, quod omni studio et diligentia solicitet ad exigendum pecuniam nostri comunis.

Ser Jeronimns Baduario, ser Guillelmus Quirino, ser Nicolaus Truno, ser Hieronimus Barbadico, ser Franciscus Mauroceno, sapientes ordinum. 5

Cum per ea que habentur Baiulus noster Nigropontis scripsit Venetiis, Quod baiulus suus successor non speret ibi reperire pecuniam pro solvendis banderiis consuetis mitti, aut Rectoribus consuetis ibi solvi, Et per ea, que aliunde habentur condictio illius insule est ita bona, sicut unquam fuit, et redditus optimi, sicut annis elapsis, ex quo comprehenditur, quod hic defectus denariorum, qui esse dicitur, 10 procedit solum a quadam non adhibita diligentia ad exigendum pecuniam debitam nostro comuni, Et faciat pro nostro dominio providere super hoc; Vadit pars, Quod autoritate huius Consilii rogatorum scribatur Baiulo et Consiliariis predictis de his, que audivimus, et mandetur sibi, Quod si caram habuit gratiam nostri dominii, ipsi debeant omni studio, cura et diligentia sua, vigilare intendere et solicitare ad ex.- 15 gendam pecuniam nostri comunis, et illam in auro conservare pro solvendis debitis, que solvi mandabimus per galeas Romanie, commemorando illis, quantam diligentiam adhibuerint precessores sui in exigendis pecuniis predictis, Et quod ipsi qui nunc regunt illam Insulam non debent esse minoris diligentie aut solicitudinis ad bonum et utile nostri comunis, quam fuerint Baiuli sui precessores, hortandoque 20 eos ad exigendum nostros introitus, cum verbis pertinentibus et necessariis.

de parte 114
de non 1
non sinceri. 0

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 226 t.°). 25

1050.

1440, 29 junii.

Mandetur Regimini Nigropontis, quod omnes denarios exactos et exigendos de ratione collecte debeant sic sequestratum teneri, et sequi quicquid sibi ordinabitur per provisores bladorum.

Ser Hermolaus Vallaresso Consiliarius. 30

Quoniam de denariis taxe imposite in partibus Levantis, restat adhuc exigi bona summa pecuniarum, Et faciat pro nostro dominio ut ipsi denarii utiliter dispensentur

Digitized by Google

in bladis emendis per provisores nostros bladorum, iuxta deliberationem collegii bladorum; Vadit pars, quod scribatur et mandetur Rectoribus nostris Crete, Nigropontis, Corfoy, Mothoni et Coroni, quod omnes illas pecunias, quas usque ad receptionem presentium exegissent, et exigent in futurum de ratione dicte collecte, debeant sic sequestratas tenere ad petitionem dictorum provisorum nostrorum bladorum, de quibus quidem denariis Rectores ipsi in emendis bladis exequi et facere debeant, quantum per dictos provisores bladorum, cum deliberatione dicti collegii bladorum, eis scribetur et committetur, Et non possit presens pars revocari, suspendi, vel aliter declarari, sub pena ducatorum V centum pro quolibet ponente vel consenciente partem in contrarium, Non intelligendo tamen in hoc denarios obligatos Gubernatoribus Introituum nostrorum, Et ad istam condictionem sint pecunie, que misse sunt de Creta, Corfoum, et alii denarii exacti usque in presens, et qui exigentur in posterum in locis predictis, ut dictum est.

de parte 79
de non 2
non sinceri 2

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 226)

1051.

1440, 24 augusti.

Mandetur Regimini Nigropontis, quod non deliberet aliquod datium nostrum alicui qui sit debitor nostri comunis pro datiis alias habitis, nec accipiat aliquem plezium, qui sit debitor nostri comunis, sub penis ut ibi.

Ser Vitus de Canali, consiliarius.

Quoniam sicut ab ipsa experientia cognitum est, et in dies magis cognoscitur, comune nostrum sentit maximum damnum de datiis suis, que affictantur in Civitate nostra Candide, Nam sub diversis pretextibus et fraudibus dominium nostrum debitum suum habere non potest, Et necessarium sit super hoc debite providere; Vadit pars, Quod mandetur Regimini nostro Crete, Quod de omnibus datiis nostris comunis, que de cetero affictabunt, seu ad incantum publicum deliberabunt, iuxta consuetudines et modos, qui illuc servantur, non possint modo aliquo, vel ingenio, dare, affictare, aut deliberare aliquid datium nostrum alicui, qui per se vel per alium sit aut apparet debitor nostri comunis pro datiis alias habitis, nisi prius facta fuerit Regimini nostro Crete sufficiens declaratio, ipsos tales non esse debitores nostri comunis, Et hoc sub pena ducatorum centum in suis propriis bonis.

Preterea captum sit et mandetur ipsi Regimini nostro Crete, quod sub dicta pena ducatorum centum in suis propriis bonis, et similiter Camerariis Crete sub ipsa pena, teneantur infra dies octo, postquam dederint, seu delivraverint aliquod dacium nostri comunis alicui accipere ab eo sufficientes et idoneas plezarias, que placeant dicto Regimini pro illis talibus daciis sic acceptis, non possendo accipere plezium

Digitized by Google

aliquem, qui sit debitor nostri comunis, et pro quo non sit facta declaratio, eum non esse debitorem nostri comunis modo aliquo vel ingenio. Que quidem pene committantur inquirende et exigende Advocatoribus nostri comunis, habentibus partem sicut de aliis sui officii. Et si esset in premissis accusator habeat tertium.

Verum si infra dictum terminum dierum octo, dicti tales non dederint plezariam per modum predictum, teneantur dictum Regimen, et Camerarii Crete, sub pena ducatorum CC pro quolibet, incantari facere illud tale datium, pro quo non esset data sufficiens plezaria infra terminum X dierum ad maleficium illius, qui illud accepisset, et ab beneficium nostri comunis, Et non possit presens pars revocari, suspendi, vel aliter declarari, sub pena ducatorum III centum pro quolibet ponente, vel consenciente partem in contrarium.

Et hoc idem intelligatur et observari debeat per omnes terras et loca Insule nostre Crete, ac in Nigroponte, Corono et Mothono.

Facte fuerunt litere.

Duche, Consiliariis et Capitaneo Crete,
Rectori Canee,
Rectori Rethimi,
Rectori Sithie,
Regimini Nigropontis,
Castellano Mothoni et
Castellano Coroni,
} et successoribus.

de parte . . . . . omnes alii
de non 14
non sinceri 3

(Reg.° 60, 1437-1440, c. 242 t.°).

Digitized by Google

Digitized by Google

TABLE
DES DOCUMENTS.

550. 1412, 23 februarii. — Responsiones facte Ambasiatoribus Nigropontis super certis capitulis porrectis . . . . . Pag. 1

551. 1413. 4 aprilis. — Dacium vini unius ducatus pro buta, et ducatus unius cum dimidio vini forensis exigatur et expediatur de inde, ut ibi continetur . . . . . » 3-4

552. 1413, 18 maii. — Scribatur nobili viro ser Zanachio Quirino rectori Tinarum et Micholarum, qui ivit habitatum in Stampalia, quod sub pena ducatorum CC redeat ad dictas Insulas habitatum, cum animabus quas extrasit de dictis Insulis . . . . . » 4-5

553. 1413, 18 maii. — Mittatur Corphoy unus maranus. . . . . » 5

554. 1413, 11 junii. — Mandetur nobili viro ser Maphio Permarino Capitaneo Avalone Insule Nigropontis, quod se reducere debeat, ad standum in loca de la Coppa et regimen Nigropontis faciat reduci omnes animas solitas habitare in loco dicto ad habitandum ibi . . . . . » 6

555. 1413, 11 junii. — Subditi Nigropontis non permittantur ire ad laborandum super territorio Licone . . . . . » 6-7

556. 1413, 19 junii. — Sindici ituri ad partes Romanie Crete et Nigropontis . » 7-15

557. 1413, 25 junii. — Pro refusuris galearum dispensentur yperperi XII mille, habituri de Patrassio . . . . . » 15

558. 1413, 17 julii. — Commissio sindicorum iturorum ad partes Romanie . » 16-21

559. 1413, 17 julii. — Rector Neapolis provideat sindicis de passagio sufficienti de navigiis seu de galea . . . . . » 21

560. 1413, 17 julii. — Regimen Nigropontis affictet territoria comunis de inde, ad annos XXVIIII ad renovandum ut ibi . . . . . » 21-22

561. 1413, die 19 julii. — Regimen Crete solvat ducatos VII centum acceptos ad cambium per sindicos Romanie . . . . . » 22-23

562. 1413. 20 julii. — Eligatur unus provisor Patrassii, cum salario, et conditionibus ibi notatis . . . . . » 23-24

563. 1413, 20 julii. — Capitaneus Culphy vadat Methelinum pro factis nobilis viri ser Hermolai Bragadino, ut ibi . . . . . » 24-25

564. 1413, 20 julii. — Capitaneus et patroni galearum Romanie confinantur, ad galeas, sub penis ut ibi . . . . . » 25

565. 1413, 24 julii. — Ordo datus pro armando galeam Nigropontis in casu quo sit necesse et armetur per regimen Nigropontis . . . . . » 26-27

Digitized by Google

566. 1413, 24 julii. — Terminentur per regimen Nigropontis, et per sindicos, solutiones Cancellariorum Nigropontis quas debent accipere de scripturis . . . . . Pag. 27-28
567. 1413, 24 julii. — Cum poneretur de diferendo ad electionem provisoris Patrasii captum fuit de non . . . . . » 28
568. 1413, 4 augusti. — Concessum nobili viro ser Benedicto Trivisano baiulo et capitaneo Nigropontis posse expendere pro reparatione palacii sui, ducatos L auri . . . . . » 29
569. 1413, 19 augusti. — Baiulus et capitaneus Corphoy sequestrari faciat omnes introytus Archiepiscopatus Corphoy preteritos et futuros, et nulli det ut ibi . . . . . » 29-30
570. 1413, 31 augusti. — Rectores Corphoy reparari faciant ecclesiam Sancte Marie de Casopo, de climosinis et oblationibus provenientibus ipsi ecclesie . . . . . » 30
571. 1413, 11 septembris. — Responsiones facte ad sexdecim capitula porecta per Ambassiatores Comunitatis nostre Corphoy . . . . . » 31-34
572. 1413, 15 septembris. — Regimen Corphoy mittat unam personam sufficientem ad dominum Cephalonie pro factis navis olim patronizate per Bartholomeum de Benedicto capte per navem armatam in Zephalonia, et vadat nuncius ad expensam participum dicte navis . . . . . » 34
573. 1413, 5 octobris. — Concessum quod quilibet tam civis quam forensis possit cum navigiis portare frumentum Coronum et Mothonum acceptum de infra Culphum quam de extra . . . . . » 34-35
574. 1413, 23 octobris. — Quid responsum fui Ambasiatori Rodi, super facto pulveris zuchari empti per nostros mercatores in Insula Cipri petenti quod restituantur . . . . . » 35
575. 1413, 28 octobris. — Dicatur dicto Ambasiatori Rodi, quod in complacentiam dicte religionis, quod mandabimus omnibus subditis nostris, et fidelibus nostris, quod non audeant emere de zucharis de Casali de Colos, quousque etc. . . . . » 36
576. 1413, 11 novembris. — Regimen Corphoy permittat extrahi frumentum de dicta Insula, pro portando ad loca nostri dominii . . . . . » 36
577. 1413, 11 novembris. — Regimen Corphoy fieri faciat reparationes ordinatas, et expendere possit pecuniam ordinatam . . . . . » 37
